COMMENTARIUS JURIS MUNICIPALIS SUCCINTUS & SOLIDUS, QUO MORES ET INSTITUTA...

Jacob : van der Graef

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
5 G
23

A I 6 89 6 2a

13-5.A.21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIUS
Juris Municipalis
Succinctus & ſolidus,
QUO
MORES ET INSTITUTA
FOEDERATI BELGII
Vicinarumque Regionum

Paſsim illuſtrantur.

AUTHORE

JA. à COMITE, Batavo.

Cùm indice neceſſario.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officinâ PETRI LEFFEN,

Anno CICIↃ CLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

BENEVOLE LECTOR,

HAbes ingenii, laboriſque noſtri fructus. Forſitan ætas, & ſuccedentibus annis judicium ſubactius, dabunt magis accurata, minus incorrecta. Fruere interim, & periclitationi primæ veniam accommoda, candidus ipſe, homini candorem profeſſo, eoque errare & labi humanum eſſe gnaro. Quocumque res cadet, voco te in partes, & ſi quid noris, bone, rectius iſtis

Candidus imparti, ſi non, his utere mecum.

Vale.

Digitized by Google

LECTORI

De hoc diſertiſſimi JACOBI à COMITE Tractatu.

PVblica privatis poſtponere doctus, honori
Eſt tibi: condignos ſponte procatur honor.
Sufficit exemplum Liber hic. Congeſta diſerti
Scripta viri, Domino ſtant monumenta ſuo.
Nempè triumphales ſibimet quacunque quadrigæ
Authorem cœli clara per aſtra vehunt.
Ne Cippos jactare ſuos, ne culmina Memphis
Plus velit, auratis ſplendida verticibus.
Barbara Niliacis quæ ſunt exſtructa tyrannis,
Quaſſa ruunt: decus hinc. Cætera functa cadunt.

THEOD. GRASWINCKEL.

IN

Digitized by Google

IN COMMENTARIUM JURIS MUNICIPALIS SCRIPTUM

A Clariſſimo Doctiſſimoque Iuvene

JA. à COMITE, Batavo.

Et coram Hollandiæ Curia Advocato.

HActenus Haganis tantum facundia roſtris
Fatur & in cauſis os movet alta ſuis.
Quæ loquitur, nemo memorat. Peccamus in illo
Craſſius & famæ neſcia turba ſumus.
Culpa tamen gravet hæc alios, tu, maxime Gravi,
Solvere te tali crimine totus amas.
Exemplo tua Delfa tibi eſt. Præceſſerat ingens
Grotius & Magni nomine major erat.
Poſt ipſum Graſwinckelius ſe movit Apollo,
Et Latio Hebræum pectine luſit epos.
Hoc duce, libertas Veneto, reverentia ſceptris
Creſcit, & aſſertum per mare Belga ruit,
Ordine ſtat diſcors ſolium, juga celſa Sabaudus
Contrahit atque ſuum diſcit amare locum.

Digitized by Google

Subſequeris tantos, Gravi clariſſime, ſoles,
Et ſtas ætatem vir gravis ante tuam.
Publica, quæ ſcribis, tua ſunt. Privata moretur
Cætera Doctorum non inhonora cohors.
Laus illos privata manet. Tibi publica ſurget
Gloria. jam cujus, dic mihi, major erit?
Ambigis? haud credam certe. Pudet iſta fateri?
Vis me lege tua dicere? Non dubito.

C. Boyvs.

In

In idem præſtantiſſimum Opus.

QVisquis in Oceano Iuris Legumque Profundo
Ambigis, huc dubiæ dirige navis iter.
En Patriæ præclara Pharos, Cynoſura virilis,
Gravius errantum ſit Cynoſura, Pharos.
Si Labyrintheos in juſto Corpore gyros
Et rerum latebras verbaque cœca vides;
Si dubitas Tituli titubans caligine: ducem,
Ne dubites animi pendulus, inde pete.
Nec dubita firmare novo veſtigia filo,
Et duce Graviade carpere diſce viam.
Ancipitis veri divortia, ſenſa rubricæ
Abdita decurres non titubante manu.
Graviades Reſponſa dabit Prudentibns ipſis,
Et Placitum ſurgent ad juvenile ſenes.
Parce peregrinas tu, parce capeſcere ſortes,
Belgica; non unus fulget Apollo tibi:
Non ſimplex cortina ſonat. Iam Grotius ingens,
Iam Graſvvinckelius numen & ora movent.
Gravia laus Batavis accedit tertia Delphis:
Iamque tripus Divis eminet una tribus.
At te, qui talem poteras abſolvere trigam,
Et poteras tantos, ut præiëre, ſequi,
Quo plauſu bene præco ſequar? num voce? videtur
Dedecus in magnis verba minora loqui:
Num tacuiſſe decet, ſi dedecet eſſe locutum?
Mutus non videar te ſtupuiſſe palàm.
Diſtraxit geminam duplex ſententia mentem;
Sæpe loqui placuit, ſæpe tacere magis.
Fare, age, vox Themidos, juvenumque graviſſime, Gravi,
(Res gravis eſt) utrum præſtet? ADHVC DVBITO.

HENR. BRVNO.

IN-

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

1. De Legibus. pag. 1.
2. De Territorio. 12.
3. De Exteris. 17.
4. De Poſtliminio. 34.
5. De Civitate. 68.
6. Libertas. 75.
7. Libertas publica. 96.
8. Libertatis ſtatus. 116.
9. Libertatis parecbaſis prima. 124.
10. Regalia, ac primum de legis dandi poteſtate. 140.
11. Magiſtratus creatio. 156.
12. Comitiorum jura. 167.
13. Ius erigendi Academias. 169.
14. Civitatis Inſtitutio. 172.
15. Præmia & pœnæ. 173.
16. Ius nobilitandi. 180.
17. Legitimatio. 182.
18. Adoptio, arrogatio. 184.
19. Venia ætatis. 185.
20. Ius vitæ ac necis. 187.
21. Ius abſolvendi à juramento. 192.
22. Ius reſtitutionis. 194.
23. Feudi collatio. 198.
24. Provocatio. 200.
25. De belli ac pacis jure. 207.
26. Salvus conductus. 225.
27. Legati. 233.
28. Monetæ jus. 245.
29. Nundinæ. 253.
30. Vectigalia. 257.
31. Collectæ. 263.

(:) (:) 32. Tri-

32. Tributa, ſtipendium, accifiæ, decimæ & annona. 271.
33. Minora Regalia, ac primum de Armandiæ jure. 280.
34. Via publica. 283.
35. Poſtarum, Angariæ & Præangariæ, Fodri, atque Avergarię jura. 286.
36. Flumen navigabile, Molendinam, Inſula, Portus, Ripatica. 293.
37. Argentariæ. 299.
38. Salinarum reditus. 305.
39. Agrorum, Prędiorum ac Palatiorum jura. 307.
40. Piſcationum reditus. 311.
41. De Venatione. 313.
42. Mulctarum pœnarumve compendia. 317.
43. Bona indignis ablata. 319.
44. Inceſtæ nuptiæ. 322.
45. De bonis Damnatorum proſcriptorumve, nec non committentium crimen læſę majeſtatis. 324.
46. Bona caduca & vacantia. 332.
47. Bona derelicta & theſaurus inventus. 335.
48. Bona Naufraga. 338.
49. Errata reperta. 340.
50. Deſerta & inculta. 343.
51. Bona adeſpota. 345.
52. Regalium concluſio. 350.
53. Libertatis parecbaſis ſecunda. 356.
54. De ſucceſſione, legis obſervantia, ac lege fundamentali. 367.
55. De terra nullius, & præſcriptione libertatis. 394.
56. De Fœderibus. 400.
57. De fœderum diverſo jure & natura. 419.
58. De fœdere æquali. 426.
59. De fœdere inæquali. 432.

60. De

Digitized by Google

60. De ſubjectionum modis ac præſumptionibus. 450.
61. De Clientibus & Patronis armatis. 475.
62. De Vaſallis. 496.
63. De Dedititijs. 512.
64. De ſubjectorum reductione ad libertatem. 524.
65. De Neutralitate. 532.
66. De Populorum diverſorum auctoritate. 553.
67. De Populorum diverſorum dignitate. 576.
68. De Populorum inter ſe jure diverſo. 612.
69. Quomodo ex facto quidam rei fiant. 645.
70. Quomodo jure quidam rei fiant. 659.
71. Quomodo in damnatos animadvertatur. 717.

Emendatio vitiorum Typographicorum, ad placidam benigni Lectoris ſtudium, refertur.

JACOBI VANDER GRAEF
Delphenſis JCti:

REPETITIO
L. non dubito. ff. de Captivis & Poſtliminio reverſis.

Cap. I.
DE LEGIBUS.

1. *Legum introductio prima.* 2. *Secunda.* 3. *Tertia.* 4. *Juſto poſita lex non eſt.* 5. *De jure naturali, Gentium, & Civili.* 6. *Privato, ac publico.* 7. *Lex,* non dubito. 8. *Proculi auctoritas.* 9. *Secta Proculianorum.* 10. *Unde d. lex ſumpta ſit.* 11. *Quando, & quomodo de jure reſponderi cœperit.* 12. *De Proculi ingenio, ac doctrina.* 13. *Jus publicum abſolutè, relatè conſideratur.* 14. *Jus aliud antiquum, aliud hodiernum, commune, proprium.* 15. *Jus quoddam mutabile, quoddam immutabile.* 16. *De lege Regia, ac liberi populi poteſtate.*

1 Deus mundi creator, mundo, ut ſuo, à ſe facto, imperat liberrimè. Verbo elementis qualitates proprias dedit. Aquis terminos conſtituit. Telluri limites aſſignavit. Hominibus leges *Pſalm.* 103. præſcripſit. Quas hìc in primævam, & ſecundarias,

 divi-

Digitized by

diviſum imus. Prima fuit, ne de arbore ſcientiæ, boni, & mali veſceretur προτοπλάσεις. Hanc excepe-
runt. Primo, dicta lex è Paradiſo exulandi. Altera, 2
ut fœmina cum dolore pareret. Tertia, ut viri poteſtati, ac dominio ſubjecta eſſet. Quarta, vir in ſudore vultus, pane ſuo ut veſceretur.

Ex illo ruere, & retro ſublapſa referri
Spes hominum. Infractæ vires, averſa Dei mens.

Invidia Diaboli factum, ut ineſcatus miſerrimus peccator, obedientiæ violator evaſerit. Hinc prodigioſum fraternæ inimicitiæ ſemen. Hinc malum tam culpæ, quam pœnæ protenus ipſos etiam poſthumos, poſteroſque ſui labe involvens, ſuperfuit nihil, quam ut ita degeneraret, ut tandem appetitu ſenſitivo non amplius rationi obediente, corrupto jure naturæ, iniquitatem amplexus, homo non ſuo placito, ſed alterius imperantis mandato, in ſui, ſuorumve ſalutem, habuerit neceſſe. Ita quovis

Potiore metallo
Horat. lib. 1. *Libertate caret, dominum vehet improbus, atque*
Epiſt. 10. *Serviet æternum, qui parvo neſciat uti.*

Hoc tam nefarium ſcelus excepit, ut Noë præcep- 3
tum acceperit; Ne ſanguine veſceretur, aut ſangui-
Geneſ. 9. nem hominis effunderet. Deinde lex circumciſio-
Geneſ. 6 nis Abraæ impoſita eſt. Paſchalis inſtitutio ordi-
Exod. 12. *Exod.* 20. nata. Decalogus oblatus. Ac ſtatim Edicta Dei ad

Moy-

Moyſen copioſa referebantur; Populo divinæ ma-
jeſtatis præſentiam non ſuſtinente. Tabernaculum *Exod. 21.*
quoque edificatum & arca; rituſque ſacrificandi *Exod. 25. &*
idem Moyſes Dei verbis edoctus. Levitis litandi *ſeqq.*
præcepta tradidit, Sacerdotalibus inſtitutis erudi-
vit. Quæ ut prolixa quodammodo ſunt, huic tam
præciſo operi inferenda non putavi, præſertim cum
rerum divinarum myſteria ex ipſis ſacræ ſcripturæ
fontibus haurienda pateant veſtigaturis. Igitur cum
ab initio ſceleris labem primores contraxerint, ean-
demque poſteris influxere, petenda fuerunt nova
principia, quibus & antiqua labes emendaretur, &
rei ſceleris illius, ſervarentur. Congruum fuit in ad-
jutorium juris naturalis, jus poſitivum ut ſuccede-
ret, eique blanda conſpiratione famularetur, & dum
famulatur, ſecundarias operas & patrocinium præ-
ſtaret. Congruum inquam fuit, ut quos pudor in
officio adverſus Deum, ſe ipſum, & proximum non
contineret, ſaltem legis virtus, ac ſupplicij gravitas
imperando, vetando, permittendo, puniendo, à
4 peccato deterreret. Probos prudenter excipimus, *Paul. ad Ga-*
illis lex nulla eſt. Spiritu ducuntur, non ſunt ſub *lat. c. 5. 18.*
lege. In hos exercitium juriſdictionis nullum; li-
berè quippe legibus obedire conſuetos; unde &
hoc ipſum: *Juſto poſita lex non eſt.* Horum veſtigiis
inſiſtens juſtitia, inæqualitatem perſonarum impe-

rantium & obedientium introduxit. Tanto beneficio perfectum; ut juris conſtantia publico nomine tuta eſſet. Ut oppreſſos quoque ab illata publica privataque injuria vindicaret. Jus, ars, æqui, & boni eſt. Etiam pro eo quod bonum, & æquum eſt, accipitur: ut jus naturale. Quandoque etiam pro eo quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, ac apud omnes peræquè cuſtoditur: vocaturque jus gentium; quo jure omnes gentes utuntur. Nam cum adaugeri paulatim mundus cœpiſſet, bella jure gentium introducta, diſcretæ gentes, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia ſeparata, limitibus territoria conſtituta, ac diſtributa. Mox cives, utpote qui legibus, ac moribus regerentur, partim jura omnibus hominibus communia amplexi fuere, quæ gentium dicuntur; partim jura propria ſibi conſtituerunt. Recte Imp: *Quod quiſque populus ipſe ſibi jus conſtituit, id ipſius proprium civitatis eſt, vocaturque jus civile, quaſi jus proprium iſtius civitatis.* Nam hoc jus ex propriis legibus, plebiſcitis, Senatuſconſultis, decretis Principum, auctoritate prudentum, & liberis utentium moribus, in ſalutem populi introducitur.
6 Hujus ſumma diviſio, in publicum & privatum. Privatum eſt, quod ſeparatim ad ſingulorum utilitatem pertinet. Publicum quod ad ſtatum Reipub: ſpectat. Jus publicum, cuſtos & tutela

L. 11. ff. de inſtit. & jur.

§. 1. Inſtit. de juro piatur gent. & civil.

L. 1. §. 2. ff. de inſt.t. & jure.

tutela juris privati conjunctim ac ſeparatim eſt; & ut verbo, quaquaverſum. Hujus publici juris (quo quidem vera ac non fucata philoſophia abſolvitur, cujuſque nos ſacerdotes & haberi, & eſſe decet) cauſam tractandam ſuſcipere animus eſt; omiſſa juris privati materia, quæ projecta eſt, & nimio plus ſatis obvia quibuſcunque. Quo ne longum vagemur, paucula ad L. *non dubito. ff.* de Captivis & Poſtliminio reverſis, ſolutiori methodo, adjectis dogmatibus, maxime ad jus publicum pertinentibus, commentabimur. Verba legis ſunt:

7 *Non dubito, quin fœderati & liberi nobis exteri ſint, non inter nos atque eos poſtliminium eſſe. Etenim quid inter nos atque eos poſtliminij opus eſt, cum & illi apud nos, & libertatem ſuam, & dominium rerum ſuarum æquè, atque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant.*

1. *Liber autem populus eſt is, qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubjectus, ſive is fœderatus eſt, item ſive æquo fœdere in amicitiam venit, ſive fœdere comprehenſum eſt, ut is populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret. Hoc enim adjicitur, ut intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe; non ut intelligatur alterum non eſſe liberum: Et quemadmodum clientes noſtros intelligimus Liberos eſſe, etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neque omni jure nobis pares ſunt; ſic eos qui Majeſtatem noſtram comiter conſervare debent, liberos eſſe intelligendum eſt.*

2. *At fiunt apud nos rei ex civitatibus fœderatis, & in eos damnatos, animadvertimus.*

Auctor nobiliſſimæ hujus conſtitutionis, libertatis publicæ jura illuſtrantis, defendentis, eadem intra juſtitiæ terminos retinentis, nobis *Proculus* ex inſcriptione legis apparet. JCtus temporibus Veſpaſiani Imperatoris celeberrimus, cujus ſententiam Ulpianus, atq; alij innumerabiles ICti, ſæpius comprobatam habuerunt. Hoc maxime clarus, quod continua contra Caſſianos juris prælia non infœliciter geſſerit. 8

L. procul. ff. de damno infect.

Diverſas enim doctrinæ ſectas cum maximæ auctoritatis Atejus capito conſul, Ofilium ſecutus; & Antiſtius Labeo, à Trebatio inſtitutus, feciſſent, Atejo Capitoni, Maſſurius Sabinus ſucceſſit; Labeoni, Nerva, eaſdem diſſentiones foventes, adaugentes. Nervæ rurſus Proculus: Fuit eodem tempore & Nerva filius; Fuit & Longinus ex Equeſtri quidem ordine, qui poſtea ad Præturam uſque venit; ſed Proculi auctoritas major erat, atque etiam plurimum potuit. Is Labeonis & Nervæ partes amplexus, Scholam contrariam Sabino & Caſſio inſtituit; Cujus Sectatores Proculiani, Sabinianis & Caſſianis adverſi, memorantur. Proculiani autem fuerunt, Pegaſus, qui temporibus Veſpaſiani præfectus urbi fuit. Pegaſi partes rurſum 9

L. 2. §. ult. ff. de orig. jur.

§. Cum ex aliena Inſtit. de rer. diviſ.

§. item pretium Inſtit.

ſum Celſus pater, Celſus filius, & Priſcus Neratius, *de empt. & vendit.*
(qui utique Conſules fuerunt) adverſus Caſſianos
ſuſtinuerunt, quarum origo, ut dixi, à Capitone &
10 Labeone cæperat. Locus unde hæc Majeſtate digna lex deſumpta creditur, Epiſtolæ Proculianæ ſunt, ut ex ipſo legis præambulo cunctis innoteſcit, qui modo Digeſtorum & Codicis diſtinctiones norunt, ac titulum hunc de *Captivis & Poſtliminio reverſis* à limite ſalutarunt.
11 Et ut obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publice reſpondendi jus, non à Principibus dabatur; ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant. Et ideo optimus Princeps Hadrianus, cum ab eo viri Prætorij peterent, ut ſibi de jure liceret reſpondere; reſcripſit eis: *Hoc non peti, ſed præſtari,* nempe meritis, *ſolere;* Et ideo ſi quis fiduciam ſui haberet, delectari ſe, populo ad reſpondendum, ſe præpararet. Ergo Sabino conceſſum eſt, à Tyberio Cæſare, ut populo reſponderet, qui in Equeſtri ordine jam grandis natu, & fere annorum quinquaginta reperiebatur. Hic primus publice ſcripſit. Poſteaq; ab eodem Imperatore hoc cœpit beneficium dari. Neque reſponſa utiq; ſignata dabãt, ſed plerumq; judicibus ipſi ſcribebant, aut teſtabãtur qui illos conſulebant. Primus Divus Auguſtus, ut major juris auctoritas haberetur, conſtituit, ut ex auctoritate ejus reſponderent; &

ex

ex illo tempore quoque hoc pro beneficio peti cæpit. Sic Proculum noſtrum, ingenio ac doctrina excellentem ab Imperatoria Majeſtate reſpondendi, 12
L. 67. ff. de verb. ſign. reſcribendiq; dignitate decoratum à Nepote, aliisve clientibus indies per litteras conſultum fuiſſe, variæ leges indicant. Pari eloquentia ac libertate eum ſemper tam de jure publico, quam privato reſpondiſſe, ſubtiliſſimas Caſſianorum objectiones continuo ſolviſſe, cum multa alia, tum ipſius epiſtolicarum quæſtionum libri evincunt; E quibus, nempe libro octavo reſcriptum hoc adamantinum deſumptum creditur. Porro, quidquid de his, atque aliis Proculi noſtri ſtudiis eſt, in lato Pandectarum campo reperitur. Quod ad epiſtolas ejus juridicas attinet; quoniam vel Imperatoris Juſtiniani mandato, vel vitio vetuſtatis plurima eorundem librorum, & quæ ijſdem continebantur, extincta ſunt, calumnia carere debebit. Nobis ejus auctoritatem amplectentibus, in his reſcriptum Divorum Fratrum ſufficiat, ubi ajunt: *non levem juris auctorem in Imperio Romano hunc Proculum extitiſſe.* Quod itidem ex allegata ſuperius lege eruitur; Atque ex ſequentibus adhuc clarius apparebit.
L. 17. ff. de dam. infect.

13 Hujus in repetitione legis jus publicum dupliciter conſideratur. Abſolutè, relatè. Relatè, ſecundum objectum ad quod refertur, rempublicam nimirum.

mirum. Hoc univerſim. Privatim, privatas ſpectat: Puta, Romanam, Venetam, Batavam; & quæcunque alia ſervitij expers agit, ac juris ſui. Abſolute, jus inſpicitur, ratione originis, & ut eſt in ſe
14 ipſo. In ſe ipſo, ut antiquum, hodiernum. Originis quidem, ut eſt aliud nobis cum alijs commune, aliud proprium. Commune nobis cum Chriſtianis, atque adeo animantibus omnibus, jus Divinum. Jus item gentium, quod & humanum appellatur; ſic dictum, quod ita ſuadenter humana ratione, inter omnes homines, tacite convenerit. Ad hanc claſſem referantur legatorum, ſalvi conductus, atque plura alia belli, ac pacis jura, ex civilibus & politicis conſtitutionibus plenius haurienda. Divino, Naturæ, Gentiumque juri ſic immixtum, ut divelli non poſſit, eſt jus Juſtinianeum, in pleriſque Chriſtiani orbis partibus valentia; atque æquitate ſui, receptum; non quod inde lex orbi Chriſtiano dicta, ſed quod vim juris obtinere placuerit Principibus, Rebuſpublicis, Civitatibus ſingulis, idq; pro arbitrio, & liberrima electione. Proprium jus eſt, quod à nobis ipſis in noſtram cauſam, ſive generaliter, ſive ſpecialiter introductum. Generaliter ex relatu antiquioris hiſtoriæ, conſuetudine, aut accommodato privatorum obſequio, ad ſupremæ majeſtatis ſublime faſtigium. Specialiter, cum

diſertim hac vel illa lege, totius populi placito, Imperantium reſcriptis, aut recta conſuetudine, bono publico quippiam conventum, conſtitutum, promulgatum, introductum, reperitur. Talia ferè apud nos placita Carolina obſervantur.

Utriuſque juris quædam mutabilia ſunt, quædam 15
mutari prorſus neſcia; Illa ut immutentur, ſingularium atq; extraneorum facit interventus, & mixtura; proque ea prædominans quid, & genuinam eorundem eſſentiam obumbrans. Immutabilis eſt lex divina, dum in ſalutem populi Deus leges imperanti, parentique præſcribit. Ejus merito quoque ac ſolius eſt legis divinæ tollendi poteſtas, penes quem conſtituendi eſt auctoritas. Proxima divinis ſunt, ac mutationis expertia, jura naturæ; utpote quæ nulla civilis ratio corrumpat. A quibus primum ſibi vindicant locum, quæ expreſſus, tacituſque populorum Conſenſus introduxit. Hæc niſi moribus in contrarium euntibus oblitterentur, deſuetudine tollantur, aut contrarijs uſibus evertantur, non eſt ut mutationem formident. Civile jus, ſuæ Civitatis tangit cives; quod ut ſibi privatim amplectendum putet, eſt cujuſque in arbitrio. Inter illa quæ juris quaſi civilis ſunt, etiam non nulla reperiuntur, quæ nefas ſit, aut mutari aut verti. Talis eſt apud Germanos *Aurea Bulla*. Talis apud Gallos,

los, *Lex Salica*. Apud Anglos Parlamentorum De-
creta, & quæ paſſim majora ſpirantibus, atque im-
perium affectantibus, inviſa imperij lex. Hæc
fuit, olim, quæ (ita conjectare liceat) lex Regia
16 nuncuparetur. Hæc fuit illa, *qua populus Romanus
contulit ei & in eum, omnem poteſtatem*. Quo factum
potiſſimum, ut non aliter ferè imperandi ratio con-
ſtaret, quam ſi uni redderetur. Hæc pro varia po-
puli liberi natura, voluntate, ac neceſſitate, diverſi-
modè proponitur. In ſe ſi ſpectetur, Palladium rei-
pub: eſt, velut cælo delapſum ancile, atque ancora,
quod ajunt, ſacra. Libertatem populi aſſerturis no-
bis, certum eſt, populo in tali libertate exiſtente,
ſive in repub: electiva, electio facienda ſit, ſive in
ſucceſſivo Principatu, locum ſit habitura ſucceſ-
ſio, ſive in libertatem excuſſo jugo, populus ſeſe
aſſerat, omnino ei liberum eſſe, quin imo liberri-
mum, ſi quid in proprio diſtrictu, citra alterius in-
juriam, in proprios cives exerceri velit, ea omnia
conſtituat, imperando, augendo, diminuendo, nec
non & derogando juri publico, privatoque agat,
quæ è republica eſſe videbuntur. Atque hoc eſt,
quod ex Imperatoris ſententia poſt multam Juriſ-
conſultorum altercationem juriſque publici ambi-
guitatẽ dicitur. *Quæ ipſe ſibi quæq; Civitas conſtituit, ſæ-
pe mutari ſolent, vel tacito conſenſu, vel alia poſtea lege lata.*

Nimirum, quia nullius alterius populi externi intereſt, quid à vicinis, aut remotis fiat, dum ne fiat in alterius perniciem; vel contra fœdus, in fœderati ruinam, ac necem.

CAP. II.
DE TERRITORIO.

1. De Civitate materiali. 2. Formali. 3. Singulari. 4. Univerſali. 5. Diverſæ poteſtates neceſſariæ ſunt. 6. Fines territorij quomodo probentur.

Civitas, quia ſine territorio non conſiſtit, in materialem & formalem diſtinguitur. Materialis, eſt pars illa terræ, in qua populus ſedem figit. Commune fortunarum iſtius populi receptaculum, in quo requieſcit tamquam in centro ſuo. Ex mandato Dei ſpecialis hęc exiſtit limitum, ac finium cujuſcunque territorij aſſignatio. Hos inter, ut unuſquiſque populus ſe contineat juſtum, faſque eſt. Poëtæ etiam ſi non juſta ſaltem ſui fratricidij cauſa: 1.

Nec pretium tanti tellus, pelaguſque furoris
Extitit, exiguum dominos commiſit aſylum.

Præſertim, cum neminem lateat, gravibus ſupplicijs

plicijs involvendos, qui illos tranſilire ſtudeant, aut violare. Idem, & in eos, quos termini moti crimen turpat, decretum. Termini autem, territorij particulæ, ſive notæ ſunt, limitibus circumpoſitæ: quorum eſt, confines agros inter ſe diſtinguere, ac determinare. Tale eſt illud Virgilij:

Exo.l.19. v. 12. Deut. 19. v. 14. Vide tot tit. ff. & C. de termino moto.

Limes agro poſitus, litem ut decerneret arvis.

Horum alij ſunt naturales; ut flumina, mare, montes, & id genus alia. Alij artificiales, ut lapides, de quo illud Virgilij jam citatum. Arbores, de quibus illud ejuſdem:

Et prope apud veteris ſubverſa cacumina fagi.

Columnæ, quales illæ Herculis, Bacchi, & *Quas Vltra.* Quam nec totus terrarum orbis capit, aut ſiſtit, ambitio Hiſpanorum, faſtuoſo molimine limites ſuos ſe prorogaturum ſperat. Limites, ſunt certa ſigna oculis occurrentia, ab extremorum uno, per terminos ſeſe ferentia, ad alterum pariter extremum. Hi in rectitudinem ſi porrigantur, territorij longitudo quæ ſit, exhibent. Sin in circulum, atque in ſua principia, velut reducti revolvuntur, ambitum territorij notant; ejuſq; circumferentia non ineptè vocari poſſunt. Quidquid hoc ambitu circumſcriptum, concluſumque attinetur, id ipſum territorium eſt: quale quidem ſcribentium vulgus territorium paſſivum appellare conſuevit. Cujus ſi

materiam ſpectes, terræ ſpatium ſit, juriſdictione munitum. Territorium dictum, quaſi tauritorium, id eſt, limitibus bobus tritis, & aratro ductis; ut etiam urbi impreſſæ ab aratro, ac ſtiva notæ nomen dedere. Formam ſi conſideres, territorium intelli- 2
gitur, quatenus in eo, & illius vi, ac jure, juriſdictio, ſeu jura territorij, exercentur. Sic ut territorium à terrendo dicatur, quod magiſtratus ejus loci, intra eos fines, terrendi jus habeat. Cujus terrendi facultas, ea vis eſt, & efficacia, ut ſita in territorio, huic terrendi juri obnoxia, non inveriſimili præſumptione, credantur; quamvis alias ipſe ſitus non ſit, aut modus acquirendi rerum dominium, aut per ſe quid conferat ad eſſentiam rei. Territorium in ſin- 3
gulare, ac univerſale dividitur. Jus territorij ſingulare eſt, quod intra certas partes territorij univerſalis, concluditur. Id ipſum conſtituitur diverſimodè; quando nimirum aut conſenſu interpoſito, conventione expreſſa, aut conſuetudine, vel alio caſu ſingulari, quæſitum, conceſſum, vel indultum reperitur. Dixi diverſimodè, quia novum non eſt, ut ſingulare territorium eat in plurium imperia, & diſpari jure adminiſtretur; dum nimirum, hic juriſdictionem ſimplicem, alter jus gladij, tertius alia jura exercet. Hic obſervandum, quod cum juriſdictionis diſtincti modi ſint, ab una ſpecie, ad aliam

L. pupillus 239. § 8. ff. de verb. ſign.

Digitized by Google

aliam quid inferre, aut argumentari, non licere. Neque amplius præſcriptum, quam poſſeſſum, cum limitata poteſtas limitatum producat effectum: Unde nec ſuperior aliqua juriſdictio admittitur. Qui ex parte duntaxat Dominus eſt, temerarius ſit, ſi hoc nomine involet in jura ſupe-
4 rioritatis. Jus territorij univerſale, ſive univerſalis territorij eſt, quod diffunditur per univerſum territorium, & tamquam anima vitalis, totum reipubl: corpus animat, ac regit; quare non immerito, ſuperioritas territorialis dicitur, definiturque, Jus, & poteſtas imperandi ſumma, in ſalutem, defenſionemque Civium omnium, ſubjectorumve territorio incluſorum, competens. Horſum tam res Eccleſiaſticæ, quam ſeculares ſpectant. [b] Etiam in Monarchia. [c] Nec non omnes cauſarum ſpecies, in iſto territorio exortæ, civiles, criminales, reales, perſonales, mixtæ, qua petitorij, qua poſſeſſorij judicij reperiuntur; [d] niſi exteri ſint, aut ſpecialiter res, vel perſonæ excipiendo de exemptione docere, poſſint; quandoquidem, impoſſibile non eſt, ut in territorio univerſali, aliud territorium univerſale, incluſum ſit. Quo ſenſu ille locus dicitur in territorio, quamquam de territorio non ſit; ac ſubinde nullius alterius circumjacentis poteſtate ſubjectus, ſed vere liber.

L. 18. § ult. ff. de acq. rer. poſſeſſ.

b Nov. 6. Quomodo oport. Epiſc.

c 1. Reg. 2. v. 28. & 35. 1. Chron. cap. 16.

d L. 1. § initio. 4. ff. de offic. præfect. urb.

Terri-

Territorium activum, ſive formale, exemplo aliorum populorum, propria ac ſuprema ſua poteſtate animatur, regitur, ac defenditur. Certo certius, diverſa eſſe territoria, quæ limitibus, finibuſque diverſis ambiuntur. Et notandam ad l. noſtram, cum dicitur: *Nullius alterius poteſtate ſubjectum*, Neceſſa- 5
rio unum imperium extra alterum conſiderari, totumque mundum in varias poteſtates æquales, ac liberas diviſum, ne Dei ad inſtar, una poteſtas, ſive unus homo, omnibus imperet hominibus; & ne, quo unius territorij cives, abſentia ac diſtantia majeſtatis, in incommoda quam plurima inducantur. Unde obſervatum neminem hactenus totius univerſi, univerſalem dominum, præter unum Deum, qui omnia in omnibus, extitiſſe. Fines autem Ter- 6
ritorij quomodo probentur, multi multa ſcribunt. Maximum ejus argumentum exercitium juriſdictionis eſt, referente Baldo, ubi dicit: *ſi vertitur quæſtio in cujus territorio cituatus ſit ager, an Peruſiano, an Engubino; & probetur quod Peruſini illic perpetuo furcas erexerint, malefactores cæperint, & homines illorum mandatis obtemperaverint, per hoc probatum eſſe, agrum illum eſſe in territorio Peruſino.* Et diſputatio talis, craſſe pro univerſitate ditionis, quæ ſpecialem habet titulum, intelligenda eſt. Optime tamen probabitur contra populum externum, ex ipſa ſubmiſſione; quan-

In l. data opera verſ. ſupercitu C. qui accuſ. non poſſ.

Mynſing. 5. obſ. 89. n. 8.

quando nimirum aliquis populus ſponte ſuperiorem recognoſcit, cui ſe in totum ſubmittit, ſubjicitve: Modo ſe ſubmittens, & jus ſuperioritatis alienans, ſit talis, qui etiam poſſit obedientiam, & ſubjectionem præſtare: Nam in præjudicium alterius præſtita ſubjectio, atque obedientia, nihil operatur. c *Arg. l. 1. ff. de offic. procur. Cæſar.*

Cap. III.

DE EXTERIS.

1. Cauſæ conſtituendorum imperiorum. 2. Quinam exteri ſint. 3. Civibus cum exteris, licet fœderatis, communio juris per ſe non eſt. 4. Niſi in unum imperium conſpiraverint. 5. Matrimonia cum exteris per ſe illegitima, & filij eorundem illegitimi. 6. Sacræ ſcripturæ exempla, & rationes. 7. Affinitates cum exteris nullæ. 8. Exteris teſtamenti factio non eſt. 9. Ad rerum immobilium poſſeſſiones non admittuntur. 10. Cum exteris quomodo actum, & agendum. 11. Quomodo hæc jura communicentur. 12. Generaliter. 13. Specialiter. 14. Privilegio. 15. Conſuetudine. 16. Neceſſitate. 17. Utilitate. 18. Dummodo jus civile illæſum permanet.

1 Cauſam conſtituendi imperij, ſi inveſtigemus, alia principalis, alia minus principalis. Prin-

Digitized by Google

cipalis Deus, ens entium; in cujus honorem exercetur, & per quem imperium eſt, id quod eſt. Inquid enim [a] David: *Poſuiſti populum Iſraël, tibi in populum uſque in æternum; & tu Domine factus es Deus ejus.* Minus principalis, ipſa Libertas populi, in cujus ſolius conſervationem imperium inſtitutum eſt. Omnes igitur homines in cives, hoc eſt, qui 2
ejuſdem populi; & exteros, qui alterius populi ſunt, diſtinguuntur. De exteris nunc dicendum, ut exinde Civium jus, in ſequentibus clarius appareat. Exteri, Extranei, hoc eſt Exterranei, ſive alienigenæ nuncupantur, qui alibi, in aliena terra nati ſunt, vel alieni generis, gentis, aut etiam alieno territorio geniti eſſe creduntur. De territorio externo Virgil:

Omnem equidem terram ſceptris quæ libera noſtris
Diſsidet, externam reor.

Idem in Bucolicis, de exteris hominibus:

Nec noſtri puerum generis, neque ſanguinis edunt.

Hi Exteri, qui & alibi in jure Juſtinianeo [b] *Devoti* 3
appellantur, nulla juris Civici cum Civibus, per ſe, juris communione, gaudent; licet fœdere æquali, inæquali, cum Civibus alterius populi juncti ſint: Inquit enim Juriſconſultus Proculus; *Non dubito, quin fœderati & liberi nobis exteri ſunt.* Hoc eſt, noſtra republ: non contineri. *Sive æquo fœdere in amicitiam venit, ſive fœdere comprehenſum eſt, ut is populus alterius populi*

[a] 1. Paral. 17. v. 22.

[b] L. à legatis C. de vectig. & com:

populi majeſtatem comiter conſervaret. Fœdus enim, qua fœdus, modus non eſt introducendæ communionis. Fœderati cum fœderatis in puncto communionis exteri permanent, ut qui nullo fœdere conjuncti ſint. Etiam in fœdere inæquali, ubi conventio, ut *alter populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret*, adjicitur, *ut intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non ut intelligatur alterum non eſſe liberum.* Jam autem ſi liber ſit, ſequitur eundem omnia ſua jura ſalva retinuiſſe; in alterius imperium non conſenſiſſe. Jura Civica non communicaſſe; eoque fœdere inferiorem non minus, quam ſuperiorem inferiori exterum eſſe, ac jure ſuo uti; quandoquidem duæ libertates, ſalva utriuſque exiſtentia, in unum corpus cadere non poſſunt. Libertas etenim magis & minus non recipit, itidem nec parem in
4 libertate ſua agnoſcit. Quod ſi tamen in omnibus, pari juris communione vivant, dicendum tali commixtione duos populos in unius imperium conſenſiſſe. Hos in unum populum velut coaluiſſe, atque hac coagmentatione omnem ſuam poteſtatem, tranſtuliſſe, miſcuiſſe; Nec amplius fœderatos, ſed unum populum exiſtere. Et ne Cives cum exteris confunderentur, rectè à veteribus
5 obſervatum; Nulla matrimoniorum, connubiorum, affinitatumve jura, nullas rerum immobilium

Digitized by Google

poſſeſſiones, participatione civium cum exteris, communicari. De matrimonio conſtat, legitimum nunquam Romanis appellatum fuiſſe, niſi inter cives Romanos, non ſervos, ſed liberos; non extraneos ſed cives, eadem juris communione viventes, contraheretur. Eo enim pertinet illud [a] Livij: *Romanos coloniam conſcripſiſſe ex iys quatuor millibus hominum, quos Romani ex Hiſpanis mulieribus, ſuſceperant.* Sic Seneca [b] Philoſophus, *Promiſi tibi filiam in matrimonium, deinde peregrinus apparuiſti: non eſt mihi cum extraneo connubium, eadem lex me defendit, quæ vetat.* Quin imo liberi ex tali copulatione progeniti (quamvis id poſtea pro parte mutatum [c]) jure civili Romanorum illegitimi, & ut Græcis placet, νόθοί appellantur. [d] Unde idem Livius: *Campani petierunt, ut ſibi Cives Romanos ducere liceret, & ſi qui prius duxiſſent, ut habere eas, & antè diem nati, ut juſti ſibi liberi, heredeſque eſſent; utraque res impetrata eſt.* Accuratius etiam ſi quis ſacras paginas evolvat, dé Abrahamo conſtabit; cum filium ſuum Iſaac juvenilis ætatis eſſe perſpiceret, ſervo ſuo imperaſſe, uxorem ei quæreret; ex ea tribu, atque terra, de qua ipſe oriundus videbatur: modo ut inventam puellam in regionem Chananeorum deduceret, nec putaret eum cauſa conjugis in ſolum patrium rediturum. Atque ut ea ſtrenuè mandata exequeretur, contracto domini

a Lib. 43.

b Lib. 1. de beneſic.

c L. 1. ff. ad municip.

d In pr. & § 12. Inſtit. de Nupt.

mini ſemine, ſacramentum dedit.[a] Sic & admonitus Jacob à Patre Iſaac, ut ex domo Laban, fratris Rebeccę, uxorem acciperet; tanta illis cura fuit cum in alienis terris conſiſterent, genus tamen intra familiam ſuam ducere. Nimirum ne populus Dei exterorum copulatione, morum, diſciplinæque ſuæ immemor, paulatim externos mores traheret, ac mox prophano ritu, idolis ſacrificare inciperet. Adeò cuncta cum exteris ſocietas pernicioſa eſt. Sic Iſraëlitis paſſim connubia exterorum prohibita; conſummata, quod magis eſt, diſſoluta. Extruſis itidem liberis ex Gentilium connubijs ſuſceptis. Et Deus longè, corruptos extraneorum mores proſpiciens, ſalubri ſuos reſponſo inſtruxerat, devictas gentes ut internecioni darent. Quo neglecto, cum plebs Iſraëlitica, dominandi avida, imperare victis malebat, ſæpius repertum hoſtium ſuorum victorijs Hebræos ceſſiſſe. Per aliena matrimonia depravatos, libertatem ſervitio commutaſſe; donec rurſum flentes culpam fateri, & precari veniam abjectis idolis, remotiſque uxoribus exterarum gentium, Deum implorantes, negatam licet miſericordiam, impetrarent. Et Salomon modeſtus animo, omnium mortalium ſapientiſſimus, cum hoc vitio adverſus edictum Dei non abſtineret, ex alienigenis conjugia ſumeret, ſeptingentas

a *Geneſ.* 24.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

uxores,& trecẽtas concubinas haberet, idola eis ritu
gentiũ ſuarum, quibus litarent, conſtituiſſet, accen-
ſus Dominus pœnã ei denunciat, fore ut regnũ ma-
jore ex parte filio ademptũ , ſervo illius traderetur.
Improbatis igitur de jure divino ac communi exte- 7
rorum connubijs, ſequitur affinitates, ex nuptiarum
fonte provenientes, inter alienigenas non admitti.
Nam ubi conjugium non admittitur, ibi non quidẽ
affinitas imaginaria datur. *Affines* enim, ſecundum
[a] L. 4. § 3. ff. de grad.
Modeſtinũ [a], *ſunt viri, & uxoris cognati, ab eo quod duæ
cognationes, quæ diverſæ per ſe ſunt, per nuptias copulantur,
& alter ad alterius cognationis finem accedit: namq; conjun-
gendæ affinitatis cauſa, fit ex nuptijs.* Quare ſi matrimo-
nium ſuſtuleris, etiam affinitatem tollas, quaſi ſub-
lato fundamento, totum id quod eodẽ fundamento
inædificatum eſt, corruat. Nec vir, nec uxor eſt, ergo
nec conjugium. Conjugium non admittitur, affini-
tas impeditur. Nec affinitas nota, cum matrimoniũ
eſſet incognitum. Prohibendæ affinitatis inter ex-
teros hæc ratio eſt; ne peregrini tacita juris partici-
patione, per conjugia, affinitateſq; adaucti, fortio-
reſq;, gliſcente civium auctoritate, diminuta eorũ
per exteros dignitate, ac poteſtate, in communẽ pu-
blicæ utilitatis fortunã exteri perrumpant, aut mi-
gratione in alias terras, ſuas relinquant. Sic Medio-
lanenſes conjugia cum peregrinis, atque affinitates
ex conjugijs neceſſario orientes, pœna publicatio-

nis

Digitized by Google

nis bonorum, interdicta voluerunt [b]; Gaditani fæderibus ſtipulari conſueverant, alterum alterius populi ſubditos non admiſſurum, referente Cicerone pro C. Balbo, ubi dicit: *Inter Romanos, Gaditanoſq; conventum fuit, ne quis fæderatorum à populo Romano civis reciperetur.* Unum, ne proprio territorio cives decedentes, patriam relinquant. Alterum, ne exteri cum civibus miſceantur.

8 Succeſſiones, teſtamẽti factiones, ac rerum immobilium poſſeſſiones, ex ijſdem cauſis ſępius originem trahentes, exteris quoque incommunicatæ permanent. Et ſucceſſiones exterorum ab inteſtato non ſubſiſtere, indubitati juris eſt; nimirum, quia filij exterorum ex civibus Romanis, aut civium ab exteris procreati, erant illegitimi, ac proinde hæreditatis, ſive ſucceſſionis ab inteſtato, incapaces. Teſtato eorũ ſucceſſiones non admittuntur; quia ut teſtamenti factio juris civilis eſt, ad extraneos non pertinet, non extenditur, nec cum extraneis in communionem venit [c]; non [d] activè, non [e] paſſivè. Sic Cicero in exilium detruſus, neque ob id civis eſſe deſinens, inquit, *Quis civis Romanus, qui mihi legare teſtamento dubitavit?* cum anteà dixiſſet pro Poëta Archia, ipſum jure teſtamentum feciſſe. Quod invalidum fuiſſet, niſi jura civitatis retinuiſſet. Eſt ratio ulterior, teſtamenti factio, non privati, ſed publici juris eſt [f]. Imo permiſſoria, non prohibitoria [g]; ac proinde, ubi in civitate teſtamenti factio

ad-

b Bodin. lib. 1. de republ. cap. 7. n. 62.

c L. 6. § 2. ff. de hered. Inſtitut. l. 1. C. eod.

d L. 31. & ſeqq. ff. de jure fiſci.

e d. l. 6. ff 2. ff de hered. Inſtit. l. 10. § 6. ff. de in jus voc. l. 1. § 2. & 3. ff. de leg. 3.

f L. 3 ff. qui teſtam. fac. poſſ.

g L. pen. C. eod.

admittitur, non niſi cives, una eademque commu-
nione, fortunaque degentes, concernit; atque in-
ter eos tantum quoſdam, qui ſpecialiter ad teſta-
menti factionem admittuntur; ut majores, non
minores, mentis compotes; Prodigis ac furioſis à
teſtamenti factione remotis, excluſiſque; de qui-
bus paſſim in jure noſtro plurima occurrunt. Hinc
eſt, quod ex interdicta peregrinis teſtamenti factio-
ne, homines manus mortuæ appellantur; primo
teſtator, qui exteros rerum immobilium, extra
ſuam provinciam ſitarum, heredes invalidè inſti-
tuit, ſive ſcripſit, etiam mobilium [c]. Secundo, pe-
regrini, qui ex ejuſmodi teſtamento nihil capere,
vel poſſidere quæunt. Manum enim, quod poteſta-
tem ſignificat, inefficacem, & mortuam expan-
dunt. Nec privatorum contractus civium cum ex- 9
teris, circa res ſoli majoribus viribus nititur. Con-
tractus enim formam omnem, & vim ex jure civili
nanciſcuntur; cujus participes haud alij, quam ci-
ves; quos ut civitas, ita juris communio jungit. In
hanc rem inquit Bodinus [d]: *In pleriſque Germaniæ re-
gionibus, & in univerſa Bohemia, ac pene tota in Italia,
præcipuè Ferrariæ, ne glebam quidem agri peregrino, jure
dominij, habere fas eſt.* Nec poſſeſſionem prædiorum
extero accipere licet, moribus Peruſiorum. Ac ne
uſumfructum quidem Mediolanenſes alienigenis
con-

c *L. impr. ad verbum cives ff. ad l. Falcid.*

d *Lib. 1. de repub. cap. 7.*

10 concedunt. Tanta etiam in exteros priſcorum temporum ſeveritas extitit, ut admiſſi peregrini tantum hoſpitandi, tranſeundique commoditatem in fœderata civitate habuerint. Non fœderati apud Græcos generaliter hoſtes haberentur [e], & quidquid ab illis ad Romanos, vel Romanorum ad eos deveniebat, deducentium fieret [f]. Muros aſcendere, prætexta [g] uti, vel toga [h], alienigenis quoque interdictum fuit; & pœnæ ſpecies erat in peregrinationem [i] redigi. Quin imo Lycurgus peregrinos littoribus, portubuſque arcendos exiſtimavit [l]. Quod tamen in orbe Chriſtiano Secta noſtrorum temporum non patitur; nixa præſcripto divino, peregrinos pauperes alendos [m], nec contriſtandos [n], nec convitio afficiendos eſſe, ſed diligendos [o], ac defendendos [p]. Inquit enim paſſim Deus: *Memineritis & vos exteros in majoribus veſtris fuiſſe.* Præcepta peregrinis obſervanda, ex prudenti monito Imperatoris Auguſti ſunt: Alieni regni arcana non ſcrutari [q], nihil præter negotium ſuum gerere. Nihil de alieno inquirere, minimeque in aliena republ: curioſum eſſe, recta peregrini officia ſunt [r]. Boni rurſus in peregrinos Magiſtratus eſt, ut ipſis juſtitia fiat, quæ in his Provinciis exteris citius, quam civibus elargiri ſolet. In imperio Romano his quidem omnibus jus redditum à Prætore fuit, qui ob-

e *Plutarch. in Themiſt.*

f *L. 5. § 2. de captiv. & poſtlim.*

g *Macrob. 1 Satur. 6.*

h *Sueton. in Claud. 15.*

i *idem n. 16 & 25.*

l *Plutarc. in in Lycurg.*

m *Deut. 14.*

n *Exod. 22. & 23.*

o *Levit. 19.*

p *Ierem. 22. verſ. 3.*

q *L. 4. C. de Commerc.*

inde Prætor *Peregrinus* dicebatur*. Civibus cùm
exteris juris civici communionem, de jure com- 11
muni non eſſe, oſtendi. Sequitur, hæc aliter,
aliis mediis intercedentibus, apud quoſdam gentes, quoque exerceri. Sic alliciendæ mercaturæ cauſa, Fredericus Secundus Jus teſtamenti condendi, heredeſve inſtituendi, peregrinis, & advenis conceſſit [a]; Quod in Galliæ regno per *Albinagii* conſtitutionem, vulgò: *droict d'Aubeyne*, jus alibi natorum, rurſus improbatum eſt: ubi ſi quidquam peregrino earum rerum, quæ extra patriam partæ & acquiſitæ ſunt, fuerit legatum, generaliter in caducum recidit, fitque res fiſci. Quod tamen Bodino teſte, ad vivos non pertinet; quibus libera rerum omnium acquiſitio, nec non & alienatio, nobili Curiæ Pariſienſis judicato [b] permanſit. Libertatem teſtandi quod attinet, inquit idem jus Civium, exiguo pretio in ærarium redacto, ibidem peregrinis concedi. Nec prætermittendum ejuſdem regni edictum nuper [c] promulgatum, quo exteri omnes ſoluto pretio, haud iniquo, aut graviori, ad Civium honores, Privilegia, Libertates, remota omni exceptione & differentia inter Cives & Exteros, aſſurgunt. In Hollandia auſtrali, vetuſtate collapſo veteri jure, olim [d] ſtatuto cautum, ut bona defuncti peregrini, ex partibus duabus ad

ærarium

* *L. 2. §. 28. ff. de origine jur.*

a *Auth. omnes peregrini C. Comm. de ſucceſſ.*

b *Idib. Novemb.* 1544

c 29. *Febr.* 1639.

d *Anno* 1322.

ærarium Comitis, & pro tertia reliqua, ad Dominum juriſdictionis (*Ambacti* dominum vocant) pervenirent g. Quod ſtatutum, ut à juris ratione non alienum, validum eſſe exiſtimo, licet noſtra conſuetudine abſoletum ſit. Et meo quidem judicio ab hac antiqui juris norma, non erit recedendum, niſi generali juris communicatione, aut ſpeciali publica quadam conventione, privilegio, aut diuturnis utentium moribus, neceſſitate exigente, utilitate
12 ſuadente, aliud ſtatutum ſit, aut introductum. De juris generali communione aliquando vicini proximique aut etiam remoti interdum populi, inter ſe fœdere conveniunt. Exemplum Helvetii ſuppeditant, qui licet tredecim gaudeant civitatibus, in totum Liberis, pari libertate fulgentibus, nullius alterius poteſtate ſubjectis, juris civici tamen inter ſe communione ex pacto utuntur. Ut & Unitæ Belgarum Provinciæ, itidē Liberæ. Quare etiam prædictæ Provinciæ, proinde ac Liberæ Helvetiorū civitates, in unum quaſi, corpus redactæ, unus populus multis eſſe creduntur, quamvis re vera ſeparati
13 populi ſint. Speciali conſenſu, tam proximi populi, quā eorum qui longè latèque remoti, cum alio populo mercaturā frequēter exercēt, aut fœderibus ob defenſionē territorii, aut firmandæ, propagandæve religionis cauſa initis, ſępe de cōnubiis, affinitatibus

g *Handveſt. van Zuydt-Hollandt.*

& ut plurimum de ſucceſſionibus mutuis, agi ſolet. Sic fœdere Gallorum cum fœderatis Belgiæ Provinciis contracto [a], comprehenſum: *Que le droict d'Aubeyne ceſſera reciproquement pour les ſubjects de Sa Majeſté, & des Provinces unies*, hoc eſt, juris alibi natorum diſtinctio, in poſterum reciprocè inter Gallos, & unitarum Provinciarum ſubditos, locum non habebit. Privilegio quoque exteri ad jura civica 14 admittuntur, Generaliter ſcilicet & Perſonaliter. Generaliter in Gallia peregrinis mercatoribus ad nundinas has aut illas, Lugdunenſes puta, proficiſcentibus indultum, ut nihil de bonis eorum, venientium abeuntium, atque interim morientium, fiſco adjudicaretur [b]. Hanſeaticæ Germanorum ſocietati, & aliis ſeptentrionalibus regnis, tum juriſdictionis, tum omnium vectigalium, & tributorum immunitas conceſſa, ut privilegiis perſonalibus & realibus, nec non immunitatibus, mercatores ad talia loca invitari poſſent. Eoque privilegio mercatores olim in Brabantia degentes, ſumma libertate mercaturam exercebant. Perſonaliter autem jura civica communicantur, ſi cui ea ob merita indulgeantur, oblato libello, arrha fidelitatis data, à Principe quiſquam petierit (Gallis *droict de naturalité* vocatur) quæ tamen ejus naturæ ſunt, ut ad exemplum non trahantur. *Nam quod alicui ob meritum*

a Anno 1624.

b Bodin. 1. de Republ. c. 7. n. 63.

tum indultum eſt, aut perſonaliter conceſſum, perſonam non egreditur; neque eſt ad conſequentiam trahendum [a]. Atque olim Brabantiæ populus, Sodalitium D. Petri inſtituit, quo Sodales illi aſſumpti, jus agendi, defendendi, ac juris civici communionem obtinebant. Sed quia ejuſmodi Sodalitia nova, privilegiaque perſonalia, quibuſdam in caſibus damnoſa civibus reperiebantur, præſertim electo Principe externæ nationis, qui ſuos ut plurimum promovere conantur; Poſtmodum cautum fuit, nationibus mercatorum in Provincia Flandria ſtationem habentibus, nulla deinceps privilegia, immunitateſque darentur, concederentur, quæ ullo modo Provinciæ Brabantiæ, ejuſdemque incolis, detrimento, damno, aut præjudicio, verterentur. Moribus, ſive conſuetudine etiam ipſum jus civile (neque id minima ſui parte) pro cujuſque populi tacito conſenſu communicatur. *Neque enim intereſt, ſuffragio voluntatem ſuam populus declaret, an rebus ipſis & factis* [b]. Hoc plerumque pro mutuo amicitiæ nexu, aëris convenientia, morum ſimilitudine, longinqua confœderatione, linguarum communione, mercaturæ compendiis, aliiſque de cauſis, juris civici participationi ancillantibus, penes alios magis, alios minus exercetur; prout uniuſcujuſq; forma reipub. deſiderat. Tanta in his Fæderatorum

[a] *§ ſed & quod 6. Inſt. de jure nat. Gent. & civil.*

[b] *L. 32. de Legib.*

Belgiæ populorum tranquillitas, ut quod quiſque
juris in eos ſtatuerit, eo ferè jure, aut humaniori
adverſus eoſdem gentes utantur. Tanta rurſus An-
glorum juris proprii retinentia eſt, ut ne quidem
ipſorũ prædia peregrines creditoribus ſubjici poſ-
ſunt [c]. Dictum eſt neceſſitate exigente, aut etiam 16
utilitate ſuadente, privilegiis, aut conſuetudine ju-
ra civilia quandoque communicari. Neceſſitas ferè
in eo conſiſtit; quod velut homo alterius ope auxi-
lioque indiget, Unus populus abſque altero non
conſiſtat, naturam quandam cognationem juris
inter homnes conſtituiſſe, qua hic tutus alterius re-
gna adeat: quia non omnis fert omnia tellus [d]. *Hoc*
enim ipſe Deus (inquit excellentiſſimus [e] Grotius) *per*
naturam loquitur, cum ea cuncta quibus vita indiget, omni-
bus locis ſuppeditari à natura non vult. Et ipſe Deus à
quocunque mundi cardine ventos ſpirare juſſit, ut
eſſet etiam quacunque libet diſcurſus, libera com-
mercia, libera bonorum omnium ubivis terrarum
exiſtentium, qua permutatio, qua communicatio,
& quovis modo, perceptio. Utilitas verò in eo ver- 17
ſatur, quod advenarum abundans mercatura, ma-
ximam pecuniæ vim, maximum civitati, ex homi-
num confluentia, commodum adferat. Infallibili
Provinciarum Hollandiæ, Zeelandiæque exem-
plo; ubi licet nullæ auri, argentique fodinæ inve-
nian-

c Bodin. 1. de Republ. cap. 7.

d 1. Reg. c. 10. v. 10. & ſeqq.

e Mare liber, cap. 1.

niantur; ſed in plurimis locis pro incolarum copia, frumenti ex propria terra nati, maxima inopia, nunc fælici Arabia fæliciores, ditioreſque, & Hungaria fertili, fertiliores, mercantium beneficio, à peregrinis ipſis, ſine jactantia, exiſtimantur. De his nobiliſſimi ſunt, & merito decantatiſſimi verſus illuſtriſſimi Scaligeri; nec non incomparabilis ac cum Sole & Luna ſemper victuri Danielis Heynſii:

Douſa fave: in veſtris quædam mihi viſa Batavis
Pauca quidem mens eſt dicere, vera tamen.
Omnia Palladiæ complerunt oppida lanæ,
Laniferas hic quis pectere diſcit oves?
Plurima cum fabris fabrilis copia ligni eſt;
Ligna tamen vobis omnia, terra negat.
Plus Cereris nuſquam eſt: nuſquam pæne educat illam
Terra parens bubus officioſa ſuis.
Dolia ſunt hic Bacche tui plena omnia, ſuntque
Plurima, cum deſit vinea, vina tamen.
Nullaque gignendis laſſantur paſcua linis,
Lanificas laſſant hic tamen illa manus.
Tantalidæ nos Douſa ſumus: circumdamur unda,
Et tamen hanc tantas quis bibit inter aquas.

Quibus concinne nobiliſſimi Viri Iohannis Foreſti, apud nos Supremæ Curiæ Senatoris diſertiſſimi CARMINA ad elegantiſſimum Janum Dou-

Douſam accedunt ; ubi de mirandis Bataviæ ſic quoque iiſdem ferè terminis reſpondet:

Qui volucri cunctas peragraſti pectore terras,
Hoſpes adhuc patriæ, Douſa jocoſe, tuæ.
Accipe quæ præſtant cunctis miranda Batavûm,
Ore peregrini percipienda tibi.
Una Tagi lanis ſup.ravit paſcua Leida,
Cum paſcat nullas, pænè Batavus oves.
Utilis in puppes non uſquam naſcitur arbos,
Atque alitur, veſtris pubbibus omnis humus.
Omnigenæ ſegetis meſſes hic horrea vincunt,
Nec tamen in veſtra eſt arva benigna Ceres.
Non capiunt vini, nec olivi dolia cellæ;
Nec tamen hic creſcunt ille vel ille latex.
Cannabis & Linum raris naſcuntur in agris,
Exercent tamen hæc oppida cuncta ſeges:
Inter aquas acri vita eſt, ſtudiumque Batavo;
Nec tamen hic potat, Tantalus alter, aquas.

Merito igitur adjiciendum, quod illi Status ad imperii magnitudinem bene comparati ſunt, qui jus civitatis facile, & libenter elargiuntur. Romani hujus ſtudii acutiſſimi perſcrutatores, non perſonis ſingularibus, familiis, civitatibus tantum, ſed jura civica etiam integris nationibus communicavere. Colonias quoque in alienas terras, tamquam Romanas

Digitized by Google

manas ſtirpes deduxere; unde brevi animadver-
ſum conjunctis duobus his inſtitutis, non Roma-
nos ſe diffudiſſe ſuper totum orbem; ſed contra or-
bem pene univerſum, abdicatione juris ſui, ſe dif-
18 fudiſſe ſuper Romanos. Illo tamen ſalvo, ut ſi fœ-
dere cum Romanis quidam populi jungerentur, jus
civile Romanorum Romanos, aut Romanæ ditio-
nis ſubditos ſubjectoſve tantum tangeret: quippe
una eademque juris communione gaudentes. Fœ-
derati vero exteri haberentur, ac liberi à coactiva;
quin imo, à quacunque juris civici poteſtate; cum
nulla prorogatione præcedente, ultra cives ſe jus ci-
vile non extendat; nimirum, quia exteri, quorum
mores & facta, dummodo nos, noſtroſque illæſos
relinquunt, ad nos non pertinent. Exteri quinam
ſint, nunc oſtendi. Fœderatos exteros eſſe, ac perma-
ne, verba legis noſtræ evincunt, ubi dicitur: *Non
dubito quin Fœderati, & Liberi nobis exteri ſint*, atque in
ſequentibus ſuo loco clarius apparebit. Pro le-
gis ordine porrò addamus fœderatos exteros eſſe,
etiamſi inter fœderatos poſtliminium locum non
habeat quod in illorum favorem introductum eſt,
ita ut inter nos atque illos poſtliminio opus non ſit.
De quo nunc verba facienda ſunt.

CAP. IV.

DE POSTLIMINIO.

1. Verborum explicatio. 2. Unde dictum poſtliminiū. 3. Poſtliminii fictiones. 4. Definitio, & definitionis explicatio. 5. Duæ ſunt ut quis poſtliminio reverſus dici poſſit. 7. Quid noſtro jure obſervetur. 8. An captos occidere liceat. 9. Quomodo pueri, & fæminæ revertantur. 10. An mulier marito revertatur. 11. Filius duplicē poſtliminii cauſam olim habebat. 12. De puero in captivitate concepto, & enixo. 13. Quinam capi bello nō poſſint. 14. Quomodo ſervi revertantur. 15. De redemptione. 16. Quinam poſtliminii incapaces fuerint. 17. De transfugis. 18. Suprema civis & patriæ conjunctio eſt. 19. Quomodo quis probetur transfuga. 20. De ſtatu Libero 21. & ſervo transfugis. 22. Ab hoſtibus tantum quis poſtliminio revertitur. 23. Quinam ſint hoſtes. 24. De rebus bello captis. 25. Quænam res poſtliminii jure gaudeant. 26. De re ſtatim recuperata. 27. In poſtliminio regula generalis obtinet, niſi ſi quid ſpecialiter conſtitutum. 28. De pace, & ſi pax. 29. Vel induciæ ſuboriantur. 30. Quomodo apud fœderatos poſtliminio locus ſit, vel non.

N*on dubito*, inquit Juriſconſultus, *quin fœderati, & liberi nobis exteri ſint, non inter nos atque eos poſtliminium eſſe.* 1 Pro explicatione horum verborum opiniones præcipuæ reperiuntur duæ. Prima legis verba negativè legenda putat, quaſi dicas, *Non dubito, quin*

quin fœderati, & liberi nobis exteri ſint. Secunda, pro voce *Quin* mavult legi, *Quamquam*; ut talis ſit connexio: *Non dubito quamquam fœderati & liberi nobis exteri ſint.* His tamen ut aſſentiar, à me non impetro. Una enim legi, univerſæque juriſprudentiæ adverſatur. Altera verò, alienam ſubnectendo dictionem, genuinam injuſtè expellit. Cæterum particula *Quin*, paſſim ſumitur pro *quod.* Exemplum eſt: *Non dubito*[a] *quin Labeonis ſententia vera ſit. Non dubium*[b] *eſt, quin uxorem nolit filius.* Quare etiam & hac noſtra lege, *Non dubito quin fœderati, & liberi nobis exteri ſint.* Non dubito *non inter nos, atque eos poſtliminium eſſe*, idem eſt quaſi dicas, verò verius eſt, quod inter nos, atque eos poſtliminium non ſit; quamvis poſtliminii jure cives noſtri apud fœderatos noſtros gaudeant. Nam Cives noſtri à fœderatis tantum reverſi, poſtliminio reverſi non creduntur, quia in captivitate penes fœderatos, nomine fœderatorum nunquã fuerunt, vel citra delictum, eſſe potuerunt. Rurſus, ſi civis ab hoſtibus captus, deinde ſuo, aliorumve facto à captivitate liberatus, apud fœderatos venerit, eundẽ libertate ſua ibidem frui, reverſione ad amicam civitatẽ poſtliminio reverſum dici, nec ibidem ab hoſtibus, quorum cuſtodiam effugit, recuperari, nec à civitate ſocia inimicis ſuis citra injuriam tradi poſſe, indubitati juris eſt.

a L. ff. de verb. ſign.

b Terent. in Andr.

Sic ut inter fœderatos poſtliminio locus non ſit, licet apud fœderatos jus poſtliminii obtineat. Qua interpretatione legis hac in parte obſcuritatem ſolviſſe; nec non utramque DD[rum] altercationem ex oppoſito, poſtliminio penes fœderatos locum eſſe, & non eſſe ſuſtinentium opinionem compoſuiſſe, videor; ut in ſequentibus clarius adhuc explicabitur.

[a] § *Si ab hoſtibus. Inſt. Quib.mod. jus patr.pot. ſolv.*

Dictum poſtliminium à limine[a] & poſt: unde 2
& is qui ab hoſtibus captus, & in fines noſtros reverſus eſt, poſtliminio reverſus dicitur; nam limina, ſicut à domo finem quendam faciunt, ſic & imperii limen veteres voluerunt. Hinc & *limen* appellatum, quaſi finis quidam, & terminus; & poſtliminium quia ad idem limen, poſtea quod amiſſum erat, revertebatur. Idque naturali æquitate introductum, quo is qui per injuriam ab extraneis, non amicis, nec fœderatis detinebatur, ubi in fines ſuos rediiſſet, priſtinum jus ſuum reciperet: Nam quod bello amiſimus, vel etiam à non ſociis citra bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimur poſtliminio recipere. Partes poſtliminii in fictione, & 3
ſuſpenſione conſiſtunt; In ſuſpenſione, ne per uſucapionem, præſcriptionem, occupationem pro derelicto, ac ſimilibus acquirendi dominii modis, interim capto quidquam detrahatur, & ſi detractum ſit,

ſit, reverſo reſcindendi facultas non deficiat[a]. Sic patriæ poteſtatem quoq; in ſuſpenſo eſſe, non ambigitur, ut pendente captivitate, filius uxorem ducere,[b] contrahere, agere tamquam paterfamilias, poſſit; licet patre revertente, totum peculium jure Romano patri acquiſitum intelligatur[c]; ex ratione, quod fictione juris, nunquam non in ejus poteſtate fuiſſe credatur[d], tamquam ſi nunquam abfuiſſet[e]. Fingebatur etiam, ſtatim morti mancipatum, antequam in præſidia hoſtium deduceretur, ut nimirum ex lege Cornelia teſtamenti factio, tam activa, quam paſſiva, obtineret; qua requiritur, ut confectionis, & mortis tempore teſtator liber ſit, ut ex eo teſtamento aliquid capi[f] poſſit: quæ fictio tamẽ poſtmodum ex conſtitutione Leonis ſublata reperitur[g]. Nec immerito, utpote quæ Libertati obſtabat.

4 *Poſtliminium* definitur *jus amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos ac liberos populos, Regeſque moribus, legibus conſtitutum*[h]. *Jus* dicitur à juſſu, hinc *juſſare* crebro jubere eſt, & mandato fortiori incluſa perurgere. A jubendo etiam jus dicitur, antiqui enim jura vocabant juſſa; jam autem, cum ex legibus vim nanciſcatur, ac poſtliminium juſtum, bonum, & æquum ſit, ipſiſque legibus munitum, non dubium, quin contra omnem

a *L. 1. ff ex quibus cauſ. major.*

b *L.9. & ſequent. ff. de ritu nupt.*

c *L.12. § 1. ff. de cap. & poſtl. reverſ.*

d *D. l. 12.*

e *L. retro. 16. ff. eod.*

f *L. 1. §. exigit prætor ff de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.*

g *Conſtit. 40*

h *L.19. ff. de capt. & poſtl.*

Digitized by Google

injuriam defendatur, ac publico quoque nomine tutum ſit. Dicitur, *jus amiſſæ rei.* Hoc res, non perſonas concernit: nam ea quæ ex hoſtibus capimus, ſtatim jure gentium noſtra fiunt[i]. Igitur ut poſtliminium in rebus locum habeat, requiritur primo, ut capta res fuerit, & cauſam poſtliminii privilegiatam receperit, nam ita jure conſtitutum eſt, ſi quid bello captum eſt, præda eſt, non poſtliminio[l] redit. *Recipiendæ.* Deſideratur ut res privilegiata fuerit ablata, priuſquam recipi poſſit, & ex receptione beneficio juris poſtliminii frui; recipere enim eſt iterum capere. Virgilius:

Medioque, ex hoſte recepi.

Et Ovidius:

Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes,
Inde jubete peti, & referentem ornate relatis.

Ab extraneo. Hoc eſt, libero populo, extra territorium alterius populi conſtituto, ſive hoſte, ſive non hoſte, ſive proximo, ſive remoto, (his latrones non accenſendos docemur paſſim ac diſertiſſime[a]) modo inter ſe, neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa factum, habeant. Sic quod ex noſtro ad illos pervenit, illorum fit, & liber homo noſter ab eis captus, ſervus fit & [b] eorum. Porrò dicitur, *Et in ſtatum priſtinum reſtituendæ.* De perſonis hæc intelligenda, civibus Romanis, qui poſt-

i § 17. Inſt. de rer. diviſ.

l L. 28. ff de captiv. & poſtl. reverſ.

a L. 24. ff. eod. l. hoſtes, ff. de verb. ſign.

b L. 5. § 2. ff de capt. & poſtl. reverſ.

poſtliminio in priſtinū ſtatum reſtitui ſolent. Servi igitur ſub his verbis non comprehenduntur, neque etiam res, cum hominū tantum libertati inſerviant, in quibus res, & ſervus, tamquam commercii ſubjecta æquiparantur. Nam ſi ſervus, aut aliqua res privilegiata pignori dati fuerit antè captivitatem, poſt demiſſum redemptorem, in veterem obligationem revertitur[c]. Dicendum ergo, in priſtinum ſtatū reſtituere, eſt perinde alicui omnia ſua jura reddere, ac ſi captus ab hoſtibus non fuiſſet[d]: retro enim creditur in civitate ſemper fuiſſe, qui ab hoſtib'[e] advenit. Quinimo, omnia jura avus poſtliminio reverſus nepotis nomine perinde capiet, ac ſi filius natus in civitate fuiſſet[f]. Quæ verò bona per uſucapionem, aut liberationem erant ſubtracta, vel non utendo finita eſſe vidētur, intra annū utilē, experientibus actione reſciſſoria, reſtituuntur[g]: *inter nos, ac liberos populos, regeſque*. Requiritur ergo, ut invicē exteri ſint, ac liberi populi, nullius alterius poteſtati ſubjecti. Aut ſi exteri Reges ſint, ut indiſtinctè, vel lege Regia de ejus imperio lata populus ei & in eum, omne imperium ſuum & poteſtatē tranſtulerit: atq; inſuper, ut fœderati non ſint: non .n. inter nos atq; eos poſtliminiū eſt. *Etenim quid inter nos, atq; eos poſtliminii opus eſt, cū & illi apud nos & libertatē ſuā, & Dominiū rerum ſuarū, æquè atq; apud ſe, retineant, & eadem nobis apud eos, contingant.*

Moribus,

c L. 12. § 12. ff eod.

d D. l. 12. § 6. l. 5. § 1. ff eod.

e L. 16. ff eod.

f L. 23. ff eod.

g L. 18. C. eod.

Digitized by Google

Moribus, juris gentium nimirum, aut ex populorum quorundam privatorum conſuetudine. Merito enim ea, quę ſine ullo ſcripto approbaverunt populi, tenebunt [b] omnes. Sic inter Chriſtianos ſervitus locum non habet. Inter Germanos verò & Turcas, crudeliſſime obſervatur. Inter populos quoſdam Indiæ occidentalis, capti ſtatim ab hoſtibus occiduntur, aut ſaginati in uſum eſculentorum hoc noſtro tempore, quorundam barbarorum moribus ſervari conſuevere. *Legibus conſtitutum*; Proinde ſi in favorem poſtliminii conſtitutum, ut qui eodem bello reverſus, legis præſidio tutus ſit; perinde ei omnia reſtituuntur, ac ſi captus ab hoſtibus non fuiſſet.

b L. 32. ff. de legib.

His præmiſſis, ſequitur duas poſtliminii ſpecies enumerari: Prima eſt, ut nos revertamur. Secunda, ut aliquid recipiamus [a]. Hæc ad cives ipſos, illa ad civium res, filios patris poteſtati ſubjectos, ſive etiam ſervos pertinet, qui jure civili ſine jure, ſine capite, mortui, ſtatus civitatiſque incapaces, ac pro nullis habentur, dominis ſuis, ut aliæ res inſervientes. Et cum omnibus exteris jura poſtliminii nobis intercedunt; ſed id non omnino indefinite, verum, ut dixi, cum omni gente, quacum neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa factum, habemus: Ergo qui nobis fœderati ſunt, 5

a L. 14. in pr. ff. eod.

inter

inter nos atque eos poſtliminium non eſt; quamvis ab hoſtibus principaliter apud fœderatos ſuo ſuorumve facto reverſi cives noſtri, pleno poſtliminii jure fruantur, & heredes eorum, ſi ibidem plena libertate reverſi, teſtati deceſſerint. In poſtliminio, ut digniores ſervis aut rebus, cives præmittendo, obſervatum; Poſtliminii jus aut in bello, aut in pace competere. In bello, cum hi qui nobis hoſtes ſunt, aliquem ex noſtris cæperunt, & intra præſidia ſua perduxerunt. Captus autem dicitur, qui in poteſtatem hoſtium redactus eſt. Non tamen per captivitatem ſtatim civitas amittitur, aut ſi captus, tantummodo, revertitur, poſtliminium illi neceſſarium: Nam antequam in præſidia hoſtium deducitur, civis adhuc permanet[b]. Præſidium vero, à præſidendo, principale auxilium, appellatur, hoc eſt, ubi caſtra ſua liber populus locavit, aut vexilla bellica fixit, aut Generalis, ſive Belli dux, domicilium exercet. Igitur, extra cauſam præſidii illud non ſufficit, ut quis captus ſit, & fines noſtros exceſſerit, ſed inſuper requiritur, ut fines hoſtilis imperii intraverit[c], priuſquam juris poſtliminii particeps eſſe poſſit. Quippe ſi quis interim prius apud communem amicum deductus fuerit, certum eſt, eum libertatem, civitatem, ac dominium rerum ſuarum adhuc jure retinere, licet captivus ſit; neque eaſdem

b *L. 5. l. 8. § 1. ff. eod.*

c *L. 19. § 3. ff. eod.*

F amit-

Digitized by Google

amittere, priuſquam, ut ſuperius memoratum, limina hoſtilis populi intraverit: Unde ſi ex hoſtium præſidiis, vel territorio captivus dimiſſus, aut vi, aut fallacia hoſtium poteſtatem evaſerit; ea mente, ut non eo reverteretur, (nec enim ſatis eſt corpore quem domum rediiſſe, ſi mente alienus [a] eſt) tunc demum verè poſtliminio reverſus intelligetur; ſi modo facto ſuo, ſuorumve proprio, ad amicos noſtros pervenerit, aut rurſus intrà præſidia noſtra eſſe cæperit [b]. In quam rem excellentiſſime JCtus Paulus reſpondet, cum [c] ait: *Poſtliminio rediiſſe videtur, cum in fines noſtros intraverit, ſicuti amittitur, ubi fines noſtros exceſſit. Sed & ſi in civitatem ſociam, amicamve, aut regem ſocium, vel amicum venerit, ſtatim poſtliminio rediiſſe videtur: quia ibi primum publico nomine tutus eſſe incipiat.* Fruſtra igitur, & incaſſum hic Doctores laborant, diſputando an apud communem amicum locus poſtliminio ſit, priuſquam in præſidia hoſtium, aut in fines ſuos reductus fuerit; quandoquidem, ut quis poſtliminio revertatur, illud de neceſſitate requiratur, ut in hoſtium terras, ac poſſeſſiones primum deductus, proprio ſuo, ſuorumve facto, aut civitatem ſociam, amicamve, aut in præſidia propria, aut proprios fines, reverſus appareat. Et amicam, ſociamve civitatem quod attinet, non illæ acquirendæ, ſed retinendę, tuendæque libertati inſer-

a L. 26. ff. eod.

b L. 5. § 1. ff. eod.

c L. 19. §. 3. ff. eod.

inſerviunt; clarius redditum his Proculi verbis: *Illi apud nos & libertatem & dominium rerum ſuarum æque atque apud ſe retinent.* Sic ut retinendæ libertatis jus, loco poſtliminii, penes exteros fœderatos omnino locum habeat; Ac poſtliminium ipſum tam in retinendo, quam recuperando conſiſtat. Dixi *ſuorumve:* quia qui aliquo auxilio, aut victis etiam hoſtibus recuperatur, poſtliminio rediiſſe exiſtimatur [d]. Inſuper, captivi militibus in prædam cædunt, ex veteri Romanorum inſtituto, exemplo rerum mobilium, quæ ſtatim ut capiuntur, capientium fiunt; ſed quæ in publico conflictu hoſtibus eripiuntur, arbitrio belli ducis ſunt. Ubi tamen ſic diſtingue, ut Civitates Chriſtianæ à Chriſtianis militibus captæ non fiant ſervæ capientium, verum Belli domino reddantur ſubditæ, ſaltem quoad juriſdictionem: niſi aliter pactis ſpecialiter conventum ſit, vel ad Barbaros, & terras barbaris ereptas ea intentione quis tranſeat, ut belli jure plenarius earum dominus fiat. Et ſic ſuperati antiqua omnia quæ poſſident, victoris gratia ea poſſidere certum eſt; ut per Hiſpanos, Anglos, noſmetipſos etiamnum hic illic multa poſſidentur. Nec hoſtibus jam devictis res mobiles capientium fiunt, verum in jus ac poteſtatem Majeſtatis imperantis, ſive mobilia, ſive immobilia ſint, tranſeunt; quamvis vi militari

d *L.26. in fin. ff eod.*

urbibus expugnatis mobilia vulgò poſt victoriam militibus ex ſpeciali donatione prædæ loco [a] cædant; Exceptis ſemper his quæ juris publici ſunt, quæ ad inſtructionem defenſionemque, caſtri pertinere videntur; ut ſunt annona, pulvis & pilæ tormentariæ, machinæ bellicæ, & quæ plura ad armamentarium ſpectantia ejus generis pertinent; nimirum quia devicti fortalitii acceſſoria ſunt, partes dicuntur, eoque inſeparabilia, atque ut ipſum fortalitium immobilia jure belli habentur; quemadmodum fictione juris ſervi adſcriptitii eorumque filii continuo fundo adhærentes, immobilium numero computantur [b]. Fructus pendentes tanquam pars fundi rebus immobilibus accenſentur [c]. Et in genere quælibet res mobiles immobilibus ita neceſſariæ, ut iiſdem abeſſe citra vitium, vel interitum non poſſint, quamvis immobilia non ſint, immobilium naturam aſſumunt. Nunc autẽ quare res mobiles potius quam immobiles capientium ſingulorum fiant, ex ſaniori doctorum reſponſo eſt, quod res mobiles non ita ad amplificationem vel confirmationem finium ſpectant, ſicut immobiles; unde & non pro illis, ſed pro his acquirendis bellum publicè ſuſceptum volunt. Ad perſonas ut revertar.

Noſtro jure, victor unuſquiſque quacunque tandem 7
conditione ſit, ſtatim antè ſolis occaſum, ei qui in loco

a *Arg. l. pen. §. 1. & ib. Gothof. C. de donat.*

b *L. cum ſcimus C. de agric. & Cenſit. lib. 11.*

c *L. Julianus §. fructus. ff. de act. empt:*

Digitized by

loco præſidii præſidet, offerre tenetur captivos, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſub pœna amiſſionis eorum; atq; inſuper, ut qui peccant, corpore luant. Si verò dux exercitus, Præſes quidam, alięque perſonæ ſpectabiles, capiantur, Victor tenetur eaſdem ſtatim, abſque mora Ordinibus Generalibus, quibus apud nos ex fœdere belli cura eſt, remittere, aut remittendos præſtare, cum traditione, accepto pro eo, aliiſve captivis, quos D: Ordines, ex certis cauſis, penes ſe detinere voluerint, egregio honorario, pro conditione, aut opibus captivorum; non tamen ut illud excedat ſummam quinque mille florenorum; quibus ut minoribus nummis ſolutis, captus diſpoſitioni prædictorum Ordinum ſubjicitur, exploſa omni victoris in plura prætenſione, ſive actione. Unde patet diverſa jura inter Chriſtianos & infideles obtinere, cum inter hos ſervitutis ac poſtliminii jura ſtrictè obſerventur, inter illos univerſali divinitus inſpirato conſenſu, jam antè ſæcula quædam, tanquam Chriſtianæ religioni contraria jura obſervari deſierint. Et quidem jure Talionis inter Chriſtianos & infideles ſervitutem & poſtliminium ex ſervitute ortum exerceri, certum eſt; quaſi cum his (ut inquit ICtus) *Neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa factum habeamus*; quales Saraceni, Tartari, ac ſimiles ſunt, quibuſcum nobis

nulla communio intercedit. Quique ut Imp: Juſtinianus de Wandalis recenſet[a]; ad ſuam perfidiam noſtros ſi quando capiunt in duriſſimam ſervitutem animarum ſimul & corporum hoſtes, adjiunt; circumcidendo, rebaptizando cives noſtros crudeliter ad ſuam perfidiam deducunt, corpora liberis natalibus clara jugo Barbarico duriſſime ſubjugant. *Vidimus* (inſuper ait idem Imp:) *venerabiles viros qui abſciſſis radicitus linguis pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur.* Et ſic quoque in jure Ulpianus hoſtium appellatione non niſi Germanos ac Parthos ab inſtituto Romanorum alienos, neque amicitia, neq; hoſpitio, neq; fœdere iiſdem junctos intelligi ſpecialiter voluiſſe videtur. Cujus exemplo non abſimile eſt inter nos atque infideles alios captivitatis ac poſtliminii jura obſervari. Sic ut etiam à Turca redemptus, (ut ſæpiſſime accidit) reſtituere liberatori ſuo (quem patronum nautæ vulgo appellant) redemptionis pretium teneatur; vel ſi ob inopiam ſolvendo non ſit, laboris obſequio libertatem ſuam per annos quoſdam acquirere[b], omnidus interim permanentibus ſucceſſionis juribus integris[c]. Item & legari ei poterit. Proficiens quoque legatum ad liberationem pignoris, quod is habet, qui captivum animo repetendi ſumptus, redemit[d]. Atque hoc quia Chriſtianus à Turca, vel alio quo-

a *L. 1. C. de offic. præf. præt. Afric.*

b *L. fin. C. de capt. & poſtl. rev.*

c *L. is qui liber. C. eod.*

d *L. Senatus 43. §. fin. ff. de leg. 2.*

quodam infideli redemptus non ſit ſervus redemptoris, ſed per redemptionem libertati reſtitutus jure pignoris tantum, donec redemptionis pretium ſolutum ſit, retinetur [e]. Abſentium bonis etiam, dummodo apud infideles detinetur, curator datur, qui contrahendo illi, illiuſve bonis acquirit [f]. Captus itidem penes infideles occumbens, ab ipſa captivitatis hora mortuus præſumitur, ut teſtamentum ejus ex fictione legis Corneliæ ſubſiſtat; Adeoque jura omnia niſi ſpecialiter excepta, inter hos obtinent, quæ olim de captivitate & ſervitute introducta probantur. Inter Chriſtianos vero mutuis præliis ſibi invicem bella moventes, jam ante ſæcula quędam hęc jura pro parte ſublata eſſe, illa Bartholi evincunt, ubi inquit [g]; ſecundum mores ſui temporis inter Chriſtianos quantum ad perſonas, hominum jura captivitatis & poſtliminii non obſervari. Et nec vendi, nec ſervos captivos haberi poſſe alibi ſcribit [h]; cum indignum plane Chriſtiano Chriſtianiſve ſit Magiſtratibus eos homines ſubjici, qui pretioſo Chriſti ſanguine à ſervitute liberati ſunt, atque à redemptore ſuo inter ſe generali Chriſtianorum nomine utuntur. Quin & Tacitus de Germanis ſic retulit [i]: *Servis non in noſtrum morem deſcriptis per familiam miniſteriys utuntur; ſuam quiſque ſedem, ſuos penates regit: Frumenti modum dominus, aut pecoris*

aut

e L. ſi ab hoſtibus C. de capt. & poſtl. rev. l. ſi à patre. 15. l. ſi quis ff. eod.

f L. ſi ab hoſtibus, 15. ff. ex quib. cauſ. major. L. nec eos 3. C. de capt. & poſtl. reverſ.

g In extravag. ad reprimendum in pr.

h Ad l. hoſtes. § ult. ff. de capt. & poſtl: reverſ.

i Lib. de moribus Germanor.

Digitized by Google

aut veſtis, ut colono injungit, & ſervus hactenus paret: cætera domus officio uxor ac liberi exequuntur. Verberare ſervum & vinculis & opere coërcere, rarum. Occidere ſolent non diſciplina, ex ſeveritate, ſed impetu & ira, ut inimicum, niſi ut impune. Unde ſeveriora Romanorum quam Germanorum ſervitii jura fuiſſe facile reperias. Tandem quomodo inter Chriſtianos quoad eorum perſonas circa captos in bello obſervetur, nunc tradam. Et conſtat indiſtinctè, Chriſtianos bello ſuperatos antiquiſſima inter eos conſuetudine, quæ vim legis habet, atque unanimi Regum, Principum, populorumve conſenſu in captivitate ſua liberos nihilominus permanere, nec tamquam ſervos detineri poſſe; idque quia Chriſtiani omnes membra unius corporis, nec non fœderati fratres habentur, licet circa religionem religioniſve exercitium, magna inter hos illoſve differentia ſit, de quibus ante ſubverſionem per bonos converſio ad veram fidem ſperatur. Cui & illud accidit, quod cum Romani cives omnes dicerentur, qui Romano imperio ſuberant, & ſi qui ab his defeciſſent, nec ſervitute afficerentur; merito & Chriſtianos inter ſe diſſenſientes, ſibi tamen invicem Chriſtianos per univerſum orbẽ Chriſtianum divino inſtituto permanere; & licet in partes diverſas diſceſſerint, per Chriſtum libertatis vindicem, eoſdem libertatis tam

Digitized by

tam animorum quam corporum jura integra conſervare, ut nec per exteros ſęviſſima ſervitute opprimantur. Quemadmodum graviter in Iſraëlitas tuliſſe Deum legimus, quod contra expreſſam ejus voluntatem tribum Judam, juſto alioquin pręlio victam, captivam ſibi facere inſtituiſſent[a]. Quin imo Chriſtianarum gentium jure ad Principatuum fideiq; Chriſtianæ ignominiam pertineret, ſi quiſquam contra hodiernam conſuetudinem, diuturnis utentium moribus, ut nunc oſtendi, vallatam, ſervitutis plenarię pœnam denuo introducere conaretur. Quare nec prædicto jure captivus Chriſtianus per Chriſtianum detineri, ut ſervus fiat tradi, nec alteri niſi Principi offerri, donari, vendi aliove modo ad alium transferri minime poterit. Certus ipſum in captivitate activa ac paſſiva teſtamenti factione etiamnum gaudere, liberos ſuos in poteſtate, aliaque jura civilia non indigens legis Cornelię fictione retinere. Captus idem & venundatus, nec manumiſſione, nec ingenuitatis beneficio, pro recuperanda libertate, opus habet quam captivitate non amiſerat[b]; cum pro his omnibus inter Chriſtianos liberationis pretium introductum ſit, quo ſoluto is qui captus detinetur, abſolvitur, niſi fortè ſub juratoria cautione de quovis tempore redeundo recedat, vel etiam è carceris tædio exeat, intra tamen

a 2. Paralip. c. 28.

b Arg. l. ſi quis. §. ult. ff. de capt. & poſtl. reverſ.

certos hoſtilis territorii terminos ſe permanſurum nobili fide promittat. Atque hoc redemptionis pretium quod LYTRVM, & noſtra lingua **Rantzoen** vocatur certum in quovis populo bella reverſus alios movente, eſſe ſolet, ita ut & ſecundum perſonarum qualitates, plus minuſve ſolvatur; Quod Generaliter moderatur ut à capto citra notabilem bonorum ſuorum jacturam perſolvi poſſit; captivitate, ut olim, cum perſona bona omnia non amittantur. Et ut voluit Alcia-

c N. reſp. 228. tus[c], capto ſub prætextu pretii redemptionis, ultra trientem bonorũ minus juſtè quidquam extorquetur. Ut autem omne hoſtium maſculinum occida-

d Deut. 20. verſ. 13. 2. Chron. cap. 25. v. 12. tur ex lege moſaïca[d], aut conſuetudine Romanorum inveterata devicti interficiantur, aut ſubſequente ſervitio ſubjiciantur[e], mores ſæculi noſtri,

e §. 4. Inſt. de jur. perſ. niſi in infideles non patiuntur. Clara prophetæ

f 2. Chron. 28. Levit. 25. monitio[f] eſt. *Propoſuiſtis vobis filios Judæ, & Jeruſalem in ſervos, & ancillas ſubjicere; peccaſtis enim ſuper hoc Domino Deo veſtro. In ſervitutem fratres veſtros non redigetis, nec unus alteri ſtrenuè imperabit.* Quid tamen ſi quis captus, & nondum in præſidia ductus, an hunc occidere licebit, ſi aufugere conetur?

g L. 55. ff. de acq. rer. dom. Mynſingerus quem mihi ſequi religio eſt, ſubnixus Proculi noſtri reſponſo, licere[g] putat. Sed 7
quid de duce, à quo reſtauratio belli timetur reſ-

pon-

pondendum, an occidi captivus poterit contra gentium Chriſtianorum humanitatem? ego illud negandum putem; licet reclament, injuſtam hanc eſſe miſericordiam ſi ei parcatur; ſuſurrentve, *Noli eſſe nimium juſtus.* Et rectius conſuetudine invaluit hoc noſtro ſæculo, ut ejuſmodi Duces in ſpem pacis, in concordiam, in redemptionem captivorum, aut captivi melioris notæ reductionem, ſerventur, nec occidantur.

9 Nomine Civium Romanorum pueri quoque veniunt, qui capti, poſtliminio reſtituebantur [e]. Item fæminæ [f]. Sic uxorem Darii ab Alexandro, Cleopatram ab Auguſto, captas Hiſtoriæ recenſent. Jure divino eædem captivitati obnoxiæ erant, necari vetabantur [g]: niſi expreſsè quidquam in contrarium conſtitueretur. Moribus noſtris, mulieres, impuberesque, intacti permanent; aut ſi navibus capiantur, dato viatico, prima occaſione, in terram dimittuntur. Non enim milites armis adcinguntur adverſus eam ætatem, eumve ſexum, cui etiam captis urbibus parcitur, ſed adverſus armatos. Sic & fęminę hoſtis cum nomen inditum fuiſſet, merito rogatur apud tragicum Poëtam: *Fæmina hoc nomen capit?* Itaq; priſtinum ſtatum non recipiunt fęminę, ſed retinent; abolita veteri, con-

e L.28.ff. de vulg. & imp. ſubſt. l.10. & 11. ff. de captiv. & poſtl.

f L.6.& 8 ff. L.1.7. 8. & 16. C. eod.

g Deut.20.

Digitized by Google

ſuetudine, tam in pœnalibus, quam libertate obſervata, qua mulier in opus ſalinarum ob maleficium data, & deinde à latrunculis exterę gentis capta, & jure commercii vendita, ac redempta, in cauſam ſuam recidebat[a]: Quamquam id quoad viros etiamnum obtineat. Si enim deportatum ex inſula cæperunt, redemptus quibus caſibus redit, in eam cauſam veniet, in qua futurus eſſet, ſi captus non fuiſſet, deportabitur igitur[b]. Et de metallo captus, redemptus in pœnam ſuam revertetur[c]. Si ſtatuliber fuerit, antequam ab hoſtibus caperetur, redemptus pendente conditione, ſuam cauſam retinebit[d]. Sed quid de uxore dicendum, an & illa ma- 10
rito postliminio, revertebatur? videtur quod non; primo, quia antiquitus non erat in poteſtate mariti. Secundo, quia dirimebatur captivitate matrimonium[e]: Servitute namque ſemel interveniente, alteri perſonæ fortunæ inæqualitas, æqualitates ex nuptiis manere non ſinit; quocirca novo conſenſu redintegrari nuptias neceſſe[f] erat, pœnis diſſidii impoſitis ei, qui abſque cauſa probabili, tunc diſſentiebat[g]. Poſtmodum tamen Imp: Juſtinianus humanius iſta perpendens, ſuſtulit ſcrupuloſam hanc nuptiarum diſſolutionem; edixitque ut donec manifeſtum eſſet, ſupereſſe aut virum, aut uxorem, manere indiſſoluta matrimonii vincula, ad ſecun-

a *L. 6. ff. eod.*
b *L. 12. §. 15. ff. eod.*
c *D. l. 12. § 17. ff eod.*
d *D. l. 12. §. 10. ff. eod.*
e *L. 1. ff. de divort. & repud.*
f *L. 14. § 1. ff. de capt. & poſtli. reverſ.*
g *L. 8. ff. eod.*

ſecundas nuptias, neque mulieres, neq; viros venire; niſi voluerint videri auſu temerario hoc egiſſe, & pœnis ſuccumbere. Si verò incertum, utrum ſuperſit, an non, quæ ad hoſtes perſona devenit, tunc quinquennium expectandum, ſive viro, ſive mulieri. Quo tempore elapſo, ſive manifeſtum de morte fiebat, ſive incertum manebat, nubere lice-
11 bat ſine periculo [b]. De filio autem patris poteſtati ſubjecto, dicendum quod duplicem cauſam poſtliminii habeat, cum pater ipſum recipiat, & ipſe poſt reditum ſuum, jure civitatis uti poſſit [i]. Nam & filius apud hoſtes ſuſceptus, ſi poſtliminio redierit filii jura habet; habere enim eum poſtliminium, nulla dubitatio eſt poſt reſcriptum Imp: Antonini, & Divi patris ejus ad Ovinium Tertullum, Præſidem Provinciæ Myſiæ inferioris [a], penes Helleſpontum ſitæ; quocirca etiam ſuccedit patri me-
12 dio tempore mortuo [b]; Attamen ſi in captivitate conceptus, enixuſque fuerit, & pater antè reverſionem in captivitate moriatur, cum matre ſola reverſus, quaſi ſine marito natus, ſpurius ſecundum legem habebitur [c], cum patre in captivitate mortuo, filius matris conditionem tantum ſequatur [d]. Quod ſi nepos mortuo patre, avum paternum ſuperſtitem habeat, ab hoſtibus poſtliminio in poteſtatem avi
13 revertetur [e]. Religioſorum, peregrinorum, merca-

b *Nov. 22. c. 7.*

i *L. 14. in pr. ff. eod.*

a *L. 9. ff. eod.*

b *D. l. 9. & l. 14. c. eod.*

c *L. 25. ff. eod.*

d *L. 1. C. eod:*

e *L. 13. ff. eod:*

Digitized by Google

torum & ruſticorum captivitatem, Canones inhibent[f], licet ex ſententia Panormitani contrarium obſervetur[g]. Non tamen, ut putatur, quoad eccleſiaſticos[h]: eos tamen, qui bello ſe non ingerunt; quia alioquin indignus eſt beneficio, ſive privilegio, qui verba privilegii amplexus, contra ejus nititur voluntatem. Reſtat & ſervos, qui ſui juris non 14
ſunt, eodem modo, quo cives Romani, hoſtium poteſtatem evadere; proprio nempe facto, manumiſſione, redemptione, fuga, atque eos dominorum poteſtati, cognita eorum reverſione, rurſus accedere, licet vi, aut fallacia hoſtium poteſtatem evaſerint[i]. Etenim:

Dolus, an virtus, quis in hoſte requiret.

Imo ſpem revertendi magis in virtute bellica, quam pace antiquitus conſtitutam voluerunt[l], non tamen ſervus civis Romani, ab hoſtibus captus, inde aufugiens, & in urbe Roma ita reverſus, ut neque in domini poteſtate ſit, neque ulli ſerviat, dummodo ſe vero domino nundum obtulerit, poſtliminio rediiſſe æſtimandus eſt[m]: quia poſtliminium ſervi, non reſpectu ſervi, ſed domini[n] eſt, qui non percipit, ſive recipit quod ignorat, utique cum ſervus adhuc latet, neſcit eum in civitate eſſe; nec is iterũ poſſideri, niſi præſentia, & animo poteſt. Manumiſſione revertuntur, ſi ex juſta hoſtiũ ſervitute dimiſſi, ma-

f C. 2. De Treug. & pac.
g Add. c. 2.
h C. 29. cauſ. 16. quæſt. 4.
i L. 26. ff. de capt. & poſtl. rev.
l L. 12. in pr. ff. eod.
m L. ult. ff eod.
n L. 19 §. 5. ff. eod.

Digitized by Google

manui ac poteſtati eorum, ex miſericordia, ſive humanitate eripiantur; qua tamen ratione jure poſtliminii, ſervorum apud hoſtes manumiſſorum domini permanent[o]. Redemptione revertuntur, ſi dato pretio ſervus ab hoſtibus liberatus eſt. Quo dato protinus eſt redimentis, quamvis ſcientis alienum ſervum eſſe; ſed oblato redemptori pretio quod dedit, poſtliminio rediiſſe, aut receptus eſſe, ſervus priſtino domino creditur[a]. Redemptio enim facultatem redeundi præbet, non jus poſtliminii mutat[b]. Interim tamen donec pretium redemptori ſolutum eſt, pignoris loco, tam ſervus, quam liber homo, cædit[c], pro ea quantitate, & non majori, qua primum redemptus eſt, licet redemptor actionem pignoratitiam pluris vendiderit, quam pro redemptione ſolutum[d] fuerat. Partus autē ex redempta matre pignoris jure non obligatur[e]. Sed ſi partus legatus, cū matre redemptus, officio judicis æſtimandi. Quod ſi pepererit apud hoſtes, ambo redempti reſtituto pretio, poſtliminio reverſi videntur, ac legatum debebitur[f] Pretium autē quando offertur, redemptor illud volens, nolens acciperetenetur[g], cui offerendo, ſolvendoq; redemptus civis, ex ſucceſſione accepta, capax[h] eſt. Statuliber etiam ſi pro libertate decē millia promiſerit, peculio apud hoſtes propria opera quæſito, ſolvere[i] poteſt; cæterum ſi redemptio

o L. 10. C. eod.
a L. 12. §. 7. ff. eod.
b L. 20. in fin. ff. eod.
c L. 2. C. eod.
d L. 19. §. 9. ff. eod.
e L. 8. & l. 16. C. eod.
f L. 12. §. 18. ff. eod.
g L. 6. C. eod.
h L. 15. C. eod.
i L. 12. §. 11. ff. eod.

Digitized by Google

tio fuerit remiſſa [l], redemptor redemptam in matrimonium duxerit [m], ſolvitur debitum redemptionis. Quod ſi quis civis impudicitiæ cauſa redemptus, à Præſide provinciæ libertati reſtituitur [n]. Redemptio etiam filii ex amore videtur facta, atque adeò facti pœnitere non licet, ac de pretio quidquam tractare [o]. Modus porrò quo ſolvitur redemptio civium Romanorum, opera quinquennalis eſt [p] jure civili. Jure Judaïco verò, [q] ſeptennalis excluſiva.

l L. 11. C. eod.
m L. 12. C. eod.
n L. 7. C. eod.
o L. 17. C eod.
p L. ult. C. eod.
q Exod. 21

16 Ex antecedentibus jus poſtliminii omnibus hominibus jure civili Romanorum competere, cujuſcunque ſexus conditioniſve exiſtant, oſtendimus; nec intereſſe, liberi an ſervi ſint. Nec enim ſoli poſtliminio recipiuntur, qui pugnare poſſunt, ſed omnes homines qui ejus naturæ ſunt, ut uſui eſſe, vel conſilio, vel aliis modis poſſint [r]; modo captivitatis neceſſitate inviti adducti ſint, & dum redire potuerunt, ſtatim reverſi [ſ] ſunt. Nec eſt quod timeat quiſquam, alicujus contradictionis moram, cum hoc ſolum requirendum ſit, utrum forſitan aliquis cum barbaris ſua voluntate fuerit, aut coactus [t]. Unde ſequitur eos qui ſe hoſtibus dedunt, hujus beneficii incapaces exiſtere [u], (licet antiquitus aliter fuerit conſtitutum [x]) nam volentes ſe hoſtibus ſubjiciunt, contra Romanæ militiæ ſeveritatem. Vincen-

r L. 19. §. 10. ff. eod.
ſ L. 5. §. 5. ff. de re milit.
t L. pen. C. de capt. & poſtl. rev.
u L. 17. ff. eod.
x Pr. l. 4. ff. eod.

cendum aut moriendum, medium inter victoriam & mortem in prælio non dabatur militibus. Vera virtus, cum ſemel excidiſſet, reponi deſerioribus non curat. Per captivitatem deflorati, adulterini, turpem vitam honeſtæ morti præferre credebantur. Sic Senatus poſt cladē Cannenſem, cum octo millia Romanorum ſe Hannibali dediderant, conceſſa redimendi poteſtate, eorundē redemptionem conſtanter recuſavit. Sic enerves animos virtus odiſſe ſolet. Verum enim verò, ne maturius, & extra formam judicii, ſive defenſionis, quis honore ſuo, ac civitate, ſæpiſſimè etiam ſine ſua culpa, privaretur, poſt longam Bruti, & Scævolæ altercationem, mediam quendam viam ingredientes, reſponſum; ut civitatem non adipiſcantur, qui ſe hoſtibus dedunt; niſi poſtmodum in civitatem reciperentur, ſtatui ſuo reſtituerentur [a]; poſt maturam ſcilicet cauſæ, neceſſitatiſve cognitionem.

17 Transfugis quoque nullum poſtliminium [b] eſt: ſed reverſi torquentur, ad beſtiaſque vel in metallum, vel ad furcam damnantur; quamvis milites nihil eorum patiantur [c]; ad minimum capitis pœnam [d] ſubeunt. Quis enim eorum miſereatur, qui malo conſilio, & proditoris animo, patriam relinquunt, ut auxilio hoſtibus, contra patriam, eſſe poſſint, quocirca hoſtium numero habendi; Imo cum

a *L. 4. §. 1. ff. eod.*

b *L. 19. §. 4. ff. eod.*

c *L. Deſertores §. 10. ff. de re milit.*

d *L. Proditores, 7. ff. eod.*

hoſtes alii captivi ſervantur, ſupplicio ultimo transfuga afficiendus. Exemplo M. Marcelli, qui Leontinis captis, ad duo millia transfugarum, ſecuri percuſſit. More Quinti Fabii qui receptis ab Hannibale trecentis ſeptuaginta transfugis, virgis eos in comitio cæſos, de ſaxis præcipites dedit: ita ut eo caſu Dux proprius magis, quam ipſe hoſtis timendus ſit. Transfuga non ſolum eſt is, qui ut dixi malo conſilio, & proditoris animo patriam relinquit; ſed qui captus, dum poterat redire, non rediit[e]. Item in præſidio captum, ejuſdem conditionis eſſe conſtat. Si tamen ex improviſo, cum iter facit, aut epiſtolam fert, capiatur quis, veniam[f] meretur. Transfuga præterea eſt, qui per induciarum tempus, aut ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, transfugit[g]. Et hoc in libero transfuga juris eſt, ſive fæmina, ſive maſculus[h], ſive filius familias, ſive paterfamilias ſit. Et ad dubium in filiofamilias, pa- 18
tris poteſtati ſubjecto, tollendum; notatu dignum, quod pater ſic illum amiſit, quemadmodum patria; quia diſciplina caſtrorum, antiquior fuit parentibus Romanis, quam caritas liberorum[a]; cum arctior ſit intra rempublicam & civem, quam inter parentes, ac filios conjunctio[b]. Laudandus & hinc, qui mortem oppetit pro Patria. Cariorem quippe decet eſſe rempublicam nobis, quam noſ-

e L.5.§.5. ff. eod.

f D.§.5.

g L.19.§.8. ff. de captiv. & poſtl. rev.

h D.l.19.§4.

a D.L.19.§.7.

b L.35.ff. de relig.& ſumpt. funer.

noſmet ipſos. Reſpublica nomen univerſæ Civi-
tatis eſt, pro qua mori, & cui nos totos dedere, &
in qua noſtra omnia ponere,& quaſi conſervare de-
19 bemus. In quam rem concinnè iſta Ciceronis
ad Herennium applicantur: *Non mihi ſoli, ſed
etiam atque adeò multo potius natus ſum patriæ.* Nunc
autem ut conſtet quis transfuga non ſit, probatio-
ne aſſerentis opus eſt; quæ ſi deficiat, inſpicien-
da vitæ prioris conditio; Nam ſi bonus miles an-
tea fuit, propè eſt, ut juratæ ejus affirmationi cre-
datur; tantùm enim vitæ probitas in hac præ-
ſumptione operatur, ut & bonam fidem, ex actis
præcedentibus ad futura judices agnoſcant. Si au-
tem remanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut
20 extra contubernium agens: non creditur [c] ei. Si ſta-
tuliber transfuga reverſus ſit, exiſtente conditione,
poſtquam rediit, liber efficitur. Diverſum eſt, ſi
conditio exſtitiſſet, dum apud hoſtes eſt, in eo enim
caſu, neque ſibi reverti poteſt, ut liber ſit; neque
heredi in eo jus poſtliminii eſt: quia non poteſt
quæri, cum nullum damnum patiatur, libertate
non obtingente, ſi non impediret, quod transfuga
21 factus eſt [d]. Si verò ſervus ad hoſtes transfugerit:
quoniã & cum caſu captus eſt, dominus in eo poſt-
liminium habet, rectiſſimè dicitur, etiam ei poſt-
liminium eſſe; ſcilicet, ut dominus in eo priſti-

c L.5.§.6. *ff. de re milit.*

d D.L.19. §.6. *ff. de captiv. & poſtl. rev.*

Digitized by

num jus recipiat, ne contrarium, non tam ipſi no-
xium ſit, qui ſervus ſemper permanet, quam domi-
no damnoſum conſtituatur [e]. Non tamen ſemper, 22
e D.l.19.§ 5. cum quis extra turpem cauſam poſtliminio reverti-
tur, jus poſtliminii locum habet, aliquando enim
liberi permanent [f]. Sic poſtliminio non indiget,
f D.l.19.§. 2.& l.27. ff.eod. qui ut ſuperius memoratum, penes fœderatos fuit;
Item qui à latrunculis terreſtri inſidio, prælio ſupe-
g L.2.& 4 27.ff.eod. rati ſunt, ſervi latronum non fiunt [g]. Neque etiam
h D. l.19. §.2. ſi quis à piratis captus ſit, quia liberi permanent [h].
Quocirca etiam dicendum, ſi ſervus captus à latro-
nibus, aut piratis, deinde hoſtibus venditus, poſt-
modum à cive Romano emptus fuerit, ejus ſervi
uſucapionem, pro emptore non eſſe: Nam inquit
i L.27. ff. eod. Javolenus [i]: *Eum ſubreptum eſſe; tamen quod hoſtium
fuit, aut poſtliminio rediit, ei rei impedimento non eſt*, pri-
ſtino domino reverſus intelligitur. In civilibus
quoque diſſentionibus (quamvis ſæpè per eas reſ-
publ: lædatur) captos, & venundatos, poſteaque
manumiſſos, placuit ſupervacuo repetere à Princi-
pe ingenuitatem, quam nullam captivitate amiſe-
a L.21.§.1. ff.eod. rant [a]. Ut igitur poſtliminium quidquam operetur,
requiritur reſpectu perſonarum, ut ab hoſtibus quis
captus ſit. Hoſtes autem ſunt, quibus populus Ro- 23
b L.24. ff. eod. manus publicè bellum decrevit, vel illi populo Ro-
mano [b]. Cæteri autem qui in ſaltibus degunt, la-

tentve,

tentve, & incerto motu nunc huc, nunc illuc per
mare, per terram, abſque ulla majeſtate, officiendo
generi humano, vagantur, pro latronibus, piratiſ-
que habentur. Sed & jam antè id tactum nobis.

24 Atque hæc de belli tempore, captivarum perſo-
narum jure dixiſſe ſufficet; Nunc ut eo filo ad res
deſcendamus, animadvertendum, ſi quid bello cap-
tum eſt, in præda eſt, non poſtliminio redit[c]. Imo
jure gentium, ſi quid ab hoſte capimus, noſtrùm fit,
ac intra legitimos acquirendi dominii modos recte
collocatur[d]. Unde Cicero: *Sùnt privata nulla natura;*
ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua vene-
runt: aut victoria, ut qui bello potiti ſunt: aut lege, aut
pactione, conditione, ſorte. Beneficio legis igitur quæ-
dam ab hæc generali regula, in favorem priores do-
mini excipiuntur; ut ſunt res animatæ, mobiles,
25 immobiles. Animatæ mobiles ſunt, equus equave,
freni patientes, qui ſine culpa equitis ſe proripiunt[e].
Quod ſi equitis culpa amittantur, puta in prælio,
dum relicto caballo per devia pedibus fugam ca-
peſſit, arripitve, non crediderim poſtliminio lo-
cum eſſe: quia ceſſante legis ratione, ceſſat ejus ef-
fectus. Inanimatæ mobiles ſunt, naves longæ, at-
que onerariæ, quæ propter belli uſum poſtliminio
reverti ſolent; nempe ſi prius in portu hoſtium fue-
rint deductæ, aut ad eum locum ubi claſſis hoſtilis

[c] *L.28. ff. eod.*

[d] *§. item ea quæ ab hoſtibus. Inſtit. de rer. diviſ.*

[e] *L.2.§.1. ff. eod.*

Digitized by Google

ordinariè in mare producitur. Quod tamen hoc
tempore inter Chriſtianos aliter obſervatur, qui
poſtliminio locum concedunt, ſi per viginti qua-
tuor horas navis in plena hoſtium poteſtate fuerit.
Harum tamen numero cimbæ piſcatorię, aut ſi quæ
actuariæ, voluptatis cauſa fabricatæ ſunt, non ve-
f D. l. 2. niunt [f]. Idem in armis & veſtibus juris eſt, quippe
cum non ſine flagitio amittantur: Inquit enim
Juriſconſultus Marcellus: *Arma poſtliminio reverti
negatur, quod turpiter amittantur.* Arma militum
membra quondam habebantur, & cum nemo do-
minus eſſet membrorum ſuorum, hæc à militi-
bus in bello amitti non poterant vel alienari. Secus
factum ubi foret, ſtricta juris ratione capite punie-
bantur, aut accedente gratia Principis, militiam
a L.3.§.13 ff. de re milit. mutabant [a]. Sic M. Catonis Cenſoris filius, cum
collapſo equo, per infortunium vaginam gladio
vacuam reperiſſet, dolore accenſus, medios ſe inje-
cit in hoſtes, neque retro greſſum inflectere ſuſti-
nuit, priuſquam pretio multorum vulnerum, re-
cuperatione hoſtiles ferri, ſuſpectam ignominiam
ſuperaſſet, quo viſo, intellecto, perpenſoq; ſpecta-
culo, nobili facinore perterriti hoſtes, abſque in-
intervallo pacem expoſtulavere. Addendum & 26
illud, ſi res captæ ſtatim recuperentur ab hoſtibus,
num poſtliminii jure ad dominum revertantur?
Certè

Certè dura hæc res privatis, non ferenda videtur. Attamen ne reſtituantur ex legibus elicio; ut nempe milites ſpe prædæ accenſi, fugandiſque fugatiſque hoſtibus inſiſtendo eſſent: bono enim publico, licet cum damno privatorum, rectius conſulitur. Immobiles quoq; res licet ſingulorum capientium non fiant, verum ejus Reipubl: quæ bellum indixit, ut eas vel ſibi retineat, publicari velit, vel militibus in prædam diſtribuat, poſtliminio tamen revertuntur[a]. Nã expulſis hoſtibus ex agris quos receperint, eorum dominia jure poſtliminii ad priores dominos, exemplo rerum incorporalium, ſpectant. De quibus conſtat, ut quoad juriſdictionem tantum in alterius dominium tranſeant; poſt recuperationem verò ad priſtinum dominum pertineant. De publicatione autem eorundem, aut quod prædæ cedere poſſint, fruſtra timetur: cum ut antiquo Domino revertantur perpetua lex ſit.

[a] *L. ſi captivus. 20. §. 1. ff. de captiv. & poſtl. rev.*

27 De poſtliminio igitur generaliter ex lege Romana obſervandum; ſi id quod noſtrum hoſtes cæperunt, ejus generis eſt, ut poſtliminio redire poſſit, ſimul atq; ad nos redeundi cauſa profugit ab hoſtib9, poſtliminio rediiſſe: nã quæ ejus generis non ſunt, cum generali regula non contineantur, neq; ad exceptiones pertineant, de iis abſq; lege nova, edicto, Principũve placito præcedẽte, aut conſuetudine inveterata,

rata, fruſtra poſtliminii auxilium deſideratur. Exemplum recens Gallia ſuppeditat; ubi extra juris Romani conſtitutionem præſcripto Regio [c] prohibitum, bona emere, & in regno tranſvehere vendenda, quæ Gallis in mari ab hoſtibus erepta fuerant. Quæ tamen ſi eo perducantur, permiſit Regia majeſtas priſtino domino, juſſitq; ut per manuum injectionem vindicanti reddantur, ea tanquam poſtliminio reverſa, poſtulentur. Quod quamvis de jure communi diſcrepet, æquum tamen ex præſcripto legis conſtitutum, obſervatum. Unde tenendum, jura communia valida eſſe, dummodo non aliter, legibus, moribus cautum, introductum reperitur; ut apud nos varia jura bellica, itidem maritima, jure, conſuetudine inveterata, nobis tantum propria obtinent. Atque obſervandum ad bellicam ordinationem ſemper reſpiciendum in hoc negotio eſſe; & ſi quid de prȩda ibidem conſtitutum reperiatur id idẽ obſervandum; ſi autem nihil ibidem ſtatutum reperiatur, gentium conſuetudinem tunc obtinere; ſi nec de hac conſtet, & de juris communis diſpoſitione quȩratur, diſtinguendum num hoſtis devictus ſit nec ne, nam quas res hoſtium hoſtibus nondum devictis milites noſtri auferunt, jure gentium occupantiũ fiunt, ita ut aliqua à duce belli diviſione opus non ſit. Si autem hoſtibus planè de-

[c] *Anno* 1638. *Decemb.* 2.

victis quædam capiantur, ſæpius æqualibus partibus à duce Belli dividi, vel pro cujuſque meritis diſtribui conſuevere. Quod tam ad mobiles quam immobiles res pertinet, licet immobiles in reipub: uſum vulgo ſerventur, ut milites inde ſtipendia ſua habeant, vendantur; unde & ſtipendiaria iſta prædia vocabantur.
28 Hactenus de poſtliminio belli tempore uſitato, ſequitur de pace. Pax autem eſt per ſe, aut pacto. Pacto, cum finito bello, pares de armis deponendis, conveniunt. Pax eſt per ſe, cum nullo bello præmiſſo, populus alter, alterius populi hoſtis non eſt. Atque inter hos jure Juſtinianeo, poſtliminium eſt. Nam ſi cum gente aliqua neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa factum habemus, ſi hoſtes quidem non ſunt, quod autem ex noſtro ad eos pervenit, illorum fit, & liber homo noſter ab eis captus, ſervus fit & eorum; idemque eſt, ſi ab illis ad nos aliquid pervenerit. Hoc quoque igitur caſu poſtliminium datum eſt[a]. Si nempe neque amicitia abſque fœdere, neque hoſpitium peregrinis debitum, neque fœdus inter eos, nobiſcum exiſtit. Simul etiam qui pacta pace pervenerunt ad alteros, ſi bellum ſubito exarſiſſet, eorum ſervi efficiuntur, apud quos jam hoſtes, ſuo facto deprehenduntur: & licet transfugæ eſſe videantur, jus tamen illis poſtliminii

[a] *L.5.§.2. ff. de capt. & poſtl. reverſ.*

eſt, niſi contra legis illuſores, prohibita primo in
terram alienam, migratione, fœdere comprehen-
b L. 12. ff. eod. ſum fuerit, ut eſſet his jus poſtliminii [b]. Captis in
bello, ſi de his, pacis conventione, nihil de liberta-
te expreſſum reperiatur, conſtat quoque poſtlimi-
nium eſſe. Nec eſt, quod quiſquam exhorreat, ci-
vium ſuorum oblivionem, quandoquidem Servius
ſcribit, *Placuiſſe ſpem revertendi civibus Romanis magis*
c L. 4. ff. eod. *in virtute bellica, quam in pace deſideratam* [c]; ut ſervitus
eo modo ſolvatur quo collocata eſt. Quandoque
tamen caveri ſolitum, ut in pace redirent, qui niſi
reverterentur, ſed voluntate ſua apud hoſtes mane-
rent, à poſtliminii beneficio poſtmodum exclude-
d L. 20. in pr. ff. eod. bantur [d]. Imo ſi ſtatim ad ſuos non retroceſſerint,
cum redire potuerint, pro transfugis non immerito
e l. 5. §5. ff. de re milit. habentur [e]. Et velut pax cum hoſte facta, liberta- 29
tem captivorum implicitam non producit, nec ut
pace per ſe poſtliminio reſtituantur, ſic multo mi-
nus tempore induciarum, eo quod induciæ propo-
ſitæ ſunt: niſi aliter conventione ſpeciali decretum
ſit. Induciæ enim in præſens, & breve tantum
tempus, ne interim invicem ſe laceſſent, conſtitutæ
a L. 19. §1. ff. de capt. & poſtl. reverſ. ſunt [a]. Quamobrem & qui ad eos, cum quibus
nulla amicitia eſt, aut tempore induciarum ad hoſ-
tes transfugit, transfuga eſt [b]. Quod aliter tamen 30
b d.l. 19. §8. inter fœderatos [c] (licet nobis exteri ſint) contingit;
quam-

quamquam enim nulla juris communicatione nobiſcum vivant, eo tamen ipſo, quod nobis fœderati ſunt, inter nos atque eos poſtliminio opus non eſt. Liberi ſi ad ipſos accedamus, libertate noſtra non privamur. Si res noſtras mobiles ad eos deferamus, plenum dominium earum penes nos permanet. Si verò captivi ad communem amicum, ſociumve, ducimur, aliud reſpondendum; nempe tranſportationem in alium locum, titulum juſtum acquirendæ libertatis, rerum perditarum dominium recipiendæ modum non eſſe per ſe: quia tali caſu, ut verum fateamur, captivi ſumus, ac permanemus; ſed tantum retinendæ Libertatis, ſi liberi, non coacti, eo ex patria, aut aliunde venerimus, aut bona noſtra eo deduxerimus. Retinere enim eſt, ſervare per retentionem [c]. At non eſt, ut ejus quis ſervet per retentionem, quod non habet, dum ipſe ſervus eſt, & per captivitatem retinetur; dummodo ſibi nihil poſſidere poſſit, atque omne jus ſuum ad dominum pertineat [d]; ad hoſtem ſcilicet, qui bello ipſum in poteſtatem ſuam redegit. Sed ſi vi, dolove, hoſtium manus effugimus, aut res noſtras eorum poteſtati eripimus, ex quo fuga fœderatorum oras, limiteſque attigimus, certum eſt, libertatem, & dominium rerum noſtrarum, nobiſcum ablatarum, nos apud fœderatos non ſolum retinere, ſed

c l. 50 ff. de hered. petit.

d l. 1 & ſeq. ff. de ſtipul. ſervor.

Digitized by Google

ipſo momento, publico ipſorum nomine, & perſonaliter, & ipſo facto ab hoſtibus, atque omnibus aliis quoq; tutos eſſe[e], quaſi in patriam rediiſſent. *Cum & illi apud nos & libertatem ſuam & dominium rerum ſuarum, æquè atque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant.*

e L. 19. §. 3. ff. de capt. & poſt. reverſ.

CAP. V.

DE CIVITATE.

1. *De civitate Generali & Speciali.* 2. *De Romano orbe.* 3. *De civibus & unde cives dicti.* 4. *De civili ac civium jure.* 5. *Quomodo exteri admittantur.* 6. *Ratio coëundi.* 7. *Subditorum officium.* 8. *De hominum diſpari ſorte.*

Quid jus commune in perſonas exterorum licere velit, quomodo peregrini cum civibus in communionem juris veniant, cives captivitate ſervi fiant, ac poſtliminio rurſus reſtituantur, huc uſq; vidimus. Super eſt, ut de civibus, ac civitate, in quam revertuntur, non nulla attexamus. Civitas, 1
quæ civium unitas, & res compoſita ex coöperantibus civibus eſt, ſumitur generaliter, & ſpecialiter. Specialiter, pro civitate ſive matriculari, ſive minori, ut pars, generali territorio incluſa, privatorum loco habita[a]. Generaliter pro univerſo populo, eodem jure, iiſdemque legibus utente. Sic Cæſar

a L. 16. in fin. ff. d. r. 5.

Digitized by Google

Cæſar de bello Gallico: *Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos diviſa eſt.* Non ſignificans ædificia, cujuſmodi ſunt muri, portæ, domus &c. ſed corpus firmum, pro ſecuritate hominum, eandem communionem conſtituentium; & ut ait Ariſtoteles: [b] *Complurium vicorum perfecta conſociatio, civitas eſt.* *b Lib.1.pol. cap. 2.* Horſum non male referantur illa Pompeji apud Lucanum:

Vejoſque habitante Camillo,
Illic Roma fuit, non unquam perdidit ordo
Mutatus, ſua jura loca.

Et ibidem:

Ordine de tanto quiſquis non exſulat, hic eſt.

2 Hujus territoriũ communis patria omnium civium [c] ac domicilium appellatur. Unde Cicero: *Roma totius orbis terrarum & clariſſimi imperii domicilium dicitur*; *c L. Roma ff. ad munic.* ſcilicet per Synecdochen, & non enunciativè, ut tantum intelligatur de orbe Romano, non de univerſo mundo, cum Trajani tempore, quo maxime excreverat Romanum imperium, vix triceſimam orbis terrarum partem, complecti potuiſſe, refert Bodinus [d]: ex iis enim quæ ad pompam duntaxat, & dignitatis amplectendæ dicuntur gratia, certa demonſtratio arceſſenda eſt: niſi ſecundum Cice- *d De Repub. c.9. lib.1.*
3 ronem intelligere velis, cum ait: *Quo non arma noſtra pervenerunt, pol terror armorum provenit.* Illi qui terri-

ritorio domiciliove iſto utebantur, Romanæque ditionis ſubditi erant, ex conſtitutione privilegiata Antonini, cives Romani vocabantur [a]. Hinc Claudianus:

Et cuncti gens una fuit, nec terminus unquam
Romanæ ditionis erit.
Urbem feciſti, qui prius orbis erat.

Cives à coëundo dicti ſunt. Illis ſolenne, ut eodem jure civitatis fruantur, in communionem juris venire ſtatuantur [b], dum in unam coagmentationem, velut ſponte euntium blanda atque amica conſpiratio plures, domos familias, pagos, vicos, civitates, id eſt civilem ſocietatem conſtituit. A cive autem 4
civile, & jus civile denominatum. Id autem tunc introductum, cum & civitates condi, & magiſtratus creari, & legis ſcribi cæperunt [c]. Hoc ergo illud, quod proprie jus civium, ſeu civicum, aut civile appellari poteſt, in eo quá maxime ſpectatur quod civibus erat teſtamenti factio activa, & paſſiva. Nuptias inter ſe contrahant. Jus patronatus [d] ac patriæ poteſtatis exerceant [e]. Solennis per nexum alienatio [f] & præſcriptio ſit. Etiam ex veteri ſententia adverſus hoſtem, id eſt peregrinum, æterna conſtabat auctoritas [g]. Bonis cedere poterant [h]. Teſtimonia deponere civis erat, non peregrini, cum in aliis tum præcipuè in teſtamento [i]. Suffragia [l] ferre. Hono-

a L. in orbe ff. de ſtat. hom.
b L. 12. ff. de hæret.
c §. ſingulorū. 11. Inſtit. de rer. diviſ.
d l. 10. §6. ff. de in jus voc.
e §. 1. Inſt. de patr. poteſt.
f Cicer. in Topic.
g Cicero in offic.
h L. 4. C. qui bon. ced.
i L. 1. C. de hæred. inſtit.
l Gothefr. ad l. 32. ff de Jure Fiſci.

Honores Romæ gerere [m]. Togam geſtare [n]. Prætexta, ac prænominibus, inſignibus quoque gentilitiis, quæ nos vulgato ſermone *Arma* vocamus uti, piſcari in fluminibus publicis permittebantur. Quæ tum demum aſſumebant peregrini, poſtquam in civitatem eſſent recepti. Sic gentilitia Romanorum nomina peregrinos uſurpare vetuit Claudius. Idem civitatem Romanam uſurpantes, in campo Eſquilino ſecuri percuſſit [o]; non levè quippe decus & ornamentum civitatis ratus, ſi non communicarentur, ne nomina iſta, niſi civibus ſolis propria eſſent. Uti conſtat etiam, ſoli cives militabant [p], ac poſtliminii jure gaudebant. Ex civili cauſa detineri, præſtita cautione non poterant. Ad Cæſarem [a] appellabant. Ad populum provocabant [b], ſine cujus cognitione, ac juſſu de capite provocantium quidquam [c] ſtatuere, virgis eos cedere, in crucem agere, nefas erat. Nec homo integræ famæ, ſege Brabantiæ Regia apprehendi, aut in carcerem trudi poteſt, priuſquam officialis loci plenam informationem cæperit de ſuſpitione, propter quam apprehendere illum velit. Nec queſtioni ſubjiciendus, niſi idem officialis judicibus informationem ſuam exhibuerit, illique reum quæſtione adjudicaverint; niſi crimen privilegiatum ſit, cujus cognitio ſolo Principi, conſilioq; ejus tantum competit.

Ar-

m *L. Barbarius 3. ff de offic. pretor.*

n *D. l. 32. Cujac. ad l. 11. ff. qui teſta. fac. poſſ.*

o *Sueton. in Claud. 25.*

p *L. 6. & 7. C. qui milit. poſſ. 2. Chron. 8.*

a *Acto. Apoſt. 22.*

b *L. 2. §. 16 ff. de orig. jur.*

c *Bodin. 1. c. 7.*

Digitized by Google

Arceri finibus cives in tantum nefas eſt, ut eos de-
fendi à Magiſtratibus, ipſis proprium eſſet jus.
Quorſum enim unitas & indivulſa illa civium in-
ter ſe conjunctorum unio ſit, niſi regatur unum im-
perii corpus, anima unius; niſi ut verbo abſolvam,
omnia unum ſint, nec quidquam ab illa unitate
devium, alio verſum, aut commigret, aut deflectat.
Jura hæc, licet ad cives tantum pertineant, tamen 5
exteri à Romanis ad ea quandoque admiſſi fuere,
ut de Antipatre Tribuno ſpecialiter in ſacris refer-
tur, quod *multa ſumma* [d] *civitatē iſtam*, nempe Roma-
nam, *acquiſiverit*. De Athenienſibus legitur, quod
ad civitatem cum exteris communicandam, ſex
millia civium occultis ſuffragiis conſentire neceſſe
habuerint. Et penes Venetos, Raguſioſque adhuc
obtinet, ut neminem niſi magna mercede, ſummiſ-
ve in rempubl: meritis, ad juris civici participatio-
nem adſpirare patiantur. Ratio coëundi non una. 6
Hic pietatem obtendit:

Utque alios alii de religione docerent,
Contiguas pietas juſſit habere domos.

Alii commoda vitæ, ad aquas appulſus, ignis foci-
que communis uſum, genialis convictus allubeſ-
centem ſenſim dulcedinem; Non me interpono,
quamvis neque negem eam ſe mihi ſatis probare
rationem, quæ ex metu, & conſcientia humanæ
fra-

[d] *Acta Apoſt. 22.*

Digitized by Google

fragilitatis oritur. Ait enim Lactantius[e]: *Si haberet homo ad propulſanda pericula, ſuppetens robur, nec ullius alterius ope, auxilioque indigerit: quæ ſocietas eſſet? quæ reverentia inter ſe? quis ordo? quæ ratio? quæ humanitas? aut quid eſſet tetrius homine? quid efferatius? quid inhumanius? ſed quoniam imbecillis eſt, nec per ſe poteſt ſine homine vivere, ſocietatem appetit, ut vita communi, & ornatior & tutior fiat.* In quam rem rectè etiam admonet Chryſippus Stoïcæ familiæ princeps; Cętera animalia propter homines eſſe nata, homines vero ad ſocietatem, & congregationem humani generis, ſuæ atque ipſorum conjunctionis cauſa procreatos exiſtere.

[e] de opific. Dei.

7 Promiſcuum civibus, dum civilis communionis membra haberi volunt, officium eſt, parere rectoribus, comiter ſe gerere circa contubernales, ac pariter civibus laborantibus adeſſe, omnibus invigilare, quæ ad communem ſalutem pertinent. Non ut ſibi tantum prodeſſet, creatus eſt homo, ſed ut multis. Sibi qui vivit, ac cæteros præ ſe negligit ſuperfluus eſt, & vix eſt, ut humanum nomen ferat. Humanitatis ad quam facti ſumus ita expers, rectè eum nemo hominibus accenſeat, qui vitę civilis ſcopum intuetur, & civilis ſocietatis commoda æqua lance librat.

8 Jam autem quemadmodum in omni rerum natura ſui ſunt gradus, & quidem inter æqualia, quæ tamen ipſa diſparitate (ut in Muſi-

ca accidit) æquantur, ita cum primis in republ: id locum habet: ait ſapiens; *Dives & pauper ſibi invicem occurrunt, efficiente utrumque Jehova. Et altus ſuperior eſt alto, altiſſimus ſuper omnes.* Rectè itidem Seneca

Omne ſub regno graviore, regnum eſt.

Hic verò altiſſimus Deus, cum omnes liberos crearit, & noluerit hominem ad hominem, tanquam ad finem creare, interim voluit eos inter ſe gradibus diſtingui; Idem neceſſitate velut inevitabili, & in adminiſtratione rerum humanarum obvenit, ſcilicet ut potior hic eſſet, alter potioris ope indigeret. Sed ut homo alienæ opis indigus, nihil ſui amittit, ita & libertas res alterius ſuperiores agnoſcens, libertas permanet, teſtis eſt paragraphus legis noſtræ, ubi jus libertatis ſibi ſtantis, & alterius res ſuperiores ſupra ſe agnoſcentis, ſtatus repreſentatur; in cujus aream, ut nunc deſcendi, opere pretium duxi, ejus principium, ſtatum, ac conditionem hoc loco ſecundum legis propoſitæ intentionem, membratim, tanquam in ſpeculo, ſpectandam exhibere.

CAP.

CAP. VI.

LIBERTAS.

1. *Deus eſt liberrimus.* 2. *Libertas hominibus communicata.* 3. *Libertas ineæſtimabilis.* 4. *Libertatis privatæ definitio, & quid ſit libertas naturalis?* 5. *Quid ſit naturalis facultas?* 6. *Quo uſque libertas naturalis ſeſe extendat.* 7. *De particulari libertatis impedimento.* 8. *Rei ſingularis obligatio ſervitutem non inducit.* 9. *Nec libertatem minuit.* 10. *Aliud eſt ſervire, aliud in ſervitute eſſe.* 11. *Quomodo ſervi & liberi differant.* 12. *Et ſervitus à libertate.* 13. *Quatenus ſervientes pro ſervis habeantur.* 14. *Vi libertas non tollitur.* 15. *Jure libertas non minuitur.* 16. *Jus libertatis.* 17. *De captivitatis jure.* 18. *Delicti.* 19. *Et Contractus.* 20. *Fortuna unius alterius officium deſiderat.* 21. *Officii præſtatio libertatem non minuit.* 22. *De jure loci.* 23. *nativitatis.* 24. *& ſententiæ.* 25. *De juris vi.*

1 EST ergo principium libertatis Deus. Libertas ſic Deo competit, ut qui non poſſit eſſe non liberrimus. Hæc illa eſt, per quam omnia quæ vult, & non vult, liberè poteſt. Nulla huic neceſſitas, leges nullæ, expedita illi cuncta, cuncta

Digitized by Google

[a Math. 20. verſ. 15.] [b 2. Sam. 16. v. 20.]

liberrima. Soli Deo omnia ſerviunt, ac ſubjiciuntur[a]. Ipſe interim nullius rationi, judiciove ſuppoſitus[b]. Cuncta moderatur, ac regit; & nec Liberis minus quam juſtis arbitriis contemperat~. Unde prudenter ſummæ ſapientiæ publicæ antiſtes Grotius[c]: *Dicitur Deus omnia feciſſe propter ſe, id eſt, jure ſummæ libertatis, & perfectionis, nihil extra ſe quærens, aut reſpiciens.* Magnum ejus exemplum, quod veterem, ſeu Moſaicam legem ipſam pedibus comprimens, in ſervitutem duxerit~. Quare Tertullianus adverſus Marcionem[d]: *Libertas ab eo præſtatur, apud quem fuit ſervitus legis.* Libertas hæc quin uni Deo debeatur, caret dubio. Apud ipſum illa eſt, atque etiamnum permanet inceſſanter. At eſt civi- 2 lis libertatis ab hac origine proventus, ac ſcaturigo: Deus nempe ineffabili ſua clementia ac bonitate hominibus (quoniam imago eſt in creaturis rationalibus) divinæ hanc particulam auræ, pro parte communicavit, pro parte divinæ ſuæ majeſtati reſervavit. De reſervata hactenus reticebo. Communicata hominibus, conſtat cogitatione, & conſilio; Unum quo omnia ad ſenſum liberè deducuntur, ponderantur; Alterū quo ſenſus ille liberrimus explicatur, & ad actum producitur, ſentiendo quę velis, & quæ ſentias liberè eloquendo. Hæc adeò nobis communicata, ut tanquam character baptiſmi cor-

[c De jure belli lib. 2. c. 20. n. 4.] [d Lib. 5.]

Digitized by Google

cordibus noſtris inhæreat. Sol tot liberos, quot homines aſpiciat; quæ cum vita data, non niſi perruptis naturæ legibus ex corpore humano duce ac comite vita, eradicari poteſt. Quin imo Libertas non terrena, ſed ſpiritualis res eſt, & cum aliis ſpiritualibus communicatur, atque ipſis etiam in cœlis
3 libertatis reverentia habetur. Hujus donum incomparabile, eo quod lumen vitæ [a] eſt, magna res, res pretioſa, theſaurus inæſtimabilis dicitur, in quo ſolo conſiſtit decus, ac ſplendor [b]. Liberi enim hominis nobilitas ſupra omnes. Ex libertate omnis amicitia vires accipit. Fides ipſa per libertatem tuta eſt, ac gentium jure ſic ſatis munita. Quæ cum divitum divitiis, fortunæque bonis præferatur (ſapiens enim non mutaret libertatem ſuam Perſarum regno) gratius nihil humano generi annunciari [c] poteſt, quam quod libertatis lumen aſpiciat [d]. Sic Hoſpitalis:

Nec generi Humano contingere gratius ullum
Libertate poteſt.

Hanc igitur ratione favoris, ratione charitatis, nemo tradat, qui eam retinere poteſt, claro apud Batavos captivorum teſtimonio, qui dulcedinem libertatis, ex oppoſitæ ſervitutis incommodis, edocti malo ſuo, prædicare atque attollere ſolebant.

4 Libertas alia publica eſt, alia privata; Privata

a *L. 1. §. optimus C. de offic. præf. præt. Afr.*
b *L. edicimus C. de municip. legat.*
c *L. Paulus 39. §. fin. ff. de fidei-comm. libert.*
d *D. §. optimus C. de offic. præf. præt. Afr.*

definitur[e], *Naturalis facultas ejus quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi, aut jure prohibeatur. Libertas* hic dicitur *naturalis*, hoc eſt à Deo nobis data. Quid aliud eſt natura, quam Deus, & divina ratio, toti mundo, partibuſque ejus inſerta? Ergo inquit Seneca de beneficiis. *Nihil agis ingratiſſime mortalium, qui te negas Deo debere, ſed naturæ; quia nihil natura ſine Deo eſt, nec Deus ſine natura, ſed idem eſt uterque, nec diſtat officio.* Hac noſtra tamen definitione natura ſumitur pro Dei operatione, quæ mentibus noſtris inſculpta, ac proinde libertas recte naturalis nuncupatur, quoniam illam omnes cum vita à divina majeſtate hauſimus, cui eam rurſus debemus. Unde legimus tantum Libertati à Romanis impenſum fuiſſe ut patribus, quibus jus vitæ in liberos, neciſve poteſtas olim erat permiſſa, Libertatem filiis eripere[a] non licuerit: quia auctores ejus non parentes, ſed Deus erat, qui ejus commercium diſtributionemve nulli mortalium communicavit; divinæ tantum majeſtati reſervavit, cum[b] inquit: *Servare te faciam inimicus tuis in terra quam ignoras.* Atque[c] alibi: *Ecce dies venient, & convertam captivitatem populi mei Iſraël, & reducam eos ad terram, quam dedi partibus eorum, & poſſidebunt eam.* Ac deniq;[d]: *Conteram jugum ejus de collo tuo, & vincula ejus dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni, ſed ſervient domino*

e §. *Inſt. de jure perſon.*

a *L. ult. C. de patr. poteſt.*

b *Ierem.* 17 *verſ.* 4.

c *Ibid. c.* 30 *verſ.* 3.

d *D. c.* 30. *v.* 9 & 10 *c.* 46. *verſ.* 27. &c.

no Deo ſuo, & David Regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Proinde contra Principem ipſum poterit defendi, & ejus oppreſſor omni meliori modo, publicè privatèque reſiſti, Eximio Batavorum exemplo, qui tyrannico inquiſitionis conſcientiarũ ſpiritu agreſſi, arma contra oppreſſores feliciter direxere, donec quaſi renati, Libertatem à majoribus acceptam, & quaſi poſtliminio reverſam, patriæ communi reſtituere. Dicendum ergo Libertatis poteſtatem à natura eſſe, ſed jus Libertatis ab hominis inſtituto, hoc eſt à jure civili dependere, quod vere eſt cum Albutio Philoſopho apud Senecam ſentire, qui neminem Liberum naſci, neminem mortalium ſervum credidit, ſed Libertatis ac ſervitii nomina poſtmodum à fortuna, ac pro fortuna, hominibus impoſita fuiſſe; niſi poſita natura, poſito naturali bono, exterminata atque eliminata eſſe quævis fortuita. Quocunque modo, Libertas nullam habuit juris rationem, aut vim, priuſquam ſervitus impoſita fuit. Inerat quidem hominibus à natura, ſed non tam intellectu, quam effectu cognita; & re vera tum demum agnoſci cæpit, cum bella orta ſunt, & captivitates ſequutæ.

5 *Libertas* dicitur *naturalis facultas*. *Facultas* ſcilicet, non jus: quia non in jure, ſed facto, hoc eſt, in mera cujuſque facultate conſiſtit, ut facere poſſit quidquid

quid velit, quoties neque vi, neque lege id ipſum facere prohibetur; qui enim jus dicit aliquid faciendi, ſignificat id eſſe tale quid, quod alioqui fieri non poſſet, ſi jus non eſſet; Atque natura omnes homines naſcuntur liberi, nec momentum nominari poteſt, quo jus Libertatis homini acquiratur, quaſi antea non habuerit plenam Libertatem. *Facultatem* cum dicit JC[tus], poteſtatem intelligit, quæ ex ſola faciendi voluntate cauſam habet; quippe facultas propriè facilitatem agendi, libera, ac plena poteſtate nixam deſignat. Hæc in externis actionibus diſertiſſimè ſeſe explicat, eoq; rectè ad facultatem faciendi refertur. Libertas naturalis internis cogitationibus plerumq; conſiſtit; hinc fit, ut merito facultas hæc magis facti ſit, quam juris; Quare & hinc Tullius eam definit: *Poteſtatem vivendi ut velis.*

Ejus quod cuique facere libet. Hoc eſt verum opus facultatis in libertate, ut quoquo modo liber, eo etiam extra imperium alterius cujuſcunq; demum agat, quæ ſibi agenda liberè, non coactè naturam ducem ſequutus, proponat, ſe ſibi applicet, à ſe dependeat, ſibi omnia ad bonum ſit. Perſius 6

Non quiſquam eſt alius liber, niſi ducere vitam
Cui libet, ut voluit.

Libertas iterum, ſive animi eſt, ſive corporis. At nulla

nulla libertas quæ ſe ultro porrigat, quam ad ea, quæ etiam bona ſunt, & cum vera virtute conjuncta. Semper liberæ poteſtatis, vel facultatis conceſſio ad ea reſtringitur, quę ex bono & æquo ſunt [a]. Imo Apoſtolus [b] eam moderare vult, ne etiam obſit proximo. Et JCtus ait: *Quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & ut generaliter dixerim, contra bonas mores fiunt, ea nec facere poſſe credendum eſt.* Nec leges officiunt libertati; Cives enim, filii & uxor, legibus Romanis, magiſtratibus, patribus, maritiſque ſubſunt, nec idcirco minus liberi exiſtunt; cum illud non ad impediendam libertatem, ſed ad effrenandam pravorum affectuum libidinem fiat, ut exploſa perſonarum damnoſa licentia, tali prohibitione libertas vera conſervetur. Unde apparet libertatem non malignitatis, ſed virtutis nomen eſſe; quandoquidem malignitati non vera libertas, ſed falſa ſpecies libertatis ineſt. Eoque & licentia dicitur nomine ab ipſa libertate & ſeparato, & remoto, qua licentia poſita, ſtatim ſibi locum vendicat, veluti jure ſuo, tritum illud, ac per vulgatum, ac nec minus verum: *Impunitatis ſpes, impietatis eſt parens.* Quis enim vivit ut vult, niſi qui recta ſequitur? qui legibus quidem non propter metum paret, ſed eas ſequitur atque colit, quod id ſalutare maximè ducat. Et ſic,

a § in bonæ fidei. Inſt. de action.
b Paul. ad Rom. 14.

Digitized by Google

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Quod ſi libertas ſeſe in licentiæ campum detruſerit, non amplius libertas, ſed ut dixi, licentia erit, cum libertas in bonam, licentia paſſim in malam partem ſumatur. *Hinc deteriores omnes ſumus licentia.* Nec ab incepto facile deſeret, aut finem ullum inſaniendi faciet, donec omnia ſecum volvat exitio. Sic cum peccato primi parentis corrupta eſſet natura noſtra, ac everſa penitus naturalis Libertas, ſtatim ea nobis impoſita fuit ſervitus affectuum, ut ſæpè facere non poſſimus, quæ ſana mens jubeat. Conquæritur enim Paulus. *Invenio legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Ex qua animi perturbatione, cum paulatim bella introducerentur, familiæ à familiis diſcederent, rerum dominia diſtinguerentur, libero populo, optimatibus, aut Regibus, pro ſtatu regiminis, libertatis defenſio præcipua, & particularis eſſe cæpit[a], cum digna ſit lege regi, & tutelam publicam mereatur.

[a] *L. 1. §. 1. C. Comm: de Manumiſſion.*

Sequitur *niſi ſi quid.* Verba *ſi quid,* particularia 7
ſunt, & ſingulares tantum actus deſignant, vi aut
jure in homine libero aliquid quandoq; impediri,
ſive prohiberi; cum ſervo, omnis facultas libertatis generaliter interdicta ſit. Igitur JCtus addendo particulam *quid* cautè libertatis facultatem in parte ſingulari prohibitam, impeditam, à ſervitute civili

ſepa-

ſeparavit; certus nihil tam vitioſum fore, liberta-
tem ita definiri, ut ſervis etiam conveniat. Quare
& dubio caret, ut hi qui ſpecialiter tantum, non ge-
neraliter, quibuſdam operibus, factiſve inſerviunt,
proprie ſervi non ſint, liberi permaneant, etiamſi
8 nobis debita præſtent; cum opus & miniſterium
famulorum, qui apud Chriſtianos in locum ſervo-
rum ſucceſſere, potius ad meram obligationem
perſonalem, eamque liberam, quam ad ſervitutem
pertineat. Quin imo obligatio iſta, qualis etiam
eſſe poſſit, nihil aliud quam ſervitus, ſive ſervitium
imperfectum eſt, qua ſe particulariter quiſquis ad
quædam agenda, facienda, committenda, omitten-
dave adſtringit. Si quidem operari in propoſito,
atque ſolutio ejus quod ex contractu debetur, ſer-
vitus non eſt, ſed modus ſolvendi debitum; quod
non ſervile, verum civile [a], atque boni civis eſt.
9 Cui non obſtat, à primævo naturæ ſtatu homines
ut ſervi non ſunt, ita nec eos ex poſt facto ſervos
effici, aut ad ſervitia quædam præſtanda, adſtringi
poſſe; quandoquidem gentium jure omnes ex con-
tractu vel delicto obligamur. Salva tamen liber-
tate, quia hominis ſoluti libertas obligatione ſervi-
tiorum non minuitur, ſed augetur; cum dominus
agricolam, operarium, atq; adeo hominem ſuum,
contra aliorum injuriam tueri in libertate ſua, ac

a §. 1. Inſt. de obl. l. ob. ci. C. de obl. & act.

defendere in officio teneatur. Neque ex opere perfecto valide argumentetur, operas præſtitit ſerviles ergo ſervus eſt. Non enim probat hoc eſſe, quod contingere poteſt abeſſe. Quo pertinet aliud eſſe 10
ſervire, aliud in ſervitute eſſe; ſicut jure ingenuitatis uti, & ingenuum [a] eſſe, poſſidere, & in poſſeſſione exiſtere [b], inter ſe differunt. Ex ſic exploſa in orbe Chriſtiano immani vitę neciſve in ſervos conſuetudine, ſervorumq; conditione miſerabili ſublata, apud nos homines proprii famuli, agricolæ, mercenarii noſtri, plane liberi ſunt; quamvis ad quædam ex pacto, conſuetudine, ex quovis dato, vel promiſſo, nobis obſtricti ſint. In quibuſdam etiam operibus præſtandis, ſervis antiquis præſtationis, non ſervitutis jure, conveniant. Quorum conditioni proxime homines proprii, **Lijf-eygene** dicti, accedunt, qui ex omniũ ſententia plus quam omnes alii, in quibus hodie ſervitutis umbra reperitur, ad antiquam illam ſervitutem vergunt, nomine tenus tantum ſervi, re ipſa liberi ſunt, ac longè tanquam famuli, à ſervis antiquis differunt.
Non enim ut illi venduntur, vindicantur, ad eruen- 11
dam veritatem tam facilè torquentur; non item de illis, quod de aſinis, æquis & mulis judicium; appellatione inſtrumenti fundi non continentur, ab actis civilibus non removentur, perſona non carent,

a L. ſciend. 32. ff. de rit. nupt.
b L. 2. & 10. C. de ingen. & manumiſſ.

Digitized by Google

rent, injuriarum agunt, juſtas nuptias contrahunt;
in judicio ſtare, cognomine uti, bona poſſidere, in-
ter vivos alienare de iis denique teſtari, contrahere
ſuo nomine, quin etiam cum domino ſuo, ac fide-
jubere pro aliis poſſunt. Uno ut verbo abſolvam,
famuli & miniſtri ita nobis devincti non ſunt, ut à
nobis planè dependeant, abſque nobis inſtar ſervo-
rum, nihil validè agant, domino, non ſibi, omnia
acquirant, domino vitam ac ſanguinem debeant,
pro eo ſtent, cadantque; ſed homines liberi ſunt in
omnibus, teſtes, judices, procuratores fiunt, teſta-
12 menta condunt, ſtipulationes alioſve contractus ci-
viles ritè perficiunt: tantum à ſervis, quantum vita
& mors, lux à tenebris diſcrepantes; etenim in li-
bertate decus ac ſplendor hominis conſiſtit, in in-
genuo homine nihil eſt libertate dignius [a], cum
ex oppoſito ſervitus maculam hominibus inurat [b],
& non modicam ignominiam, quam omnes cor-
dati in ſe, ſuiſque parentibus ac liberis deteſtantur,
13 infligat. Verumtamen in hominibus propriis ob-
tinet, ut quoad ſervitia quibus ſunt adſtricti, pro ſer-
vis habeantur, in reliquis liberi ſint, liberorumve
hominum jure gaudeant. Nec ad alia opera vel
officia tenentur, niſi de quibus expreſſè conventum
conſtat, contractuſve jure quędam tacitè ineſſe pro-
bantur. Atque hinc generaliter qui dicit hominem

a *L. edicimus. 7. C. de murileg.*
b *L. fin. ff. de natal. reſtit.*

proprium, ſive ſervientem ab hoc vel illo actu removendum eſſe, hoc vel illud agere, omittere, tetiere, exceptionem ſuam, intentioniſve fundamentum probare tenetur; niſi de jure loci certum quidquam ſit: cum ſtatuta & conſuetudines locorum, circa libertatem hominum propriorum, & viciſſim eorum ſervitia variare mirum in modum ſoleant. Maxime etiam in dubiis pro libertate reſpondendum [a] eſt; præſertim inter Chriſtianos, quibus & in quos ſi fieri poſſit, nihil niſi libertatem ſpirare convenit, ſi præter vel contra libertatem, ſive perſonaliter, ſive realiter, vel etiam ex promiſſo, quidquam à liberis hominibus expoſtuletur.

a *L. 3. §. 1. ff. de alien. jud. mut. cauſ. fact. l. 24. ff. de manumiſſ.*

Porrò in definitione dicitur, *niſi ſi quid vi. Vis eſt majoris rei impetus, qui repelli non poteſt* [b]. Vis etiam eſt quoties id quod ſibi quiſque deberi putat, non per judicem repoſcit [c]. Vis illa à potentiori, impotentiori illegitimè infertur, quia à magiſtratu erat petendum, quod debebatur. Nam ſingulis, inquit JC[tus], non eſt concedendum, quod per magiſtratum publicè poſſit fieri idque, ne occaſio ſit majoris tumultus [d] excitandi. Atque ideo poſita eſt in medio legum tutela, ideo introductus judiciorum vigor, ne quis privatim, privatuſvè publicam ſibi ultionem auſu temerario vindicare præſumat [e]. 14

b *L. 2. ff. quod met. cauſ.*

c *L. exſtat. ff. eod.*

d *L. non eſt ff. de R. I.*

e *L. nulli C. de Judæ. cœlic.*

Nec

Nec tamen obinde libertate caret, quanquam facultas libertatis cauſæ ſingularis, pro tempore impediatur: quia vis libertatem non minuit. Nec vis elidit facultatem naturalem faciendi quod velis, ſed factum ipſum tantum impedit. Quin ipſo libertas, ex facto non eſt æſtimandà, ſed ex naturali facultate quod velis faciendi; ſcilicet, ut per fundum meum eam, ambulem, eſt in poteſtate mea. Corpus cui vis infertur, vinculum tantum libertati circumdatum eſt. *Major ſum*, inquit Seneca, *quam ut mancipium ſim mei corporis*, atque [g] alibi: *Corpus eſt quod domino fortuna tradidit. Hoc emit, hoc vendit, interior illa pars mancipio dari non poteſt.* Quum Zeniadę ſerviret amici agebant de illo redimendo; at ille, nequaquam inquit, an neſcitis leones non illis ſervire à quibus aluntur, ſed altores potius ſervire leonibus, ubicunque eſt, ſemper leo eſt, naturam non mutat ſuam libertas leoni eadem permanet.

f Epiſt.65. circa fin.
g de Benefic. l.3.c.10.

15 *Aut jure prohibentur.* Jus eſt ars æqui & boni. Legi ad obedientiam ſubſunt omnes. Refrenare libidinem, libertati conſonium, reipubl: intereſt. Libertas jure non impeditur, ſed augetur, corroboratur. Imo hinc ex ſervitute proclamatur ad libertatẽ, cum animus ad perverſa inclinans, vel hoc ipſo ſibi reddatur, quod videat liberum non eſſe qui vitiis

Digitized by Google

vitiis inſerviat. Jus libertati non adverſatur, cum ſub legum patrocinio libertas ſit. Libertati non officit obedientia, non magis quam virtus virtuti; quia jubendi majeſtas non eſt, niſi pro libertate, libertas, ſive publica, ſive privata, aliqua læſione afficiatur. Et ſic libertas ratione, non libidine operatur; quidquid à ratione recedit devium, non libertas eſt, ſed diſſolutio. Aliquando etiam jure, non tam in limitationem libertatis, quam ut jure publico proſit, facultas libertatis aliqua actione impeditur: Exemplum in eo eſt, quod maritus alienare prædium dotale, jure Romano, per ſe non potuerit. Prodigis & minoribus alienatio rerum ſuarum interdicta [a] ſit, quos tamen conſtat libertatem retinuiſſe. Porrò jus libertatis 16
perſonam concernens eſt, quod non cogatur parere, niſi cui vult [b], faciat quæ velit; ibi ſit, ubi vult, atque ubi eſſe [c] poteſt. A nullo pendeat, & uſum voluntatis & judicii liberrimum habeat [d], poſſeſnemve libertatis [e] ſuæ. In commercium non libertas, ſed corpus liberum [f] deducatur: quod perſpicuum eſt in pacto incarcerationis, obſidum dandorum (quod nos recepto vocabulo ſolemus appellare jus oſtagii, ſequeſtrationis) & operarum præſtandarum ſtipulatione. Jus libertatis etiam concernens res hominis liberi eſt liberrima earundem

ad-

a Inſt. quib. alien. lic. vel non.
b L. 1. & 3. ff. de lib. hom. exhib.
c L. injur. §. ſiquis ff. de injur.
d L. 23. ff. de lib. cauſ.
e L. 24. l. 25. § 2. l. 10. l. 12. § 3. ff. eod. l. 3. & 4. C. ubi de ſtat. cauſ.
f L. 1. & 2 ff. ad l. Fab. de plag. l. 70. ff. de contr. emp. l. 4. 5. & 15. ff. de lib. cauſ.

adminiſtratio, qua rerum ſuarum procurationem, curam, & diſpoſitionem liberam habet, & nullam aliam quam à ſe ipſo dependentem, qua ſibi acquirere, & alienare[g] poteſt. Nec non jure utendi fruendi rebus ſuis gaudeat, quæ jure dominii competunt homini libero, familiæ, & civibus reipubl:, quæ dicitur legitima, vera, & perfecta libertas[h], liberos in patria poteſtate habeat, retineat, prædia aliis conducat, teſtato & inteſtato hæres fiat, & quæ plura hujus juris ſupra[a] deducuntur. Verum enim verò
17 cum in omni ſtatu monarchico, ariſtocratico, democratico, vel alio quovis mixto, hos imperare, illos obedire conveniat, jura civibus extereve ſortis hominibus ex gentium, civiliq; conſuetudine præſcripta quædam ſunt, quorum inſtituto omnes tenentur, ac ſpecialiter hi, qui captivitatis, delicti, contractus, loci, nativitatis, vel ſententiæ jure aliis devincti probantur. Sic licet Chriſtiani per Chriſtianos capti, ut olim, ſervi non fiant, manſit tamen jus, ut captivi cuſtodiantur, nec dimittantur, donec pretium redemptionis (quod in milite gregario inter pleraſq; gentes vulgò menſtruum ſalarium eſt) ſolutum, vel de dimiſſione captivi, cum aliis ex adverſa parte captis, conventum ſit. Sic & ex delicto
18 unumquemque juri ſubjacere, ac pœnæ loco, ad ea teneri, quibus delinquendo ſeſe obligavit, dubita-

g L. 2. l. 9. §. 2. ff. de acq. rer. domin.

h L. 1. C. com. ſerv. manumiſſ. l. unic. C. de latin. libert. toll.

a Num. 11.

tionis aleam non ſubit. Quinimò ex Chaämi impietate adverſus patrem Noäch, idem ſervitute tum nova & graviſſima mulctatus fuit[a]. Poſteri ejus in Africa multiplicati, bello per Joſuam ſuperati[b], atque ſi qui tum deleti non fuerant, à Salomone tributarii[c] facti. Et in quovis imperio homines ob inſignem rebellionem, injuriam in Principem, populumve, vim, furtum, rapinam, & quæ plura maleficii nomen obtinent, adeò plectuntur, ut pœnæ jure ea agere, vel omittere non poſſint, quæ niſi peccaſſent, ipſis cum aliis hominibus libera fuiſſent. Etenim ſecundum cauſarum merita in carcerem detruduntur, in metallum, ad remigia damnantur, exilio plectuntur, ergaſtulis & ergaſteriis includuntur, ut ab omni peccandi occaſione ſecluſi, ex præſcripto opere indies ſibi victum quærant, ex continuo exercitio meliores fiant, & hac ſpe tam à mundo quam peccatis ſeparati, juſtos inter labores ſeneſcant, animam tandem aliquando meliorem reddituri; ſalva tamen in actionibus aliis, præter laborem præſcriptum, incluſionemve perpetuam, libertate; ut & hi qui agrum colendum, à civitate aliqua abſtinere, intra ſpatia quædam ſeſe continere, aliiſve pœnalibus obſtringuntur, liberi nihilominus permanent.

Contractu quoque ut homines hominibus obli- 19

gantur,

a Geneſ. 9. verſ. 20. & ſeqq.

b Ioſ. cap. 13.

c 2. Paral. 8. verſ. 8.

gantur, ſic & pacto ſe aliquem alteri ſubmittere, tam de jure, quam conſuetudine conſtat. Exempla paſſim in jure[a] civili, diviniſve[b] repetitionibus occurrunt. Nec minimũ eſt, quod Egyptii fame preſſi armenta & pecudes, agros deinde, ac denique ſemet ipſos, quod aliter ſalvi eſſe non poſſent, in ſervitutem Pharaoni vendiderint. Et poſtpoſita ſervitute, à qua animus abhorret, libertate ſalva majoris minoriſve conditionis homines ad quævis agenda ſeſe obſtringunt, ad operarum præſtationes devinciuntur[c]. Et pauperes aliunde quo vivant non habentes, ſe pro tempore, atque in perpetuum ad operas obligare, nemo eſt qui neſciat. Sic & vaſalli non niſi exhibendorum ſervitiorum feuda accipiunt. Emphyteutæ ſub annuo canone in perpetuum ſolvendo, agros alienos colunt, homines proprii, famuli noſtri, quin & officiarii omnes libertatem ſuam aggravant; & ſæpius arreſtationes, atq; incarcerationes debitorum in locis iis ubi famoſa exiſtunt emporia auctoritate magiſtratus, haud attento eo quod carcer ſit ſpecies torturæ, mala manſio, & quaſi ſervitus, jure gentium fiunt. Nec enim omnium fortunæ libertatem nihil extra ſe deſiderantem, producunt. Nec omnes ita nati ſunt, ut

20 rantem, producunt. Nec omnes ita nati ſunt, ut aliorum ope, pecunia, & auxilio non indigeant; in cujus redhoſtimentũ alteri relatum neceſſe eſt, ut

a *§ pen. Inſtit. de jure perſon.*

b *Deut. 15 v. 12. & ſeqq.*

c *L. cum ſcimus C. de agric. & cenſ. l. fin. C. de tranſact.*

infimę conditionis homines ex contractu tacito vel expreſſo, operas, ſubmiſſiones, ſervitia quædam præſtant, ut mutuo beneficio, opere pro pecunia, reverentia, officiiſve reverentialibus pro defenſione, ſuſceptave reipubl: cura, tanquam juſtis quibuſdam ab utraque parte commutationibus, totum quidquid univerſi, & in univerſo eſt, ſubſiſtat: quibus ſublatis omnia in confuſionem proculdubio verterentur; cum ex imperfecto ſeu depravato concupiſcentiæ noſtræ ſtatu hujus auxilium non minus quam illius beneficium deſideretur, majores minoris labore, ſtudio, atque alacritate, minores majorum numinis, protectione indigeat, alter abſque altero vix diſcernatur. Neque exinde quod vaſalli 21
ſervitia domino præſtant, ſubditi invito domino migrare non poſſunt, alii ratione publicæ, privatæque utilitatis præcisè ad facta tenentur, ſervi ſunt; quandoquidem unuſquiſque jus reverentiæ, & auxilii rectè alteri offert, imperio obſequitur, operam, laborem, & induſtriam ſuam pro pretio vendit, cum nec eo libertatem ſuam vendiſſe intelligatur[a]. *neque* ut[b] inquit Imp: Juſtinianus, *ex confeſſionibus, neque ex ſcriptura, niſi etiam ex aliis argumentis aliquod acceſſerit incrementum.* Præcipuè cum ex ejuſmodi contractibus Chriſtianorum moribus non corpus liberum, verum corporis liberi præſtationes in ſtipula-

a *Argum. l. qui operas. l. inopis. ff. de locat. & conduct.*

b *L. cum ſcimus 22 C. de agric. & cenſit.*

pulationem deducantur; quod in liberis hominibus citra libertatis imminutionem fieri poſſe jura edocent [a], adeòque gentium conſuetudinibus receptum eſt.

[a] *L. hominis, 3. ff. de uſufr. legat.*

22 Loci denique, nativitatis, & ſententiæ jure nos teneri, nullum eſt dubium. Etenim ſi ad locum extraneum nos conferamus, ejus territorii legibus, ſtatutiſve ſubjecti ſumus, dummodo limites extraneorum intravimus. Adeò etiam, ut ſi quis in terram ſe dimittat, cujus incolæ omnes, homines proprii, ſive agricolæ, domino ſuo inſervientes ſunt, & is ferè præſumatur ſeſe alterius dominio, exemplo ibidem habitantium, ſubjeciſſe. Maximè ſi ſtatuto cautum ſit, ut iſtius ditionis incolæ omnes proprii homines, vel coloni domino ſubjecti eſſe debeant; firma præſumptione, univerſos qui in ejuſmodi terram deſcenderint in ſtatutum, tanquam in pactum conſenſiſſe. Atque hoc, ſi ejus juris ignarus deſcendens non fuerit; nam conſtat ignoto externæ gentis ſtatuto donec ignoratur, neminem alligari [b]. Et ignorare alterius populi leges quiſquis præſumitur, niſi circumſtantiæ caſus aliud ſuadeat, extraneus in loco ſtatuti frequenter verſetur, vel in conſequentiam dicti Statuti jura quædam, privilegia, & prærogativas quaſdam nactus fuerit, nempè ut pro ſervitio præſtando

[b] *C. 2. de conſtitut. in 6. l. fin. ff. de decr. ab ord. faciend.*

habitationis jure, rerum percipiendarum commodo, defenſione, protectioniſve beneficio fruatur; nam tunc ſuſcepti beneficii jure, ad illa quæ beneficiis oppoſita, atque ejus quaſi συνάλλαγμα ſunt, unuſquiſque obſtringitur; eoque jure contra incolam præſumetur eundem, ut omnes ejus loci homines, ſtatuti vinculo teneri; quemadmodum & hoc ſtatuto tenebuntur, qui per nativitatem alterius 23
dominio acceſſere, cum nativitas modus quoque inducendæ ſubjectionis, obligationiſve in quibuſdam ſit. Sic ſervi ſervos producunt, fœmina adſcriptitia ex loci conſuetudine, vel ſtatuto homines proprios, adſcriptitioſve parit; ita ut ex conditione matris partus ventrem ſequatur. Et generaliter relatorum civium liberi ex nativitate jure civitatis ſuæ devincti, admodum legibus patriæ latis ferendiſque alligantur, ut citra crimen ab iiſdem non decedatur.

Denique & per ſententiam nos aliis ad quædam 24
agenda, facienda, omittenda, præſtandave & ſimilibus obligamur. Quo accidit, ut jure ſententiæ ſæpius impediamur ea facere, vel non facere, quæ niſi ſententia lata fuiſſet, ex voluntate noſtra aliter expedita habuiſſemus, & ſic tandem ea nobis facere non liceat, quæ libent; cum ea facere, ut proximè oſtendi, jure ſententiæ, captivitatis, deli-

ẞi,

Digitized by Google

25 cti, contractus, loci, & nativitatis impediamur; cujus tamen impedimenti executiva in omnibus, & quidem ad omnia, ex corruptæ naturæ noſtræ vitiis admodum neceſſaria, ut abſque eadem pace uti non poſſimus, inter fratres quidem binos tranquillitas non ſubſiſtat. Hinc [a] Cicero: *Nihil tam aptum ad jus conditionemque naturæ quam imperium.* Quod ut ex jure vires ducit, non niſi juris legumve tutela conſtat. Quocirca & dignam majeſtate regnantis vocem Impp: eſſe ajunt, legibus ſe alligatum Principem, profiteri; tanquam de auctoritate juris imperantium pendeat auctoritas; adeo etiam ut nec injuſta in orbe Chriſtiano jura ſunt, quæ ſæverioris ſæculi exploſa ſervitute, ſervitium legale, ſimulacrum ſervitutis, modicam quandam ſive moderatam ſubjectionem ex cauſa inducunt. Etenim licet à primævo naturæ ſtatu homines ſervi per ſe non ſint, non tamen ne jure jam citato unquam ſuo
26 facto aliis inſerviant, gentium moribus adverſatur. Inſuper in fine definitionis libertatis privatę, inquit JCtus, *Niſi ſi quid prohibeatur.* Prohibere ſive vetáre propriè, virtus legis [i] eſt. Cui obtemperare convenit, tum ob alia multa, tum vel maximè ob conſcientiam, atq; eo quod omnis lex inventũ ac munus Dei eſt, ad cujus præſcriptum omnes qui in ea repub: ſunt, vitam inſtituere debent. Quo ſpectat juriſ-

[a] *De leg. tertio.*

[i] *L. 7. ff. de legib.*

juriſconſultorum eloquentiſſimi, & eloquentiſſimorum juriſconſultiſſimi Ciceronis illud, *Nos omnes eſſe ſervos legum, quo liberi ſumus.* Quo nihil verius, quandoquidem legem pręeſſe qui vult, Deum præſidem facit˜. Hominem qui legi antefert, eadem ratione divinæ auræ particulam, atque humanitatem totam beſtiis inſipientibus non modo ſimilem facit, verum etiam ſubſternit˜.

CAP. VII.

LIBERTAS PUBLICA.

1. *Regiminis initia, nec non introductio libertatis publicæ.* 2. *Populi plebiſve differentia.* 3. *Multorum congregatio per ſe populum non facit.* 4. *De populari ſeu principali imperio.* 5. *Deus libertatis læſæ vindex.* 6. *Libertas amiſſa variè recuperatur.* 7. *Derelinquendo populum.* 8. *Lege & jure proprio.* 9. *Deportatione.* 10. *Ingreſſione in monaſterium.* 11. *Captivitate.* 12. *Quomodo furore ac dementia.* 13. *Contractu.* 14. *Renunciatione expreſſa.* 15. *Tacita ſive præſcriptione.* 16. *Libertas data revocari non poteſt.*

Libertatem privatam, ſeu ſingularem homini 1
competere diximus. Et quatenus competat, ex definitione, quæque ei adjunximus, viſum plus ſatis.

Digitized by Google

ſatis. Exquirendum porrò, num & populo libertas adſcribatur, quibus modis eadem introducatur, ac reſtituatur ſuppreſſa. Prębuit libertas ſingularis hominibus nundum in civitatem redactis, anſam libertatis publicæ, idque prorſus citra ullius juſtam contradictionem, adjuvante nimirum Jehova[a]. Et cum prima viri ac mulieris conjunctio introduceretur, qua uberior inter homines conſiliatur benevolentia, ſubſequutum ex individua ipſorum copula, & liberis ex conjunctione illa provenientibus, ut mutuo inter ſe officio fungerentur; virilis officii eſſet, rem familiarem augere, in publico verſari, vim & injurias propulſare; fæminei verò muneris, parta conſervare, domi ſe continere, ſobolem & familiam alere, munditiem & elegantiam in ædibus curare; ac tandem liberorum curæ mandaretur, imperio parentum tanquam dominorum ut obſequerentur; maſculi paternis laboribus, puellæ ſollicitudini maternæ incumberent. In his officiis civilibus, ſive parendo, ſive imperando, ſeſe admodum placidè gerant, ut dum quiſquis præcipiendi obſequendique operas præſtat, ſimul omnes rem familiarem adminiſtrare videantur. Cujus familiæ appellatione præter uxorem atque liberos, mancipia, famuli; pecus, ſupellex, & reliqua quæ in bonis cenſeri conſueverunt, donec conjuncta

a *Ierem. 23 verſ. 3. & ſeqq.*

N per-

permanent, continentur. His per prolis numeroſam procreationem auctis, natorum ex his, & qui ab iiſdem naſcebantur acceſſione plures factis, quidam exire è domo paterna, ut tanquam ſurculi novi alibi radices agerent, obſtringebãtur. Unde poſt interjectum aliquod temporis intervallum, contubernia in villam, villæ denique in civitatem progerminarunt. Sic ubi cives, pagani, villici in unum convenirent; ſinguli pro communi ſalute excubantes, arctiſſimo inter ſe ſocietatis vinculo colligerentur, & ſupremo generis auctori, ſeu parenti ſecundum jus naturæ Principatum deferrent, hi omnes qui ſuperiori ſuberant, gentis nomine appellarentur, & ex regiminis forma, monarchico regi imperio, dicerentur. Cæterum ſi tandem imperii Dux per mortalitatem ſuam defeciſſet, ac ne Princeps quidem alius familiæ ſupereſſet, majores è populo vel fratribus, tanquam ſeniores, in conſilium aſſumebantur: ut eorum auxilio exterorum injurias propulſarent, ſuæ ſuorumque ſaluti conſulerent, alternis quandoq; vicibus ea lege imperii molem ſuſciperent, ut neque poteſtas ſolitudine vel mora corrumperetur, neque ſpretum vel omiſſum ſe quiſquam indignaretur. Atque ita penes optimos quoſq; & prudentiſſimos reipubl: imperandi forma in paucorum arbitrio poſita, Græcis

ἀριστο-

ἀριστοκρατίας, latinè ſtatus obtimatum nomen ſortitur. Nec erat cum his, ſi maximè vellent, ullus certandi locus, occaſio nulla: quippe ſpectabant ad illos creberæ pro cauſa publica diſquiſitiones, & legum condendarum ſummæ auctoritas. Et cum nec horum imperium ſublatis è medio fratribus ſenioribus ſubſiſteret, elapſo per magnam indies ſuccedentium multitudinem primęvo ariſtocratię termino, inter tot æquales, in tam numeroſa prole, ubi tanta erat fratrum, nepotum, aliorumve deſcendentium ac tranſverſalium æqualitas, fieri omninò non potuit, ut paucorum imperio omnes ſe ſubjicerent; per ſummam tandem neceſſitatem impulſi, ut magiſtratuum, pręfectorumve creandorum jus penes partem quandam reipubl: deponerent; ſeu vice, ſeu ſorte facta imperii ſtatus, jure aut conſuetudine ad quoſdam pertineret. Servantibus interim ſibi ſingulis cætum civilem conſervandi, ſuæ nationis auctoritatem tuendi, ſeque contra alios defendendi jus, quam popularis imperii formam Gręci vulgò δημοκρατίαν, Latini fuſius rempub:, alii populi cenſuſque poteſtatem ſummam, nuncupabant. Atque hæc ſimpliciter de prima ſtatuum diverſorum introductione dixiſſe ſufficiat. Cęterum quoque adaucto per ſęcula quędam mortalium numero, cum varii varia lingua callentes, hi qui unius

N. 2 ſer-

ſermonis erant illos qui alia voce utebantur, deſererent, nec non alii pro mutua ſui ſuorumq; neceſſitate interna externave conjungerentur, è veſtigio univerſis & ſingulis ea conſtituere liberum permanſit, quæ propriis negotiis aut in præſens neceſſaria, aut in futurum utilia videbantur. Atque id omne quidem per naturam ipſam; cùm libertas, & libertate poſita, in unum conſociatio, atque ex conſociatione, mutui ultro citroque conventus, naturam ducem habeant. Sic homines liberi, ratione libertatis publicæ inter eos legitimè conventæ, ea obſervant, quæ pro omnium tutela, conſervatione, ac defenſione, tacitè, expreſsè conventa ſunt; ut ſic reſpub: hominum liberorum in unum coäcta multitudine, mutuis inter ſe voluntatibus & pactis conventis conſtans, domi militięq; ſarta tecta tueatur. Quippe ubi ſemel ex multis hominibus itidem liberis, in unum corpus civile congregatis, communibus civium votis ſuam quiſque libertatem alienæ adjunxit, ita ut ex multis ſingulorum coädunatis libertatibus, jam non amplius privatorum, ſed potius ac principaliter, tanquam in re communi, omnium ſalus ſpectetur, dubio caret quin libertatis publicæ nomen, titulumve talis conventus mereatur, abſolutum imperium ſtatim ab ipſo quaſi partu exerceat, Unde Poëta:

Cum

Cum primum partu eſt edita, magna fuit.

Utque de populo iſto prædicetur, eandem libertatem publicam ſummo, atque optimo jure ſibi non minus effectu, quam nomine propriam eſſe, quæ in regno Regiæ Majeſtatis appellatione obtenditur. Remoto diſcrimine, fuerintne cives, ſit nova colonia, nova civitas, conventus novus, nec ne; quandoquidem conſtat homines ratione conſtantes, conſenſum rectè facere, ſocietatem inire, atque ex conſenſu publicam libertatem conſtituere. Sic ab Adamo populi multi, innumeri, & omnes progenies ſunt [a]. Caïn egreſſus è facie domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden, & edificavit civitatem [b]. Nemrodi principium regni fuit Babylon, Arach, Achäd & Chalane in terra Senaär: de qua terra deinde egreſſus eſt Aſſur, & edificavit Niniven, & plateas civitatis [c]. In cæteris autem copias militares nemo rempub: dixerit, nec ſi mancipia quædam contra rempub: conſpiraverint. Quin imò: *Quiſquis illicitum collegium uſurpaverit, ea pœna tenetur*, inquit Ulpianus, [d] *qua tenentur qui armatis hoſtibus loca publica vel templa occupaſſe judicati ſunt.* Nec dubium quin in legem Juliam Majeſtatis incidant, qui dolo malo ac perverſo conſilio adverſus populum vel adverſus ſecuritatem ejus quidquam commiſiſſe [e] probantur.

a 4. Eſd. 3. v. 7.

b Geneſ. 4. v. 16. & 17.

c Geneſ. 10 v. 11. & ſeqq.

d L. quisquis ff. de coll. & corpor.

e L. 1. §. ff. ad Leg. Jul. maj.

Hæc populi, congregatio, & in unum cætum conventus unio dicta ab uniendo, quod plures unum fiant. Horum conſenſus publicam libertatem quin firmet ac ſtatuminet, poſtquam pro conſervatione ſingulorum in unum cætum familiæ coïverint hactenus inconcuſſum permanſit. Quin imò hi ut primum providentia divina inter ſe conveniunt, ſingulari nomine populus appellantur, licet etiam proprium territorium non habeant[d]. Divina favente gratia manus Iacobi capiti filii Ephraim, ſecundo geniti imponitur, regni in ipſum recaſuri illuſtrè præſagium[e]. Ipſa in populum coâgmentatio à Deo eſt, auctore quippe vitæ civilis, ordiniſque & ipſius συμβιώσεως, qui in vita civili ſine ordine expediri, atque explicari nequaquam poteſt[f]. Idem dicendum de regnis ac regibus. Huc ſpectat illud Pſalmiſtæ[a]: *Deus ſedens in medio Deorum.* Item Dii eſtis, & filii excelſi omnes. Hinc Deus ipſe: *Ego populo Iſraëlitico ſtabilem locum dabo. Ego Davidem in mea domo, in meo regno, conſtituam ad omne ſæculum; ut ſedes ejus firma ſit in ſempiternum*[b]. *Ego peccatum populi peſtilentia Dei eruam, ut te majorem, potioremve hoc populo faciam*[c]. Hic autem *populus* à Cicerone definitur, 2
multitudo hominum, juris, conſenſu, & utilitatis communione conſociata. Differens à plebe, quod in populo omnis pars civitatis, omneſque ordines contineantur;

d 1. Samuel 27. v. 5. & 6.

e Geneſ. 48. v. 17. 18. & 19.

f Deut. 29. verſ. 13.

a Pſal. 84. Deut. 32. verſ. 9.

b 1. Chron. 17. v. 14.

c Num. 14 v. 12.

tur; plebis autem nomine nobiliores, & patricii non veniant. Plebem dictam ἀπὸ τῶν πλειόνων, hoc eſt pluribus, quod plures ſint plebei, quam patricii. Populum verò, ἀπὸ τῷ πολλῷ πλειόνων, hoc eſt, multo pluribus, quod populus omnes ordines civitatis complectatur: Nam appellatione populi univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus. Plebis autem appellatione ſine patriciis & ſenatoribus, cęteri cives deſignantur [d]; ac differunt quo pars, & totum. Quam ſanè differentiam principem, legi Hortenſiæ deberi, norunt juris non omninò ignari. Cæterum tamen, ſi quidem homi-
3 nes congregati extra alios, abſque forma regiminis, confusè ac liberè inter ſe vivant, hi propriè per ſe appellatione populi nõ veniunt; ſed ut ait Tacitus [e]: *Magis ſine domino, quam in libertate ſunt.* Item alibi: *extra ſervitutem, non tamen in libertate conſtituti,* dum nullo ordine diſſolutiores degunt. Unde Cicero: *Nihil à me aſperum ſit, nec tamen quidquam populare, aut diſſolutum.* De Aboriginibus loquitur Saluſtius: *Genus hominum agreſtè, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum.* Quare Livius [f]; cum ea demum Libertas Romæ eſſet; non Senatus, non Magiſtratus, non leges, non mores majorum, non inſtituta patrum, neve diſciplinæ militares vererentur, vix Romanos libertatem retinuiſſe putabat. Ac verè quidem

d *Inſtit. de jur. nat. gent. & Civil.*

e *2. Annal.*

f *Lib. 5.*

dem talis reſpubl: non niſi populus ſine ordine, corpus ſine mente, diſciplina ſine methodo, nihil niſi confuſa inſtitutio, periculoſa multorum hominum conſociatio eſt. Dominium ergò legibus fun- 4
datum, omnem diſſolutionem tollit, & in illo genus generaliſſimum imperii ſe prodit. Sic in libero populo retenta libertate publica, populus immediate Deum agnoſcit tanquam Regem ſuum. In regno conceſſa Regi publicæ regiminis adminiſtratione cives comiter ejus majeſtatem obſervantes regem libertatis privatæ defenſorum habent: unde boni Principes, recuperatores, fauctoreſque libertatis nuncupantur [a]; quin imò & illius ſtatores, ac vindices, quaſi per eos libertatis lumen cives aſpiciant [b]. Ac certè deficiente in regno Rege, ejuſve ſtatu in dubium tracto, libertas atque animæ omnium periclitantur. Unde Cicero pro Marcello: *Tua cautio ô Princeps, noſtra cautio eſt.* Et cum libertatem Principes cordi habeant [b], lege ac principali auxilio eam ſuſtineant, ſic pro libertate omnis majeſtas in populo libero eſſe debet, eandem oppugnatam ſtrenuè defendere [c] amiſſam, ſumma alacritate ac labore reſtituere idē tenetur [d]. In Cocceo Nerva obſervatum, quod principatum & libertatem conjunxerit, & mediam viam ingreſſus inter populi diſſolutam licentiam, & Tyrannidis ſævitiam,

a L. 2. Comm. ſerv. man. l. unic. in pr. C. de offic. præf. Afric.
b L. unic. pr. C. de Senatu conſulto Claud. tollend.
c L. 1. §. 1. in fin. C. Comm. de manumiſſ.
d L. 1. in prin. C. de offic. præf. prætor. Afric.

Digitized by Google

tiam, modum libertatis invenerit. Et generaliter, ut peſſimos Principes, ſine modo dominationem (intellige jus herile dominandi, aut potius παμβασιλείαν) amplectentes, dominandi libido inceſſanter à juſtitię tramite deflectit, ſic ex adverſo optimis modum libertatis plaguiſſe [e] ſemper obſervatum; Nec non populum in redhoſtimentum quaſi, ei & in eum ſuam poteſtatem, dignitatem auctoritatem tranſtuliſſe, quod in eo ſolo ſpem habeant, atque ex eodem ſalutem ſuam metiantur. Hinc Guntherus:

Quæ tibi libertas poterit contingere major,
Quam Regi ſervire tuo?

Et Imp: Alexander. *Tantum mihi curæ* [f] *eſt eorum qui reguntur libertas, quantum illorum & benevolentia & obedientia.*

[e] Tacit. 4. hiſtor.

[f] L. 25. in fin. ff. de appell.

Alterius ſic
Altera poſcit opem res & conjurat amice.

5 Et proculdubio, hic populi conſenſus, ſive populo tantum adhæreat, ſive etiam extra ſe, ad Principem abſolutè, certiſve legibus admiſſum, ſeſe extendat, admodum origo & principium libertatis publicæ, tantæque valentiæ eſt, ut aut eandem libertatem ſuppreſſam Deus à Tyrannide vindicet, aut propriis externiſve viribus hoſtium poteſtati eximat. Teſtis mihi ſacer codex eſt. *Et tranſierunt* [a]

[a] 1 Parali. 16. v. 20.

de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Deus ut oſtendat ſe libertati publicæ præeſſe, de perfidia Sedechię in hunc modum, pro populo, per Eſechie-
b Ezech. 17. v. 18. & ſeqq. lem[b], agit. *Sprevit juramentum ut ſolveret fœdus, & ecce dedit manum ſuam; & cum omnia hæc fecerit, non effugiet; propterea inquit Jehova vivo ego, & expandam ſuper eum rete meum, & comprehendetur in ſagena mea, & adducam eum in Babylonem, & judicabo eum ibi in prævaricatione, qua deſpexit me; & omnes profugi ejus, cum univerſo agmine ſuo, gladio cadent; reſidui autem in omnem*
c idem. C. 16. v. 59. *ventum diſpargentur, ego tibi faciam*[c]; *ut tu aliis feciſti.*

Populus ab hoſtium poteſtate propriis externiſve 6
viribus liberatur, quando alibi impeditis hoſtibus, aut annonę incumbente neceſſitate, armis vel tacitè ſeſe, vel maxima ejus pars, è terris victoris eo animo eximit, vel etiam aufugit, ut libertatem depreſſam proprio, priſtinove nitori reſtituat; quamvis hi interim potius ſtatu liberi, in libertate, quam li-
d tot. tit. ff. de ſtat. lib. beri eſſe dicantur[d]; Nec his poſtmodum obſtabit in ſervitute fuiſſe, non magis quam ſi retenta, libertate manumitterentur; unde conſtat *manumiſſio-*
e §. cum autem Inſt. de ingen. *nem naturalibus & ingenuitati non officere*[e], quandoquidem hæc ingenita libertatis qualitas ipſis indivulſa adhæret. Supprimitur quidem aliquando, verum ad antiquum ſtatum tandem revertuntur, libertatis jura nullo unquam tempore perimuntur. Hinc tot

Iſraë-

Iſraëlitarum liberationes. Et lumine libertatis reddito, à violentia tributorum reſpirare Afros juſſit Imperator[f]. Et exterorum auxilio Turcæ per Tamerlanum à Bajazete ſæviſſimo tyranno vindicati ſunt; nulla alia ratione, quam quod exuta omni humanitate deſeviret in ſubditos, & tyrannidem exërceret. Nec inter clara heroûm facinora ullum eſt illuſtrius, quam innocentium & tenuiorum vitam, famam, ac fortunam defendere, & à potentiorum injuria tueri, ubi videlicet judiciorum aditu
7 obſeſſo, cuncta pro libidine geruntur. Si derelictus quoque à Principe naturali, aut hoſte, vel domino, ſuo fuerit populus, libertatem publicam recipit, exemplo ſervi à Domino relicti, qui ut derelictus eſt, momento ſubſequente, libertatis atrium apertum reperit[a]. In libertatem quoq; revertuntur, qui ſubjecti, ſubjicientis conſenſu, liberam abëundi poteſtatem nanciſcuntur, ut de populo Iſraëlitico educto de domo ſervitutis memoratur[b]. Quovis etiam genere contractus, donatione, ſtipulatione, & teſtamento libertatem deperditam recuperari, indubitati juris eſt. Sic Civitas Lucana libertatem ſuam omnigenam 12000 ducatis, redemit. Civitas Aſtenſis ab Imp: jura ſummi imperii recepit. Januenſis reſpub: pretio antiquam libertatem reſtituit. Libris Eſdræ fidem ſi adhibeamus[c], Rex Darius om-

f L. 1. §. optamus. ff. de offic. præf præt. Afric. l. ſunt munera C. de vacat. muner.

a Arg. L. 1. 2. & L. ult. ff. pro derelict.

b Exod. 12.

c 3. Eſdr. C. 4. verſ. 49. & 50.

Digitized by Google

nibus Judæis, qui pro libertate à regno in Judæam
aſcenderent, edixit, ut omnis poteſtas, magiſtratura,
ac præfectura externa ab ipſorum januis abſtineat.
Omnis regio eorum immunis exiſteret, & Idumæi
relinquerent caſtella quæ obtinebant Judæorum.
d Lib. 33. Inquit etiam Livius[d]: *Romani ad ſpectaculum conſe-
derunt, & præco cum Tybicine ut mos eſt, in mediam are-
nam; unde ſolenni carmine ludicrum indici ſolet. Proceſ-
ſit & tuba. Silentio facto, ita pronunciat. Senatus Ro-
manus & T. Quintius Imperator, Philippo Rege, Mace-
donibuſque devictis, liberos, immunes ſuis legibus eſſe ju-
bet Corintheos, Phocenſes, Locrenſeſque omnes &c.* Et
e In Sylla. ſic Plutarchus[e]: *Reſpub: ad tantam egeſtatem & penu-
riam redacta ut civitatibus ſociis, & amicis libertatem, &
legibus ſuis utendi facultatem venderet.* Cæterum & 8
plena libertas publica recuperatur, cum legibus im-
perii, aut ut volunt, lege regia conſtituitur, ut mor-
tuo Principe, electio novi Principis, rurſus populo,
proceribuſve (uſitato Imperii Germanici, Regni
Sueciæ, Poloniæ, aliorumve more) accreſcat,
committatur. Sicut etiam ſuo jure in regnis ſuc-
ceſſivis liberis, regia ſtirpe deficiente, eandem
poteſtatem populus recipit, quam temporibus aliis
regibus prædefunctis obtulerat; naturali ſcilicet re-
rum in ſeſemet ipſas ſemper recurrente amantium
inclinatione. Præcipuè cum naturali morte pri-
vile-

vilegia perſonalia extinguantur, exemplo ejus quod dicitur: *Qui in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo ſui juris* [a] *fiunt.* Jam verò Principem loco parentis haberi in regno electivo, principale munus continuo perſonale eſſe, atque ejus velut patris morte Principem nullum exiſtere, eoque populum illum Principe deſtitutum, omni modo liberum eſſe, nemo eſt qui unquam negaverit.
9 Verum cum & civili morte privilegia, ſive poteſtatis conceſſiones perſonales amittantur, hoc loco recenſere operepretium duxi, quomodo deportatione, ingreſſione in monaſterium, captivitate, furore & dementia populi à principali obligatione ſolvantur. Et quoad deportationem (de qua facienda per ipſum, populum lege regia quandoque ex certis cauſis convenitur, & quæ etiam Principi fœderis, vel fœderatis aliis irreprehenſibilibus in fœderatum Principem ex poſt facto injuſtum, æquali pacto committitur) obſervandum, hunc deportatione civitatem amittere, atque eo modo è civium ſuorum numero Principem deportatum tolli, perinde quaſi eo mortuo deſinant ſubditi in poteſtate ejus [b] eſſe, quemadmodum pœnæ ſervus effectus, filios in poteſtate ſua habere deſinit.
10 Et velut morte ac deportatione, ita per ingreſſum monaſterii Principis ſolvi poteſtatem multi aſſerunt, atque affirmant

a *Inſt. quib. mod. jur. patr. poteſt. ſolv. in pr.*

b *§. cum autem. Inſt. L. ult. C. de ſent. paſſ.*

quaſi monachi mundo mortui ſint, vel eſſe debeant, per religionis ingreſſionem morti naturali æquiparentur. Unde Imp: [c] *Cognatio monachis in terra non eſt, cæleſtem zelantibus vitam.* Quin imò is qui in Abbatis tranſit imperium, alios in poteſtate habere non [d] poteſt. Et neminem in poteſtate ſua habere intelligitur, qui ipſe non ſuæ ſed alterius poteſtatis eſt. Alterius inquam, quia ſeſe alteri ſubjecit, omnia monaſterio per monaſterii ingreſſionẽ generaliter acquiſita ſunt. Velle ſuum ac nolle in monaſterii aut Abbatis velle, nolle poſuit, qui privatę vitę ac monaſterio in totum ſe mancipavit, nullis ſeſe amplius temporaneis negotiis immiſcens, cum temporanea iſta oneri illis ſint, pro iis vitandis ſeſe in monaſterium contulerint, ingreſſione ſua paupertatem voto ſempiterno profitentes, omnibus quæ homini in hac vita chara ſunt, renunciantes, ſic ut remotis cunctis mundi ineptiis & vanitatibus ſempiterno Deo aliquando chari exiſtere poſſint; ut quondam piæ memoriæ Generoſiſſimus Imp: Carolus V. tranſlato in Philippum II. imperio, monaſterium S.
Juſti ingrediens ſuo exemplo comprobavit. Cæ- 11
terum & captivitatem inter modos quibus poteſtas ſolvitur referri certũ [a] eſt: nam & capto ab hoſtibus patre, ſi pater ibidem deceſſerit, exinde quo captus, filius ſui juris ac paterfamilias fuiſſe videtur [b]. Itaque

c Nov. 133. C. 3.

d L. ſi arrogatur ff. de adopt.

a §. ſi ab hoſti. 5. Inſtit. quib. mod. patr. poteſt. ſolv.

b D. §. 5. & l. 22. §. 2. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.

Digitized by Google

que gentium jure in regno electivo, ſive ſucceſſivo regia ſtirpe deficiente ſui juris populum fieri, cujus Princeps ab hoſtibus captus eſt, non ambigitur; quia enim tunc ſervus hoſtium per captivitatem factus [c], alium ſive alios in poteſtate ſua habere non poteſt, mortuus habetur, & procuratorem ab ejus parte per eum in imperio, dummodo adhuc captus detinetur, conſtitui non poſſe, ſtricta juris ratione comperiatur [d]; quamvis capti jus in ſuſpenſo retineatur; nec ambigatur [e] pendere, atque in incerto eſſe jus captivorum. Ita nimirum, ut is reverſus jura omnia priſtina recipiat, ſubditos ſuos adeò in poteſtate habeat [f], ac ſi nunquam in hoſtium poteſtate, & nunquam ſubditi extra poteſtatem ejus fuiſſent. Mortuus autem apud hoſtes, ea ipſa qua captus eſt hora mortuus, poteſtatem ab eo tempore in ſubditos amiſiſſe, & ſubditi ſui juris ſuæque poteſ-
12 tatis facti videntur. Furore quoque & dementia delatum imperium ſolvi quibuſdam placuit, cum furioſi patris filii, ſine ejus conſenſu matrimonium jure contrahant [h]. Verum enim verò hæc admodum certa non ſunt, quandoquidem furioſus ſuos quoque liberos in poteſtate retineat [i]; adeò etiam ut per filium poteſtati ejus ſubjectum patri acquiratur [l] ex regula generali: *Quibus ex cauſis ignorantibus acquiritur, iiſdem etiam furioſis* [m]. Cæterum tamen cum

c *§. ſervi. Inſtit. de jure perſon.*
d *L. ab hoſtibus. 19. in pr. ff. ex quib. cauſ. major.*
e *L. 32. §. 1. ff. de hered. inſt.*
f *Arg. l. 12. §. 1. l. 22. §. 2. ff. de capt. & poſtl. rev.*
g *D. l. 12. §. 6. l. 5. §. 1. ff. eod.*
h *L. 25. C. de nupt.*
i *L. 8. ff. de his qui ſui vel alien. jur. l. 52. ff. de acq. vel omit. hered.*
l *D. l. 8.*
m *L. ſi furioſo. 12. ff. de reb. credit.*

Digitized by Google

cum furioſi affectu, voluntate, & ſenſu careant, pro ignorantibus habeantur, ſui non ſint, nullum negotium gerere poſſint, atque univerſaliter his comparentur, qui haud norint fluvium aut puteum vitare patentem, abſurdum planè videretur, hunc rebus imperii præfici, qui voluntate ac libertate propria carere probatur, qui dum alios regeret, animo exulans, ſemet ipſum in poteſtate ſua non habet, omnia paſſionibus propriis experitur. Nihilominus tamen ob reverentiam commiſſæ majeſtatis & commiſerationem caſus fortuiti rectius exiſtimaverim, hos magis titulo tenus, & ratione adminiſtrationis præcedentis, quam exercitio & uſu in poteſtate ſua conſervati debere; quandoquidem planè durum videretur hunc furore afflictum jure, auctoritate, dignitate omni è veſtigio privari, dum ſpes reconvaleſcentiæ & recipiſcentiæ adhuc ſupereſt. Dum in Principis furioſi morbo dilucida intervalla quandoque reperiuntur, quibus intervenientibus omnia ipſi peragere conceduntur quæ imperii lege ei & in eum delata ſunt [a]. Dummodo inquam ipſi furioſo curatores pro libero populi liberi arbitrio dari poſſunt, qui bona Reipub: ac Principis ſui adminiſtrent, donec ad ingenium ſuum Princeps furioſus redierit. Contractu denique & renunciatione præter alia multa, poteſtatem omnem ſolvi, 13
in

[a] *Argum. l. cum alijs, 6. C. de Curat. furioſ.*

in confeſſo eſt; nam conventiones omnes ut juris naturalis & gentium ſunt, ad unguem obſervari debent. Itaque ſi inter Principem & populum convenerit, ne ultra certum tempus, imperii faſcibus Princeps utatur, finito tempore præſcripto pro privato habeatur. Æquum eſt termino elapſo Principatum ab eo deponi; eoq́; depoſito & finito in cujuſque liberi populi placito eſſe eum modum rebus ſuis præſcribere, qui reipub: maximè convenire videbitur, ut ſæpius in imperio Romano eveniſſe compertum eſt. Veſtigium imo, exemplum habemus in Dictatura Romanorum, quam ad tempus

14 ſumptam, Tacito notatum. Renunciationem quod attinet, ſequitur, per eandem à jure quæſito ad priſtinam populi libertatem, poteſtatem ſummam vel tacitè vel expreſſè reverti. Expreſſè autem, ſi Princeps quaſi emancipando renunciatione juris ſui populum à ſua poteſtate exire juſſerit[a]. Etenim hoc jus ut maximè Principi reſervatum eſt, ita non minus ab ejus voluntate dependet, ut quocunque loco velit populum emancipare, & è poteſtate ſua dimittere poſſit[b]. Nec non pro libero ſuo arbitrio, ſententiaque libera aliquos è populo dimittere, reliquos pro ſubditis ſuis agnoſcere, vel in ſubjectione ſua retinere, ſive etiam omnes ſui juris efficere[c]. Cæterum tamen ſi renunciatio talis vi metuque ex-

a §. preterea. §. admonendi. Inſtit. quid. mod. Jus. patr. poteſt. ſolv. tot tit. C. de emanc. lib.

b L. emancipari. 36. ff de adopt.

c D. §. admonendi. l. & l. 28. ff. de adopt.

torta fuerit nulla eſt; quandoquidem talis emanci-
patio nihil aliud quam beneficium, donum, & libe-
ralitas, & ut ita dixerim voluntaria abſolutio eſſe
oporteat. Verum enim vero ut quis juri ſuo renun-
ciare poteſt, obſervatum tamen pro jure ſibi quęſi-
to jura ſubinde alterius licitè turbare quenquam
poſſe. Nam quæ ad alterum quoq; pertinent jura,
his ſine conſenſu ejus ad quem pertinere dicuntur,
renunciare non poſſumus, ſi id ſine præjudicio fieri
non poſſit. Quocirca & in liberi populi emancipa-
tione pro temporũ calamitate eorum conſenſus re-
quiritur[c], ne libidinibus alterius gentis exponantur;
quemadmodum & Principis conſenſus poſtulatur,
ſi populus emancipari à Principe deſideret; ab utra-
que etenim parte alter alteri æquè obſtrictus eſt,
niſi alia cauſa intercedat, quæ eſſe præcipuè ſolet,
ſi convenerit ut ex facto contra leges, imperii com-
miſſo Principali auctoritate dignitate quis privari
poſſit, de quibus in parte hujus operis finali plura,
ſi Deo opt: max: placuerit, repetemus. Ut & quo-
modo hę libertationes expreſſę, publicè ac quidem
ſolenni modo obvenire quandoque conſueverint,
inque actum deduci. Quod reliquum eſt, tacitæ 15
quoque renunciationi ſive emancipationi locus eſſe
videtur, ſi Princeps diu populum in libertate, ſui
juris, ſuæque poteſtatis degere paſſus fuerit[d]; quaſi
dicas

c L. jubemus in fin. C. de emãc. & in L. nec avus C. de emanc. liber.

d Arg. l. 1. & ibi gloſ. C. de patr. poteſt. & l. poſt mortẽ. 25. ff. de adopt.

dicas, præſcriptionis etiam exemptione in libertatem proclamari, cujus rei imaginem penes Plinium reperias[a]. *Cum Appaneæ vellem*, inquit, *reditus cognoſcere, reſpondebant, habuiſſe privilegium, ac vetuſtiſſimum morem, arbitrio ſuo rempub: adminiſtrandi.* Rationem Cæſar ſuppeditat[b], nempe, quia Romani Provincias, vel æquo fœdere recipiebant, vel vectigales & ſtipendiarias, vel omnino liberas efficiebant, quæ libertas maximè de his præſumebatur, qui ſine lictoribus per Romanos conſules viſebantur, vel antiquo more, licet ſubjecti quidem fuerint, arbitrio tamen ſuo poſtmodum rempub: adminiſtrabant.
16 Et hæc liberas ſemel juſte acquiſita, vel poſt ſubverſionem recuperata, revocari non poteſt[c], nec reſcindi; non quidem obſequii non præſtiti velamento[d], quod rectè contra Coryphæos ac Myſtagogos noſtros, Bartholum, Baldumq; defendi, mihi pro indubitato eſt, nimirum quia ſemel libaratus perpetuo liber cenſetur, licet etiam ex falſa cauſa data libertas ſit, vel conditio extiterit à quo initium capere non potuiſſet; nec mirum, cum deſierit eſſe dominus, atque ei nihil amplius juris in eum populum ſuperſit.

a *Epiſt.47. lib.10.*

b *Lib.5. de bello Gall.*

c *Arg.l.31. ff. de minor.*

d *L. ſolo C. de liber. cauſ.*

Digitized by Google

CAP. VIII.

LIBERTATIS STATUS.

1. Continuatio. 2. Libertas per ſe ſubſiſtit. 3. Non recipit magis, aut minus. 4. Parem non agnoſcit. 5. Individua eſt. 6. Perpetua, 7. Soli Deo obnoxia.

Levi pollicè excuſſis quæ de facto intercurrunt, 1
& referri poſſunt ad modum habendæ ac recuperandæ libertatis, non ad ſubſtantiam, ſed ad accidens, ſequitur ejus ſtatus, qui per ſe ſubſiſtit, magis ac minus non recipit, parem non agnoſcit, individua, perpetua, ac ſoli Deo obnoxia eſt.

Per ſe ſubſiſtere eſt, non eſſe in alio, ut in ſubje- 2
cto, ſed à propria tantum libertate dependere. Sic liber eſt, qui à nullo cogitur. A ſemetipſo determinatus, ſui dominus eſt. Libertas omnia liberè agit, & abſolvit, quę ad populi ſalutem, civium ſingulorũ proſperitatem, pertinent; nullius alterius, regendi populi ſui cauſa indigens officii, per ſe conſtans, fortis, & quadrata. Sua natura & conditione nulli 3
ſubjecta. Scintilla hæc divinæ Majeſtatis libertas, non recipit magis & minus [a], ſecundum quantitatem; quia magnitudo ſpeciem non mutat. Ut enim culex & bos, paſſer & elephas comparantur, utpote anima-

a *Ieſus Syrach. 42. verſ. 22.*

animalia; ſic populus majori aut minori civium numero, vel territorii materialis quantitate, non diſtinguitur. Unde etiam populi libertas ſtabilis dicitur, & ab omni diminutione aliena. Quare etiam ſummum imperium coronæ comparatur, eaque imagine ut depingitur, ejus naturæ eſt, ut parte amiſſa, illud quod totum eſt, quoque amittatur. Quaſi præcipiti loco qui cadit, non in medio hæreat, at ſubito de ſummo ad infimum decidat. Nec libertas in muris aut ædificiis quæ deleri poſſunt, ſed animo conſiſtit, qui ubivis idem retineri poteſt, quamvis area libertatis diminuta, ablata ſit, & non appareat. Sic Athenienſes relicta urbe navibus ſeſe committentes libertatem retinuere, nec obinde liberi minus habiti. Sic &:

Nave feror magna aut parva feror unus & idem.

Hunnis Italiam vaſtantibus, Veneti relictis patriis ſedibus, ut eorum tyrannidē vitarent, in lacunas maris Hadriatici ſeceſſerunt; nihilominus tamē libertatem priſtinā conſervarunt. Cum de civitate non exſtirpanda Carthaginenſes egiſſent, Romani non urbem, verum cives contractu comprehenſos fuiſſe, facto ducis ſui monſtrarunt. Ita ut poteſtates ſummæ ex loco, locorum ſpatiis, legionumve magnitudine non metiantur. De Eumene repertum, cum fractis opibus non minus quam militum copiis, nihil

hil præter arcem, in qua obſideretur, retinuiſſet, Antigoni legatis, ei impares fœderis conditiones offerentibus (ut nempe Antigonus, Rex Aſiæ, potentia & dignitate ſuperior agnoſceretur) reſpondiſſe, ſe ſuperiorem neminem accepturum, quamdiu gladium exertum manu teneret. Itaque:

Nihil coloſſo demit aut addit baſis.
Nihil cothurnus adjuvat nani ſtatum.

Plus enim & minus ſecundum logicos non mutant rerum genera. Ex magnitudine terræ, ſive territorii materialis ſpatio, ſi libertas, ſummave poteſtas, metienda veniret, præter Regem Hiſpanorum, Turcicum Imp:, Presbyterum Johannem, ac ſimiles Principes, maxima terrarum regna poſſidentes, nemo liber foret, cujus rei partes ſuſtinere ne Morpheus quidem per ſomnium cogitaverit. Stabilis 4
inſuper libertas eſt, & in ſe ſummum jus complectitur, nec adjectionem recipit, eoque ſuperius eſt nihil, hoc jure antè alios, quod antè illud nemo [a], omnem paritatem reſpuens, ſive ab eadem abhorrens. Nam dum ſumma libertas eſt, non modo ſuperiorem non patitur, ſed nec ut quiſquam eam ſequatur [b]. Paria dicuntur quæ æquè magna ſunt. Socium, ſi quis conſilio, poteſtative ſuæ pari poteſtate ac majeſtate decoratum, adhibere cogatur, ſtatim communicationis jure ſummus eſse deſinit. Hinc:

a *L. 34. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.*

b *L. 92. ff. de V. S.*

Nec

Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt.

Quoniam ſummo ut montium ſummitate nihil poteſt eſse ſuperius, nec par, quin deſinat ſummum eſſe, cum & numerus ſingularis & unus non niſi in unitate conſiſtat. Nec quidem juris executivi potentiam alter in alterum exercere poſſet, ſi plures pari majeſtate colerentur; quandoquidem par in parem imperio non utitur [c]. Unde ſæpius obſervatum, eum qui infra ſuperiorem eſt, nec ſupra æqualem, ſummum non eſſe. Imo & qui parem in eadem libertate, admittere tenetur, ſuperiorem habere videtur, quia abſque ejus conſenſu, in re communi nihil invito, & non annuente ſocio, contrahi poteſt. Præterea & illud accidit, ut alter alterius dignitatem, auctoritatem ſupprimere, ut plurimum conetur. Rectè in hanc rem Lucanus:

[c] *L. 14. ff. de juriſd.*

Dum terra fretum, terramque levavit
Aër, & longi volvent Titana labores,
Noxque diem cælo totidem per ſigna ſequetur;
Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit: nec gentibus ullis
Credite: nec longè fatorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.
Nec pretium tanti tellus, pelaguſque furoris
Tunc erat: exiguum dominus commiſit Aſylum.

Ita ut tantum pares à potentioribus differant, quod

quod potentiori ipſo quod potentior eſt, par eſſe non [a] poſſit. Et quemadmodum circulo, nihil addi, neque demi poteſt, quin circulus corruat, ita nec minorem, majorem, aut parem poteſtatem, libertas recipit, quin formam & verum nomen ſuum exuat.

Libertas quoque unius populi ſingulare indivi- 5
duum, ratione ſimplicitatis ſuæ, omnem reſpuens diviſionem, ſalva ejus ſubſtantia, in plures libertates ejuſdem nominis ac naturę, dividi nequit [b]; non magis, quam ut animæ vires, & facultates eſſentiales à corpore humano quis ſeparari poſſe abſq; læſione atq; interitu totius, auctumat: adeò ut ſi quis ſubditorum, citra populi conſenſum, ea jura ſibi arrogare velit, in crimen majeſtatis impingat, atq; incidat [c]. Quæ vera eſt ac perfecta πολιτεία omnium politicorum perfectiſſima, ac tam in populari, quam regali imperio obſervata. Nam cum unam libertatem, unus aut plures adminiſtrant, unius tantum vicem ſuſtinent [d], idque adeò verum, ut niſi unus, ſive una majeſtas ſit, quę imperet, cęteri verò pareant, regiminis ratio conſtare non poſſit. Eaq; reſpub: triſtiſſimus eventibus ſcatet, ubi Princeps, obtimates, aut plebs, ita inter ſe concurrunt, ut de imperio hujus vel illius mota quæſtione, quis imperare, quis parere debeat, contenditur. *Omne enim*

regnum

[a] *L. qui etiam 3. in pr. ff. alien. jud. fact.*

[b] *L. 11. ff. de jure codicill. & l. viæ ff. de Servit.*

[c] *L. 3. ff. ad l. Iul. majeſt. l. ſacri affatus C. de diverſ. reſcript.*

[d] *L. 25. & 29. ff. ad municip. l. 173. ff. V. S.*

regnum inter ſe divisum deſolabitur. Verba antiqua, & vera ſunt, nec minus dolenda. Quare itidem libertas tam diu ſubſiſtere poteſt, quam diu una eſt; ſed interire diſſolvique eam compertum, cum una eſſe deſtiterit.

6 Nec minus libertatis majeſtas perpetua, quam individua eſt, quia firmiter omnium oſſibus hęrens rempub: non deſerit, niſi abſumpta eradicatave totius populi libertate. Hinc eſt quod neque in totum, neque pro parte præſcribatur, quia ita lęditur in minimo ſicut in maximo, & vice verſa. Hæc enim ut à principio fuit, nullo alio temporis ſpatio terminatur, quam quo idem populus oritur, moriturque. Perpenſa non hominum ſingulorum, ſed liberi populi immortalitate [a], quæ non extingui, ſed ad ſummum ex monarchico in ariſtocraticum, vel democraticum, aut de ariſtocratico, in monarchicum, vel democraticum, aut ex democratico in monarchicum, vel ariſtocraticum ſtatum, mutato nomine mutari conſuevit. Nulla alia facta differentia, quam quod hic populus, ibi Rex, aut optimates, populi vice, eandem rempub: adminiſtrent. Ideò Tacitus: *Cunctas nationes & urbes, populus, aut primores, aut ſinguli regunt.* Hic unus, ibi plures. Et ut Galli dicunt, *le Roy ne meurt jamais*; Sic libertas populi non proprio, ſed procuratorio nomine, ele-

[a] *L. 79. ff. de judic.*

Q ctione

ctione, ſucceſſione, per alium adminiſtrata, ſalva libertatis publicæ ſubſtantia, ac ſubſiſtentia, pro populo defenditur, ac durat, donec belli infortunio aliud eidem populo evenerit. Quo tamen magis impediri, quam tolli, ejus libertatem crediderim. Accidit etiam ut ad tempus quidem admittantur. Sic Dictatorum longum non fuit imperium, cum ad tempus ſumerentur, nec ultra ſextum menſem Dictaturam retinerent[b]. De qua tamen regiminis forma dicendum, eam idcircò minus perpetuam non eſſe; quia mandato temporali non extinguitur, ſed in populo mandante retinetur, ac prorogatur. Siquidem temporalis illa poteſtas non per ſe eſt, hoc eſt ex capite ejus qui temporali imperio afficitur, ſed tantum per accidens. Non ex ſe, tanquam ex vi majeſtatis mandatarii propria, ſed aliunde collata, puta ex ſpeciali conceſſione, quæ ſemper relationem habet ad concedentem, longè ab ejus conditione cui conceditur, differentem.

b L. 2. §. 18. ff. de orig. jur. l. un. ff. de offic. præf. Afric.

Porrò ſoli Deo obnoxiam libertatem eſſe, rectè 7
aſſeritur; cujus honori libertas, juxta ac regnum, deſerviunt[c]. Deus, ut ſuperius oſtendi libertatis publicę privatęque auctor eſt. Hanc limitibus definivit, legibus in commune bonum, nobis communicavit. Et ut ab omni ævo fuit Α, & Ω, ſupra leges omni bono melius, genus libertatis generaliſſi-

c Ezech. 28. verſ. 22. & ſeqq.

liſſimum, divinæ juriſdictioni mancipavit. Sic Deus rex eſt in terris. Exultet terra, & lætentur inſulæ. Deus mundi judex eſt. Tribunal ſuum in cælo collocavit, regnumque ipſius omnibus dominatur. Quidquid ipſi libet facit, in cœlo, & in terra, & in omnibus abyſſis. Deus dominus legionum eſt, eas congregat, diſſipatque ut peccatores deſtruantur. Ecce nubis inſtar ſe removet. Currus ejus tempeſtatibus, & equi ejus velociores aquilis ſunt. Ab indignatione ejus commovetur terra, nec communicationem ejus gentes ferre poſſunt. Pacem populo largitur. Gentes diſſipat. Reges diſſolvit, ac præcingit cingulo renes eorum, effundens deſpectionem ſuper Principes, oppreſſos elevans. Dominantium coronas pedibus conculcat, ut profuſum generis humani ſanguinem vindicet. Merito igitur libertas populi Deo obnoxia, ac curæ eſſe dicitur. Ipſe Deus quam egerrimè ferat, ſi à quoquam mortalium divina majeſtate ſpreta, regimen populorum alicui deferatur illa commonſtrant, ubi inquit Samueli: *Me, non te ſpreverunt* [a]. Quod peccatis civium potiſſimum acceptum ferri debet; quibus tunc reges in pœnam diſcordiæ, & ſignum effrenis perverſionis conſtituuntur [b]; ut ſic libertas, vel potius licentia populi, regno coërceatur. Et libertatem Soli Deo obno-

[a] 1. Samuel. 8. & 12.

[b] ibid. cap. eod.

xiam eſſe, ipſiſſima legis verba evincunt, ubi dicitur: *Nullius alterius populi poteſtate ſubjectam eſſe.* Si non populi, ergo Dei. Atq; illiud quod in populo externo negat, in Deo affirmare JC tus videtur; quandoquidem exceptio fundat regulam in caſibus non exceptis.

CAP. IX.

LIBERTATIS PARECBASIS PRIMA.

1. *Quid hac parecbaſi contineatur.* 2. *Poteſtas libertati opponitur.* 3. *Subjectionis, libertatiſve collatio.* 4. *Libertas non recipit onus, nec minui poteſt.* 5. *Libertas an vita præferenda.* 6. *De Romanorum diſciplina militari.* 7. *Conſervatur libertas dignitate.* 8. *De Divina dignitate.* 9. *Populi ſive Regis majeſtate.* 10. *Majeſtas reverenter habenda.* 11. *Dignitatis ordo ſervandus.* 12. *Regalium introductio.* 13. *De conceſſa poteſtate.* 14. *Ac Regalium diviſione.*

Firmata libertate ſuccedit libertatis parecbaſis. 1
Quæ eſt alienę rei, ſed ad utilitatem cauſæ pertinentis, extra libertatis per ſe ſubſiſtentiam, procurrens derivatio. Hanc potiſſimum unius liberta-

tis

tis collatio cum altera, abſolvit, horrore, ſive averſione à ſubjectione, dignitate, ac poteſtate, ſive jure poteſtatis, quod à populo libero, in ſemetipſum liberè exercetur. Libertas poteſtati opponitur, cum à Proculo JC[to] hæc noſtra lege dicatur. *Liber eſt populus, qui nullius alterius populi poteſtate eſt ſubjectus.* Libertas modus non eſt auferendæ, ſed augendæ libertatis. Poteſtatis perverſum exercitium eſt, ut aut inferiorem vincat aut premat. Ait Deus: *Inconſtantia hominibus prædominabitur, alii aliis invaleſcentes non curabunt regem ſuum, & Principes juſtitiam ex poteſtate metientur*[a]. In cujus abſoluta poteſtate ſi quiſquam ſit, liber quoad exercitium libertatis publicæ non eſt. Hac ſi non ſupprimatur, plenaria gaudet libertate. Unde & hæc poteſtas in alios, dicitur dominatio cum jure imperandi, & neceſſitate parendi[b]. Poteſtas ſui ipſius, jus & auctoritas licita faciendi, vel omittendi[c] quæ velis. In quam ſignificationem ab Ariſtotele democratica libertas ſæpius memoratur in viciſſitudine parendi, & imperandi conſiſtere. Et ex proprio jure, homo liber proprii juris nuncupatur[d], homo ſui juris, ſui ipſius.

Vindicta poſtquam mens à prætore receſſi
Cur mihi non liceat juſſit quodcunque voluntas,

Homo ſuę, vel propriæ poteſtatis; & ut ait ſapiens[e].

a 4. Eſdr. 15 verſ. 16.

b L. 37. in pr. ff. ad l. Aquil.

c L. 1. C. quom. & quand. jud.

d L. 15. C. de jur. delib.

e Proverb. 15. v. 14.

In manu ſui conſilii relictus. Cum nec ſubjectione libertas tollatur, verum per ſubjectionem in operatione ſua tantum impediatur. In cujus igitur executivam libertas poteſtate rectè definitur, nec dari aliquid poteſt, quod poteſtas non abſolvat in ſe, ac ſua. Hinc potentia multis mater injuſtitiæ fuit[f]. Injuſti tantum ſibi juſtitiæ, quantum potentiæ tribuere[g]. Poteſtas mors, & vita libertatis dicta. Vita ſi juſtitia ſua, eum ad modum valida ſit, ut ab exterorum injuriis libertatem propriam tueri poſſit. Mors, ſi per alterius artes aut vires alterius poteſtati gens ſubjiciatur[a], atque in libertate ſua univerſaliter impediatur. Exempla paſſim in ſacra pagina occurrunt. Primus oppreſſor libertatis Nemroth fuit, hoc ipſo quod oppreſſor eſſet, magnus venator dictus coram domino. Non abludet quod in Abimelechi hiſtoria eadem ſcriptura nobis repreſentat. Verba hæc ſunt: *Recede à nobis quoniam nobis potentior factus es valdè*[b]. Pharaô inquit[c]: *Filii Iſraël creverunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt, ac roborati nimis, impleverunt terram. Numerus eorum multus, & fortior nobis eſt, venite ſapienter, opprimamus eum, ne forte multiplicetur. Et ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis, egrediatur de terra.* Caleb compeſcens murmur populi, qui oriebatur contra Moyſen ait[d]: *Aſſendamus*

f Judic. 18. verſ. 25. & 26.
g 1. Reg. 20.
a Daniel 5. verſ. 19.
b Geneſ. 26 verſ. 16.
c Exod. 1. v. 7. & ſeqq.
d Num. 13. verſ. 31. & 32.

mus, & poſſideamus terram, viribus enim ſuperiores, poterimus eam obtinere. Alii autem qui fuerant cum eo, dicebant: nequaquam ad hunc populum poterimus aſſendere; quia fortior nobis eſt. Sic etiam poſtquam convenerant filii Iſraël, ſubjugarunt Chananæos, & fecerunt ſibi tributarios, nec interfecerunt [e] eos. Ita ut plane formidabilis potentiorum vicinia minus potentioribus ſit, qui ut vulturii provinciarum, inferiorum fortunis, ut quæque proximiores ſunt, inhiant ſępiſſimè; Quos vejoves innuit in Menippeis ſuis doctiſſimus Varro, ubi inquit: [e] *Ioſue.17. verſ.13*

Qui pote plus urget: piſces ut ſæpè minutos
Magnus comeſt; ut aves enecat accipiter.

Ex quibus ſecundum intentionem legis noſtræ, ſic ſatis liquet, ut quamvis poteſtas in defenſionem ſuppreſſorum divinitus à Deo ordinata ſit, poteſtatem tamen ſupprimendæ, impediendæque libertati operari; ac ſimul ſubjectionem quandoque introducere, ordinariè effectum ſuum à potentia haurientem.

3 Subjectio extra libertatem, & contraria libertati eſt, per quam inferiora ſuo ſuperiori mancipantur. Ex ſervitutis lege definita, *Conſtitutio juris gentium, qua quis alieno dominio, aut alterius poteſtati, contra naturam ſubjicitur.* Jus libertatis conſiſtit in eo, quod quis liber ſit, & non ſubjectus. Jus ſubjectionis, quod

quod itidẽ eſt libertatis activæ, ut populus relativus alteri populo leges pręſcribere poſſit. Ut victis à victoribus leges dentur, cum miſerabilis ſubjectionis paſſivæ nullæ aliæ partes ſint, quam imperantibus obedire, ſęvientes extimeſcere. Hinc Chriſologus notabiliter [a] ait: *Quidquid dominus indebite, iracunde, libens, nolens, cogitans, ſciens, neſcius, circa ſubjectum fecerit, judicium, juſtitia, lex eſt.* Ita ut vulgò imperantis ira ſubdito jus ſit, & ad libitum domini pertineat conditio ſervitutis, vel ſervientis. Porrò libertatis ea naturâ eſt, ut pro ea ſemper præſumatur, quia naturalis res libertas eſt, quiq; eam olim poſſedit, eandem hodie poſſidere intelligatur [b]. Et eſt ratio, quod cum dominium ſine facto noſtro non amittatur, ideò ille qui factum noſtrum allegat, illud probare teneatur [c]. Neque mutationes, neque amiſſiones præſumuntur. Et ob hoc qui aſſerit mutatum dominium; prioremve dominum rem vel jus quod ſibi competiit, amiſiſſe, de jure intentionis ſuæ probatione adſtringitur [d]. Quæ communis doctorum opinio ut hactenus juſtum contra dictorem non invenit, aſſertionem ulteriorem non requiret. Dicendum igitur populum liberum eſſe quem non probaveris alterius poteſtati ſubjectum: Cum libertas, & ſubjectio alterna, reciprocè differant, remoto medio inter libertatem plenariam,

[a] *Sermon.* 141.

[b] *L. ſivè poſſidetis. C. de probat. & ibi. D D.*

[c] *L. id quod. ff. de R. I.*

[d] *L. liberis 7. §. 5. ff. de lib. cauſ.*

riam, & plenariam ſubjectionem. Liber eſt, ergo
4 non ſubjectus. Subjectus eſt ergo non liber. Atque illud eſt in precedentibus memoratum, libertatem non recipere magis & minus. In quam rem bene obſervavit antiquitas, libertatem onerare, à legum æquitate, & juſtitia abhorrere[e]. Salvo ejus jure, obligando pejoris conditionis reddi non poſſe[f], nec fæneratoribus oppignorari[g], licet homagium intercedat[h], aut tributum aliquod ex cauſa libera vel pro evitanda in cives invaſione alteri populo ſolvatur. Quorum omnium contractuum inviolabilis auctoritas, propriè quoque jus libertatis appellatur. Dixi libertatem non minui, gradibus tamen ad ſubjectionem ſubverſo ordine, diminutis, ſublatiſve viribus deſcenditur, ac poſtmodum momēto ad innaturale ſubjectionis baratrum delapſa, mortalitati comparatur[i]: cum paria ſint liberum
5 non eſſe, & non eſſe in rerum natura[k]. Quæſtio hinc exſurgit nobilis, num libertas vitæ, an vita libertati civium præferenda ſit. Diſtingendum reor inter ſubjectionem, & ſervitutem; ut pote ſi cum civibus aliis quis tantum ſubjectus futurus, & in alterius tantum dominium tranſiturus ſit, tali caſu vitam potiorem fore, quia tunc libertas ſingularis non amittitur, ut in bello noſtro accidit. In eum modum Rehabeam, cum populo ſuo Iſraël,

R majo-

e L. 1. C. quar. rer. act. non dat.
f L. 4. C. de oper. libert.
g l. 6. C. quæ res pign. obl.
h Gail. arr. Imp. cap. 6. n. 23. 24. & 25.
i L. 209. ff. R. I.
k L. qui mortui ff. V. S.

Digitized by Google

majorem pœnam, id eſt mortem effugiens, ſeſe Regi Siſack ſubjecit[a]. Rex Judæ & populus ſeſe Nabuchodonoſori tradiderunt[b]. Quod ſi de amittenda ſingulari facultate naturalis libertatis, id eſt ſervitute, agatur, nimio emptum putarem, quidquid libertatis emeretur[c] diſpendio. Sic:

a 2. Paral. 12.
b Ierem. 27.
c Syrach. 33 verſ. 21.

Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.

Et Tullius: *qui vel ipſa præcipiente ſapientia, ne quid vita habeat antiquius* (verba auctoris ſunt) *nè decernat capitis periculo, fugiat omne diſcrimen, quæram,* inquit, *ex ea ſit ne ſerviendum?* mox ſubjicit, *ſin annuerit, næ ego iſtam ſapientiam quamvis ſit erudita, non audiam, ſin reſponderit, tu vero ita vitam corpuſque ſervato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut hæc poſteriora libertate ducas, itaque his uti velis, ſi liberare Rempublicam poſſis, nec pro his libertatem, ſed hæc pro libertate projicias, tanquam pignora injuriæ, tum ſapientiæ vocem audire videar, eique ut Deo paream.* Viri magni, & doctrina[d] excelſi preterea verba ſunt: *Libertas ſi abſit, nihil viro bono beatum eſſe poteſt, hac ipſa non altera voluptas homini ingenuo ſuavior eſt.* Pro libertate, nihil omittendum. Quæ dura ſunt, & rectè, & ritè hic fiunt. Cicero[e]: *Ita præclara eſt recuperatio libertatis, ut ne mors quidem in recuperanda libertate fugienda ſit.* Pro patriâ, pro libertate mori, optimum augurium eſt. Sic & Galli præferebant, præſtare in acie interfici, quam non

d Graſwink. libert. Venet. Cap. 16. §. 10.
e Phil. 10.

non recuperare veterem belli gloriam, libertatemve à majoribus acceptam. Capi ab hoſtibus ſummam infamiam exiſtimabant, ac cive prorſus indignam. Cum poſſit ſumma cum laude atque honore pro patria interire, velle per dedecus atque ignominiam vivere; etenim vera virtus evirata ſemel, ſibi ubi exciderit ſtuprata, non curat deterioribus reponi. Ea ſeveritate Senatus olim octo millia Romanorum, ab Hannibale in Cannenſi clade captivorum, redemptionem ſprevit. Vincendum, aut moriendum conſtituebatur. Qui non vita defendi locus poterat, corpore tegebatur, morte vindicandus erat. Tanta enim multitudo juvenum armatorum, ſi honeſtè mori voluiſſet, turpiter capi non potuiſſe preſumebatur. Cordatis igitur viris ſtat libertatem tenere, aut mori antè ſervitutem. Divina in hanc rem Reguli Hiſtoria eſt, quam ita Horatius recenſet:

Auro repenſus, ſcilicet acrior
Miles redibit? Flagitio additis
Damnum? Neque amiſſos colores
Lana refert medicato fuco,
Nec vera virtus quum ſemel excidit,
Curat reponi deterioribus.

6 Precipuum enim decus, & ſtabilimentum Romani imperii militaris diſciplinæ obſervantia erat, in

R 2 cujus

cujus ſinu, ac tutela ſerenus tranquilluſque beatæ pacis ſtatus acquieſcebat. Eæque tantum à veteribus impenſum, ut quæ voluptatis cauſa comparata eſſent, è caſtris auferri, & ſubmoveri juberentur. Protinus & lixæ, ſcortæque expulſę. Quin imò cibus coctus venalis militibus proponi vetabatur. In agmine neminem militum, miniſterio ſervorum, jumentorumque uti, ut arma, atque alimenta dominorum ferrent, patiebantur. Ipſi domini neceſſitates ſuas portare tenebantur, ac ſtrictè Imperatorum mandatis obedire. Sic Manlius Torquatus Latino bello conſul, expertus nullam cladem, nullum meritum valentius unquam militari diſciplina fuiſſe, filium quod provocatus à Geminio Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum, Imperatore ignaro, deſcenderat, glorioſam victoriam, & ſpatioſa ſpolia referentem, abripi à lictore, & in modum hoſtię mactari juſſit. Satius eſſe judicans, patrem forti filio, quam patriam militari diſciplina carere. Aſpero enim & abſciſo caſtigationis genere militia indiget, quia armis conſtat, quę ubi à recto tenore deſciverunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur.

De poteſtate per quam libertas defenditur, & 7
ſubjectione libertati contraria, hæc ſufficiant. De iis quæ eam conſervare, & ſartem tectam tueri poſſint,

poſſint, nunc agamus. Conſervatur potiſſimum dignitate ſui. Dignitas hæc decus, ſive honor eſt à ſummo imperio inſeparabilis, quæ nec augeri laudibus, nec demi, aut minui detractionibus poteſt. Ac veluti ſol univerſum per orbem, retento majori lumine, radios ſuos ſalutares diffundit, ſic penes libertatem maxima omniſve majeſtas permanet, licet dignitates quaſdam communicativè, radiorum inſtar, per varias civitatis partes diſtribuat; ne membra longè à majeſtate remota, nativo auxilii calore deſtituta, impiorum perverſitate extinguantur. Nec abſimilis fonti ſumma hæc dignitas dicitur, ex quo omnes aliæ qualitates emanant. Hæc eſt, quæ univerſalem, ſempiternamque legem omnium cordibus imprimit, inferiores præſtantioribus parere facit, minores majoribus ordine cædere, & honore inſigniori proſequi docet. Hæc eſt, qua homo animalibus, anima corporibus, pater filio, maritus uxori, dominus ſervo, magiſtratus ſubdito, judex ſubalternus ſuperiori, ſuperiori rurſus Deus, omnes præfinito imperio, aut imperii natura, imperat[a]. Seneca

Quidquid à vobis minor extimeſcit,
Major hoc vobis dominus minatur.
Omne ſub regno graviore regnum eſt.

[a] *Geneſ.* 1. *verſ.* 28. *C.* 3. *v.* 16 1. *Corinth.* 19. & *C.* 16. *verſ.* 2

Horatius:

Reges in ipſos imperium eſt Jovis.

Cui Auguſtinus adſtipulatur: *Quemadmodum*, inquit, *corpora craſſiora & inferiora, per ſubtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur; ita omnia corpora per ſpiritum vitæ, & ſpiritus vitæ irrationalis, per ſpiritum vitæ rationalem, & ſpiritus rationalis deſertor ac peccator, per ſpiritum vitæ rationalem pium & juſtum, & ille per ipſum Deum; & ſic univerſa creatura per creatorem ſuum, ex quo, & per quem, & in quo etiam condita, & inſtituta eſt.* Divina hæc dignitas, quoniam ſupra eminet 8
omnes alias qualitates, inviſibilis, atq; incomprehenſibilis eſt. Sic per Prophetam Eſaiam [a] deſcripta: *Deus indutus eſt juſtitia, ut lorica, & galea ſalutis in capite ejus. Indutus eſt veſtimentis ultionis, & opertus eſt quaſi pallio cœli. Sicut ad vindictam quaſi ad retributionem indignationis hominibus ſuis, & viciſſitudinem inimicis ſuis. Et timebunt, qui ab occidente, nomen domini: & qui ab ortu ſolis, dignitatem ejus; cum venerit quaſi fluvius violentus, quem ſpiritus domini cogit.* Atque alibi: *Verbum ejus mallei inſtar eſt, rupes perfringens.* Et Heſechiel [b]: *Ab aſpectu lumborum ejus, & deorſum ignis, ut viſio electri.* Nec non Eſdras [c]: *Inclinaſti cœlos, & ſtatuiſti terram, & commoviſti orbem, & tremere feciſti abyſſos, & conturbaſti ſæcula, & tranſiit dignitas, & gloria tua portas quatuor ignis, & terræ motus, & ſpiritus*

a Cap. 59. v. 17. & ſeqq.
b C.8. v.2.
c 3. v. 18. & 19.

ritus & gelu, ut dares ſemini Jacob legem, & generationi Iſraël diligentiam. Atque adeò incomprehenſibilis hæc dignitas eſt, ut humana natura eam ferre non poſſit, minor quippe, & potentiſſima decedens.
9 Hinc in mundanis, miniſterio Dei, ac populi, publica ſuccedit auctoritas; nomine, hominis à Deo ſecundi, poſt Deum primi, antè omnes, & ſupra omnes Deos & homines, Majeſtatis, Regiæ poteſtatis, Regiæ manus, Regalis, Cenſus, Majeſtatis Imperialis, in Regno Regiæ majeſtatis, apud Venetos *Signoriæ*, apud nos, alioſque populos, *de Souverainité*; & generaliter in omni republ: libertatis titulo inſignita, poëticè definita à Gunthero:

Scilicet, hanc in ſe libertas publica juſti
Vim terroris habet, procul an prope, præſto, vel abſens,
Semper terribilis, ſemper metuenda, ſuoque
Plena vigore manet, nullique impune tremenda
Creditur, & ſemper cunctis, & ubique timetur.

Quid enim majus, quid ſanctius eſt imperiali majeſtate [a]? Quis tantæ ſuperbiæ faſtu tumidus, ut regalem cenſum contemnat? Rectè Artabanus, Themiſtoclem Perſarum regem timentem, ſe de contumacia his verbis excuſavit [b]: *Laudabile eſt Themiſtocle, ſuum cujusque gentis inſtitutum. Vos Græci Libertatem, & imperij æquationem amplexari conſueviſtis; nos verò*

[a] *L. ult. C. de leg.*

[b] *Plut. in Themiſt.*

verò nihil tam naturæ conveniens eſſe duximus, nihil tam decorum, quam regis noſtri majeſtatem, ut Dei opt: max: veram in terris imaginem, adorari, & revereri. Hanc 10
ſi quis nimis appropinquare velit, Icari inſtar, liquefactis alis præcipitatur. Subditus, aut aliqua reipub: pars, quæ privatorum loco habetur, vel etiam quiſquis non Rex, eâve dignitate à populo libero non decoratas eſſe poſſit, ſi hanc ſibi arroget, titulis, auctoritate, ac inſignibus regiis, populive ſiberi utatur, læſæ majeſtatis reus eſt [c]: quia ſtatum publicnm violat [d], ut & is qui populi liberi, Regiſve famam minuit, aut perverſis, & intempeſtivis diſputationibus publicam libertatem in dubium trahit. Eſt enim ſacro ſancta, ſi quidquam in repub: ſacrum ſanctumve appellari poſſit, reverenter tractanda nec ullo modo patiendum, ut contemnatur, pręciſa majeſtatis communicatione, quæ eam negligentiæ, vel nimię familiaritatis poſſit redarguere [a]. Intereſt enim ut ordinum dignitas ſalva [b] ſit. Dignitatem ſi tollas, totum jus, poteſtatem omnem, atque ordinem ſublatum iri neceſſe eſt. In ſacris paginis paſſim videas: *Et non erat judex in Iſraël, & faciebat unuſquiſque quod ſibi placebat, neq; alias fœcundius Iſraëlitis malorum tempus, quam cum omnia omnibus licuerunt.* Ut eſt licentia ipſa vitiorum incentivum, & pręſens reipub: venenum.

c L. 2. C. nem. priv.
d L. 3. ff. ad L. Iul. majeſt. L. ſacri affat. C. de diver. reſcript.
a L. 9. ff. de offic. præſ.
b L. 1. §. 13. ff. de ventr. inſpic.

Sic

Sic ejuſdem reipub: non poteſt non mors eſſe licentia, quam confuſio comitatur. Confuſio autem ipſa Tyrannide pejor eſt; ſemperque potius habendum eſt, regimen etiam peſſimum, modo regimen ſit, aut regiminis formam teneat, quam nul-
11 lum. Dignitates igitur ſubalternas rectè etiam honorificis nominibus illuſtrarunt Imperatores, Senatorias appellando ampliſſimas, illuſtres, clariſſimas, honeſtiſſimas, altiſſimas, pœna in eos conſtituta, qui atroci injuria dignitatis habitum, & ornamenta abſtuliſſent [c]. Sic placuit Romanis veſtitu quoque dignitates ſecernere [d], ac purpurea inſcriptione reſcripta Principum luſtrari [e], miſſilia ſpargere in vulgus, tantum majeſtati competere [f]. Galli ajunt: *Il pertinent ſeulement au Roy de ſeeller en cire jaune*. De veſtibus regiis Iudæorum refertur [g]: *Mardochæus de palatio, & de conſpectu Regis egrediens, fulgebat veſtibus regiis, hyacinthinis videlicet, coronam auream portans in capite, & amictus ſerico pallio, atque purpureo.* Circa quę pulchra videntur apud Præſidem Briſſonium, ſuo quem ſcripſit de Principatu Regio apud Perſas commentario, ſtatim ab ipſo exordio. De Imperatoris, Regumque conſtat inveſtitura, ut corona, gladio, ſceptro, pomo aureo, ſplendidiſſimoque amictu decorentur [a]. Ita ut ex his clarè appareat, dignitatem majeſtati junctam eſſe, atque

c *L. 4. C. de injur.*
d *Syntagm. Tholoſ. lib. 9. c. 19. verſ. 23.*
e *L. ſacr. aſſatius C. de reſcript.*
f *Nov. 105.*
g *Eſth. 8. verſ. 15.*
a *Vide Bulenger. de Impera. & Imp. Rom.*

omnem communem libertatis tranquillitatem à
ſumma poteſtate dependere. Benè igitur his pro- 12
ſpexit veteri temporis norma, ac gentium jure in-
troducta ſunt, quædam jura majeſtati, ſive libertati
publicæ propria, quæ jura majeſtatis, ſive jura re-
galia, ob id quod majeſtati debeantur, vel Regibus
à populo tacitè, expreſsè per Deum concedi ſo-
leant, appellantur. Poteſtatis nomine vulgò etiam
comprehenſa; quod & circa hanc poteſtatem ſuum 13
in armis jus ſit, quę poteſtas definitur, jus perſonæ
in perſonam, & ejus bona per conſequentiam[b];
cujus miniſterium à Deo. Idcirco magiſtratui qui
reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit[a]. Et Impp: paſſim
profitentur, ſe imperium à cœleſti majeſtate acce-
piſſe; ac Deum omne imperium conſtituere[c]; &
ad obedientiam Deo, & Impp: ejus miniſtris, vi-
tam ſubjectorum informari[d]. Cæterum, hæc pote-
ſtas vel ex conceſſione divina tantum, vel ex con-
ceſſione, & pactis obligationibuſque ſimul eſt.
Quippe pacta hæc cum populo ipſo, aut populi pri-
moribus ineuntur. Et qui ſe liberè alterius pote-
ſtati ſubjiciunt, ſubditi dicuntur, cum armis victos
continuo ſubjectos vocemus. Poteſtas ex conceſ-
ſione divina, & pactis, & obligationibus fluens,
perſonalis eſt. Hæc verò, quæ ex conceſſione divi-
na exercetur, realis nuncupatur, tanquam reipubl:
id eſt,

b *L. 205. de V. S.*

c *Nov. 83. §. 1. n. 6.*

d *Auth. habita C. ne fil. pro patr.*

id eſt, libero populo tantum inhærens, cum eadem oriunda, moritura; quandoquidem abſque hac poteſtate reali, nullum imperium, regnum nullum, nec Provincia quæ ſuperiorem non agnoſcit, con-
14 ſtare poſſit. Poteſtas hæc quædam communicabilia habet, quædam rurſus quæ vix communicari abſque majeſtatis detrimento, poſſunt, communiter in majora & minora regalia diviſa. Majora, aut mere regalia, ſive jura majeſtatis, à magnitudine ſic dicta, potiſſimum imperantis, imperantiumve ſupremam poteſtatem, & præeminentiam demonſtrant; ac conſiſtunt præcipuè in legibus dandis, abrogandis, magiſtratuum creatione, vitę ac necis poteſtate, provocatione, Belli paciſve jure, legatorum ſuſceptione, emiſſione, monetæ ordinatione; nundinarum & vectigalium inſtitutione, quæque ejus generis plura eſſe poſſunt, nunc nunc ſuo ordine in ſequentibus recenſenda.

Digitized by Google

REGALIA.

CAP. X.

DE LEGIS DANDI POTESTATE.

1. *De lege, & à quo lex dependeat.* 2. *De legis definitione & interpretatione.* 3. *Eaſdem emendare, renovare, confirmare ſolius majeſtatis eſt.* 4. *De lege municipali, & qua auctoritate collegia jus dicant.* 5. *Lex municipalis damnoſa reipubl: non eſt.* 6. *De lege perſonali, ſive privilegijs.* 7. *Majeſtas etiam ad ſacra pertinet.* 8. *Quid unitæ Provinciæ in his ſequantur.* 9. *Religio blandis ſermonibus fovenda.* 10. *Judæi an & quomodo in civitatem recipiendi.* 11. *De Poteſtate legibus ſoluta.* 12. *Lex nota eſſe debet, & certa.*

CUM Populi omnes legibus conſtent, atque adeò nulla Reſpubl: ſine legibus ſubſiſtat, æquum fuit, ut in Regalibus legis dandi abrogandive poteſtas, tanquam Rerumpub: pars prima & principalis, primum ſibi locum vindicaret, quæ promiſcuè, tam de condenda lege univerſali, locali, quam perſonali intelligitur; nulla rerum Eccleſiaſticarum, aut politicarum facta diſtinctione: niſi aliter moribus obſervatum fuerit, aut legibus introductum. 1

Hæc

Hæc poteſtas cum in agendo conſiſtat, & legibus ſoluta ſit, leges dare, non accipere ſolet [a]. *Quis dicet Regi quid facis?* Minoris enim obedire eſt, majoris imperare, ut harmonia in Republ: obſervetur, quæ abſque jubentis majeſtate ab una, & imperantis ſubmiſſione ab altera parte, non ſubſiſtit; quippe per rerum naturam impoſſibile per ſe eſt imperare, parere, obligare & obligari eodem reſpectu. Et ſic ex delata ſibi poteſtate, poteſtates abſolutæ legibus ſuis ſubjiciunt: *Volumus, dicimus, ordinamus*. Et in fine placitorum: *Mandamus, Imperamus jubemus*; Quod ipſum quin ab imperio ſupremo ſummi Dei derivetur, nullus ambigat; cui modo non latet veteres legis latores legum ſuarum originem ad Deos retuliſſe. Nec illud: *Sic viſum, ſic placitum ſuperis*; etiam gentilibus Poëtis uſurpatiſſimum. Quæ omnia verba imperativa ſunt, ſummam poteſtatem ſignificantia; ulterius apud Gallos, *Car tel eſt noſtre plaiſir*. Cui proximum illud:

Sic volo, ſic jubeo, ſtat pro ratione voluntas.

Nec non alterum illud:

Velle, jubere tuum eſt, interque precaria juſſus.

De legibus itaque diſputare, leges judicare, novas ſuadere, veteres emendare, antiquare, ſummæ majeſtatis eſt. Aliter qui ſentiat, reſolvat jus ac vim regnandi, quę non aliter conſtat, quam ut unum

a *Daniel c. 4.*

Digitized by Google

reipub: corpus unius anima regatur. Nota illa monela apud Tacitum Criſpi[a]: *Neve Tiberius vim Principatus reſolveret cuncta ad Senatum vocando: eam conditionem eſſe imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quam ſi uni reddatur.* Venerari itaque leges, juſſa capeſſere ſubditorum, idque animis pronis, & omnes malignas ſuſpiciones procul habentibus. Ac jure, & merito id quidem, dum nihil imperfectum cenſus Regalis ſancire videtur[b], dummodo ubique providentiſsimus, religioſiſsimus, ſacratiſsimus, ſanctiſsimus, & nobiliſſimus, conſultiſsimus, optimus, maximuſque habetur ac præſumitur. Quod etiam ut manifeſtum populo fiat, placitis humanioribus majeſtas culmine emiſſis, quandoque ſubiicitur: *Talem conſtitutionem, legemve ad ſalutem populi pertinere.* Unde 2
lex definitur commune juſſum majoris poteſtatis ad tuendum civitatis ſtatum, ex æquo & bono conſtitutum; ac elegantiſſime à Papiniano delineatur[h]: *Commune præceptum; Virorum prudentum conſultum; delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia contrahantur coërcitio; communis reipublicæ ſponſio.* Nec non à Marciano; ſecundum Demoſthenem Oratorem: *Lex eſt cui omnes obtemperare convenit, tum ob alia multa, tum vel maxime eo, quod omnis lex inventum ac munus Dei eſt: decretum verò prudentum hominum, coërcitio eorum quæ ſponte, vel involuntariè delinquuntur: communis ſponſio civi-*

a lib. 1. annal.

b L. 1. C. quib. ut. indign.

b L. 1. ff. de legib.

i L. 2. ff. eod.

civitatis, ad cujus præſcriptum omnes qui in ea republica ſunt vitam inſtituere debent. Sed & Philoſophus ſummæ Stoicæ ſapientiæ Chryſippus ſic ait: *Lex eſt omnium divinarum & humanarum rerum regina. Oportet autem eam eſſe præſidem bonis & malis, & principem & ducem eſſe: & ſecundum hoc, regulam eſſe juſtorum, & injuſtorum, & eorum quæ natura civilia ſunt animantium; præceptricem quidem faciendorum, probibitionem autem non faciendorum.* Legis porrò vis ac poteſtas non tam in verbis, quam ſententia & voluntate legem ferentis, conſiſtit; perque interpretationem eruitur non ſolum factam à Principe, ſed quovis juris perito, æqui tamen & boni, ſuprema habita ratione. Quod ſi etiam fraus fiat imperantis, imperantiumve conſtitutioni, ſciat unuſque eum, & in eos ſeverius animadvertendum fore, ut qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. *Nec pœnas legibus inſertas* (ajunt Theodoſ. & valent) *evitabunt, qui ſe contra juris ſententiam ſæva verborum prærogativa excuſant* [l]. [l] L. non dub C. de legib.

3 His præmiſſis ſupereſt, legem univerſalem in civitate deſiderari. Eſt enim Reſpub: fundanda legibus [m]. Et priſcis illis & novis, eiſque parili ſemper obſervantia tuendis, aſſerendis. Non enim libertatis auctoritas (inquiunt Iuriſconſulti) ſolum in ſanctione legum novarum, ſed veterum confir- [m] L. 2. §. 4. ff. de Orig. jur.

firmatione [o], aliarumve aſſumptione conſiſtit [p]. Sic etiam ut non ambigatur Senatum, ſive illos, penes quos ſumma rerum in populari ſtatu eſt, vice populi jus facere poſſe [a]. Nam cum populus in eum modum auctus eſſet, ut difficile legis ſanciendæ cauſa convocari poſſet, æquum videbatur, atque etiamnum videtur, exemplo populi Romani, Senatum ſive Proceres vice populi conſuli [b]; quorum in ſtatu populari conſuetudo fuit, ut magiſtratus adverſus populum terminis, *velitis, jubeatis* uteretur. Populus, ſumma nimirum poteſtate munitus, reſponderet; *Omnes qui hic aſſident, volumus, jubemuſque*; tabulæque notarentur litteris: *A. V. R.* ſignificantibus: *Antiquo, Uti, Rogas*. Cæterum Senatus, verbo *decrevit*; Populus mandato, *Populus juſſit*, ſententiam ſuam exprimebant. Et ut clarius; apud Romanos populus jubebat, Senatus decernebat, in magiſtratibus verò erat Imperium, in Senatu auctoritas, in populo majeſtas.

o *L. 2. C. de decurion.*
p *L. deprecatio ff. ad l. Rhod. de jactu & ſimil.*
a *L. 9. ff. de legibus.*
b *§. Senatus conſultum Inſtitut. de jur. natur. gent. & civili.*

Localis ſive municipalis lex quam alii ſtatuta 4
vocant, etiam à ſumma poteſtate eſt; Ut ut neque ſemper neque ubique, quod paſſim apud DD. qui de jure ſtatutario ſunt commentati. Et de his ſtatutis, ut & legibus ad ſingularem reipubl: partem, puta civitatem collegium, aliiſque communionibus,

bus, citra totius reipub: læſionem pertinentibus, ſic vulgo obſervatum ac præcipuè in patria noſtra; ut civitates ſingulæ legum intra fines ſuos politicarum conſtituendarum poteſtate per privilegia antiqua, vi conſuetudinum inveteraturum decoratæ ſint; eoq́; in unaquaq́; civitate magiſtratus pro ſua civitate leges conſtituat. Quędam itidem collegia tam minora quam majora, ex prima eorum inſtitutione, vel etiam à Principe eandem poteſtatem obtinuerunt; ut nempe de rebus ad collegium ſive communionem pertinentibus ipſi leges ferant, latas augeant, auctas corrigant, abrogentve; prout res pręſens, & quę pro omni lege, cujuſque collegii ſalus, poſtulare videbitur. Ita tamen ut hæc conceſſio ſeſe intra legitimos tramites contineat; cum enim poteſtas legum, ſtatutorumve conſtituendarum contra jus commune, introducta ſit, qua omnis legum ferendarum auctoritas ſummæ poteſtati adhæret, ſequitur ejus ſtricta interpretatione ad alios caſus, quam quæ dilucidè expreſſi ſunt, hanc
5 conceſſionem non extendi. Nec injurioſa, nec damnoſa ſupremis faſcibus hæc oblatio eſt: quia licet in quibuſdam communicetur, ſummum tamen legis jus penes Principem permanet, cumulative tantum ſubalterius judicibus inhæret. Non univerſaliter, ſed particulariter; earum itidem re-

rum quæ Reipub: non obeſſe, civitati ſingulari collegio, quam plurimum prodeſſe poſſint; reſervata per majeſtatem atq; in majeſtate juriſdictione majori, atque univerſali, ut ſi quid adverſus Rempub: parteſve ejus, vel privilegio, vel conventionali conceſſione imaginativa committatur, per Principem, judiceſve ejus juriſdictioni præpoſitos, jure, vel etiam facto, ſi opus ſit, emendetur. Unde Imp: Juſtinianus[c]: *Si Imperialis majeſtas cauſam cognitionaliter examinaverit, & partibus cominus conſtitutis ſententiam dixerit: omnes omnino judices, qui ſub noſtro imperio ſunt, ſciant hanc eſſe legem non ſolum illi cauſæ, pro qua producta eſt: ſed & omnibus ſimilibus.* Ac paulo poſt: *Cum igitur & hoc in veteribus legibus invenimus dubitatum, ſi imperialis cenſus legem interpretatus eſt, an oporteat hujuſmodi regiam interpretationem obtinere? eorum quidem vanam ſubtilitatem tam riſimus, quam corrigendam eſſe cenſuimus. Definimus autem omnem Imperatorum legum interpretationẽ, ſive in precibus, ſive in judiciis, ſive alio quocunque modo factam, ratam & indubitatam haberi. Si enim in præſenti leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt: & leges interpretari ſolo dignum imperio eſſe oportet.* Et deinde: *Exploſis itaque his ridiculoſis ambiguitatibus, tam conditor quam interpres legum ſolus Imperator juſtè exiſtimetur.*

c *L.12. C. de legib.*

Neque libertatis majeſtas circa perſonale bene- 6
ficium

ficium vires amittit: *Sed quod contra tenorem rationis* (Inquit Paulus[a] JC^tus^) *propter aliquam utilitatem, auctoritate conſtituentium, introductum eſt, jus ſingulare appellatur, non producendum ad conſequentias*[b], *nec ad exemplum trahendum*[c]: quia perſonam non egreditur. Privilegii nomine deſignatum, quod privilegium privatio juris communis ſit; & lex privata, & data privatis, ac privatim; quibuſdam in pœnam[d], cum aliquis in exemplum punitur; aut privis concedatur in beneficium. Antiquis enim privi & ſinguli ejuſdem ſignificationis erant[e]. Communiter privilegia hæc beneficii, non oneris, aut pœnæ nomina ſunt, ſummæ imperantium juriſdictioni commiſſa, cui ſimiliter convenit ea augendo, minuendo, mutandove, ut ipſas leges, interpretari[f]. Ac dividuntur in realia, & perſonalia[g]: in quibus hæc regula generalis tenenda eſt; ut, ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat: Ubi verò cauſæ ſunt, ad heredes tranſmitti; quaſi dicas in realibus, ubi beneficium, aut privilegium rei, cauſæ vel actioni tribuitur, ad hoc quoſvis ſucceſſores tranſire.

7 Et notandum indiſtinctè ſummam hanc poteſtatem res eccleſiaſticas omnes ſub ſe quoque continere, ac liberrimè iis imperare. *Publicum jus* (ait

[a] *L.* 16. *ff. de legib.*
[b] *L.* 14. *ff. eod.*
[c] *§. ſed & quod Inſt. de jur. nat. gent. & civil.*
[d] *D. §. ſed & quod.*
[e] *A Gellius lib.* 10. *c.* 20.
[f] *L. & ideo ff. de legib. l.* 1. 3. 9. & 11. *C. eod.*
[g] *L.* 196. *ff. de R. I.*

Ulpianus[a]) *in Sacris, Sacerdotijs, & Magiſtratibus conſiſtit.* Idem Iuriſprudentiam definit: *Divinarum atque humanarum rerum notitiam.* Cui ſeſe meritò præponit Imperator, cum fons, atque origo juriſprudentiæ, Vicarius, & Servus Dei in terris ſit. Teſtes in hanc rem ipſos Impp: adduco[i], cum referunt: *Cunctos populos, quos clementiæ noſtræ regit imperium in tali volumus religione verſari, ut ſecundum apoſtolicam diſciplinam, evangelicamque doctrinam Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, unam Deitatem ſub pari Majeſtate, & ſub pia trinitate credamus.* Cunctos cum dicit, neminem excipit. *Non bella tantum ordinamus, ſed etiam res ſacras*[a]. Iuſtinus de Iudæorum republ: refert: *Mos apud Iudæos fuit, ut eoſdem & Reges, & Sacerdotes haberent*[b]. Virgilius:

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiq; Sacerdos.

Juſtinianus Imperator piè & caſtè: *Si pro cauſis corporalibus cogitamus, quanto magis pro animarum ſalutè providentia noſtræ ſollicitudinis eſt adhibenda*[c]. *Non minor nobis cura eſt horum, quæ ſanctiſſimis eccleſiis præſunt, quam*[d] *ipſius animæ.* Sicut indubitatum, rerum eccleſiaſticarum curam, auxilio ſummæ poteſtatis ſemper tutam, adminiſtratam, defenſamque fuiſſe. Audi D. Graſwinckelium virum magnificum, apud nos cauſarum civilium Fiſcalem, ubi[e] inquit: *Non putem quempiam, cui modo cor ſapiat, repertum iri, qui*

i *L. C. de ſumm. trinit.*

a *L. 2. C. de aleator. nov. 26. c. 1.*

b *vide Daniel C. 6. verſ. 25. & 26. C. 3. verſ. 4. 5. & 6.*

c *Nov. 115. c. 3. in fin.*

d *Nov. 3. in fin.*

e *Tr. de jure majeſt. c. 5.*

qui ſummæ poteſtatis jus in perſonas, ac res eccleſiaſticorum neget extendi. Et quæ ibidem plura excellentiſſimè
8 ſequuntur. Rebus Belgiæ olim turbatis, ſtatus ſive Ordines Provinciarum quarundam, templa reformatis aperuere, ac in libertatis vindicationem Hollandiæ, Zelandiæque Proceres conſtituere ſ legiti- ſ *Anno* 1575.
ma ad id convocatione prævia, ac collegialiter, ut Principi Auraniæ, Duci incomparabili, prudentiſſimo, belli paciſve rebus verſatiſſimo, Wilhelmo Naſſovio, Libertatis noſtrę piæ memoriæ Patrono, tanquam Gubernatori earundem Provinciarum, ex cognitione ordinum prædictorum, incumberet circa exercitium religionis eum modum ſtatuere, quæ pro cauſarum occaſione, urbium conditionibus, tranquillitate ac ſalute populi, ſalvo Dei omnipotentis honore, neceſſaria viderentur. Et continuo his Belgii Provinciis liberis, antè & poſt fœdus Gandavenſe, (quod vulgò *Pacificationem* vocant) aut etiam *Unionem Ultrajectinam* obſervatum inviolabiliter fuit pacto & facto, ne Ordinum Provincialium ſinguli, cauſis religionum exterarum Provinciarum ſeſe immiſceant; ſed quod res ſacræ ejus eſſent juriſdictionis, cujus territorii dignoſcerentur. Sic indies adhuc Ordinum placita in confœderatis Provinciis circa res ſacras diverſa ab ipſis Ordinibus relativis promul-

gantur, nec vires ſuas extra Provinciam extendunt.
A Provinciis reſpectivis, Concionatoribus ſtipen-
dium perſolvitur. Et his, quod magis eſt, ſepara-
tim fidelitatis, modeſtiæque juramento devincti
ſunt. Quæ cum ita ſeſe habeant, bono Magiſtra-
tui magis unam religionem per univerſam Civita- 9
tem optanti, quam ſperanti, aut ut res hominum
ſunt, ſperare valenti, convenit imitari naucleros
tempeſtatibus expoſitos, ut eo quo poſſunt curſum
dirigant, non quo volunt; ne ſtricta voluntatis
executione cum Republ: naufragium faciant, ubi
alioquin aſſidua velificatione temporis modici
curriculo fluctuum impetum exanclare potuiſſent.
Nihil enim abſurdius quam fidem in anima, quæ
ſpiritus eſt, cogere velle. Imperium humanum eo-
que mortale in animam, rem divinam, atque im-
mortalem exercere, cum aſſenſus, qui fidei pars eſt,
ſit actus à voluntate eliciendus. Quis me invito,
mihi credendum faciet, quod credere nolo? Li-
bertatis illud opus eſt, divinæ tantum impreſſioni
ſubjectum, qui cenſus rationem hominibus inſpi-
ravit admonitionibus, non verberibus alliciendum
nutriendum, non duris, ſed placidis facillimæ con-
coctionis ſermonibus ad veram fidem deduci qué-
quam voluit. Rectè hic aliquis dixerit non poſſe
pietatem cum vi, aut juſtitiam cum crudelitate con-
jungi.

Digitized by Google

jungi. Defendenda eſt religio non occidendo ſed ſi opus ſit ſubeunda, ac non formidanda morte. Non ſævitia, ſed patientia. Non ſcelere, exemplo crudeliſſimæ Hiſpanicæ lanienæ, inquiſitionis titulo ad nos, exteroſve olim productæ, cujus ſyllogiſmi (ut ait Benedictus Carpzovius) ex igne, aqua, & laqueo erant, primis figuris fortiores & veriores, ubi mors ſemper concluſionem ingrediebatur) ſed fide. Illa malorũ ſunt, hæc bonorum. Etenim non ſanguine, tormentis, & aliis diabolicis afflictibus religio defenditur, ſed polluitur, [a] violatur. Actiones qui ſuppliciorum crudelitate, ſectionibus & uſtionibus conſiſtunt ad perdendum magis, quam ſervandum inventæ ſunt. Sævitiâ enim, & præcipuè in cauſis ſpiritualibus, ubi multi pertinaciter ſeſe in periculum ingerunt, magis animi irritantur, alienantur, & reſp: turbatur, quam conſervatur. In quam rem Serres alibi ait. *La concorde de la Religion, & des choſes divines, s'eſtablit plus par la douceur, que par la force; plus par amour & par craincte, que par peine & cruaute. Il ne faut pas d'autres armes que la parole de Dieu contre les ames obſtinees. Icelles ne ſont pas ſubjects aux tourmẽts, qui deſtruiſſent les corps; & les ſupplices ruinent plus en une heure, que les douceurs n'edificent, en pluſieurs annees. La religion ne peut ſouffrir violance; Car les Rois ne commandent pas aux cœurs, comme aux corps.* In extremo mortis

[a] Lact. c. 20.

tis agone conſtitutus, & parricidiali cuculligeri gregis ictu, ac ſanguinis pro fluvio animam poſiturus Henricus III. Galliarum rex, voce, languida his verbis exſpiravit. *Apprenez de moy, que la pieté eſt un devoir de l'homme envers Dieu, ſur lequel le bras de la chair n'a poinct de puiſſance.* Conformem ſententiam Senatus Parlamenti Pariſienſis refert Thuanus [b]. Paſſavienſi tranſactione (poſtquam ex ſanguine extinctorum ſemen oriri religioſorum reperiſſent) cautum [c] fuit; Ne propter religioſorum in poſterum quiſquam moleſtia afficeretur [d]. Sic ut tantorum exemplorum ſuffràgio conſcientię libertas omnibus libera relinquenda ſit.

Ad cauſam religionis, ac ſummam Principis po- 10
teſtatem & illud pertinet. An Judæi in Civitatem recipiendi ſint, nec ne. Et quanquam in Gallia ob puteos fonteſque veneno infectos, ſumpto octuaginta nefariorum Judæorum per flammam ſupplicio, à regno expulſi ſint (unde nec hodie ibidem admittuntur) tamen vulgò receptum more Chriſtianorum veteri, ut non occidantur, ſed recipiantur. Non enim omnes infideles deſperatæ ſalutis ſunt. Imo inquit Eſaias antè finem mundi etiam convertentur. His tamen legibus plerumque admittuntur; ut Magiſtratui ac juriſdictioni in qua degunt, ſeſe ſubjiciant [e], ſervato legitimo uſurarum modo.

b *Lib. 16. hiſtor.*

c *Anno 1552.*

d *Sleid. lib. 24. hiſtor.*

e *L.8.C.de Iudæis.*

modo [n]. Modeſtè, & ſine ſcandalo Chriſtianorum vivant induti veſtibus à Chriſtianorum habitu diſcrepantibus; ut eos vidi pileis flavi coloris Avenionenſi in urbe ex mandato Papæ incedere. Synagogas novas abſque juſſu magiſtratus loci non habeant. Chriſtum, nec religionē Chriſtianam maledictis proſcindant, contemnāt. Cives à Chriſtiana religione ad ſuam opinionē non avertant. Suos ad Chriſtianam religionē aſſendere volentes, non impediant. Libros non ſcribant, evulgentve, evulgarive ſinant, patiantur. Diſputationibus abſtineant. Hominibus Chriſtianis ejus loci, juriſdictioniſve, in qua morantur, matrimonio ſeſe non jungant. Nec Chriſtianis civibus moleſti ſint; utque etiam in parte aliqua civitatis ſeſe contineant, quæ Avenione circa veſperam porta clauditur, mane aperitur. Nec dura hæc ipſorum conditio injuſta eſt; quia eos in ſignum iræ divinæ Deus incerto territorio per omnes populos diſſipat; Teſtimonio Evangeliſtæ [a], dum ait: *Calcabitur Jeruſalem à Gentibus, donec impleantur tempora nationum.*

n *Ant. Theſaur. deciſ.* 57.

a *Lucæ* 21. *verſ.* 24.

11 Libertati proinde, ut ſummæ poteſtati, libertas quoque ſumma univerſaliter competit; ut quod velit, faciat [b]. Legibus ſoluta [c] ſit, cum tamen legibus vivat: Adeò ut auctoritas ſummæ poteſtatis ab ipſis legibus dependeat [d]: quæ tanquam inventum

b *Daniel* 6. *verſ.* 25. & 26.

c *L. Princeps ff. de legib.*

d *L. digna. vox C. eod.*

Digitized by Google

tum ac munus Dei in conſervationem majeſtatis cælitus demiſſæ, à majeſtatis culmine ſacrę, ſanctæ habentur.

Nam nihil, ut verum fatear, magis eſſe decorum
Aut Regale puto, quam legis jure ſolutum
Sponte tamen legi ſeſe ſupponere Regem.
Gratia ſit magno, qui temperat omnia, Regi.

e *Epiſt. ad Galat. c. 5.*

Et Apoſtolus[e]: *Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Etenim, *Ejus fructus eſt charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, temperantia. Adverſus ejuſmodi non eſt lex.* Ecquid opus eſt legibus propter leges obedire, dummodo juſtus Princeps ſit, & propter juſtitiam jus faciat? Viva lex Princeps eſt, ut & illi qui in Ariſtocratico, vel Democratico ſtatu Reipub: præſunt; quandoquidem individuum ac ſimplex imperium, non niſi unam ſummam poteſtatem recipit: *Adeoque omnis eorum numerus* (inquit ICtus[f]) *qui in locum unius ſubſtituitur pro ſingulari perſona habendus eſt.* Cui omnes obtemperare convenit, quod à Deo conſtituti, ut vicem Dei gerant; Vicarii ejus in terris ſint ut populo prę-eſſent. Quorum omnium liberum eſſe, hoc eſt, legibus ſolutum, ab ipſis poteſtatibus maximè dependet. Lex enim terrori non eſt bonis operibus, ſed malis. Quod bonum eſt facito, & laudem ab ipſa obtinebis. Et ſic Principes liberi ſunt, ſi juſtitiam

f *l. cui fundus 56. in fin. ff. de condit. & demonſtr.*

tiam faciant, non ex præſcripto legis, ſed quia juſtum amant. Subjecti, ſi à rectæ rationis tramite declinent. Et fruſtra legis auxilium amplecteremur, ſi de conſtanti juſtitiæ adminiſtratione, & certo ejus exercitio conſtaret. Iam autē cum de illo non ſatis conſtet, rectè lex communis reip: ſponſio inventum ac munus Dei dicitur, ut ſupra citabam.

12 His adjiciendum à parte Imperantis, ut leges quantum fieri poſſit certæ ſint, & cordibus ſubditorum non minus infixæ quam roſtris affixæ[b]. Earum de promulgatione dicendum quod abſque illa nec juſtæ eſſe poſſint, nec antè promulgationem quenquam obligare[i]. Si incertam vocem det tuba, quis ſe præparabit ad bellum. Similiter ſi incertam vocem det lex, quis ſe præparabit ad parendum. Ut moneat igitur oportet, priuſquam feriat. Etiam illud opponendum optimam eſſe legem quæ minimum relinquit arbitrio judicis, id quod certitudo ejus præſtat. Et cum populus liber in legibus ferendis ſæpè omitti juris juſtitiæque rationem bonorum ac ſanguinis damno viderit, legibus leges futuras quandoque circumſepſit. Unde juſtum nihil vi, ſed omnia ex præſcripto juris fieri, & dies juridicos obſervari debere. Sic Philippus II. Rex Hiſpaniæ, Dux Brabantiæ eligendus, ſolenniter promiſit ſe nulli injuſtitiam facturum, fierive paſſurum.

[b] *L.2.§.4. de orig. jur.*

[i] *Arg. l.1. ff. de pœnis.*

ſurum. Religioſos, nobiles, cives omnes ex præſcripto juris judicaturum; idque ſecundum jura cujuſque civitatis particularis & judicii, ubi quidquid ageretur. Atque hinc eſt (inquit[a] Althuſius) quod jurat Cæſar electus, ſe nihil eorum quæ ad imperium Romanum pertinent, alienaturum, diſtracturum, vel oppignoraturum: ſi quid verò recuperet, vel adquirat viribus publicis, id imperio non ſibi quæſitum iri. De quibus juramentis alibi à me plura proferuntur.

[a] Polit. cap. 24. n. 39.

CAP. XI.

MAGISTRATUS CREARE.

1. *Ordo ſequentium.* 2. *Magiſtratus creatio in Republ: neceſſaria.* 3. *A mortalitate Rempub: vindicat.* 4. *Majeſtati conducit.* 5. *Nihil aufert.* 6. *Dignitas inferiori conceſſa, ſuo tempore ad Principem revertitur.* 7. *Officiorum qualitas.* 8. *Delata poteſtas, alteri committi non poteſt.* 9. *Omnia collegia à Majeſtate dependent.* 10. *Quales judices eligendi.* 11. *Cives an Exteri.* 12. *His ambiguitatibus lege regia provideri poteſt.* 13. *Officia delata ſuſcipienda.* 14. *Quare judices neceſſarij in Republ. ſint.*

15. *Et*

Digitized by Google

15. Et juriſdictione armandi. 16. Differentia meri imperij & mandatæ juriſdictionis omnimodæ.

1 Secundo ordine ſequitur jus Magiſtratus ſubalternos atque inferiores creandi, juriſdictione eoſdem armandi, nec non & jura comitiorum, erigendi Academias, Doctores creandi, Civitatis condendæ, publicæ præmia conferendi, pœnas infligendi, nobilitandi, legitimandi, ætatis veniam tribuendi, adoptionis, arrogationis, & his ſimilia.

2 Mundanæ poteſtati impoſſibile eſt ſua ſcientia cuncta complecti, & ubique faſces ſuos ſola explicare. Neque enim unius ingenium tantæ molis capax. Licet omnium ſumnos Principis vigilantia, omnium otium illius labor, omnium delicias illius induſtria, omniumque denique vacationes ipſius ſola defendat occupatio; longis adhuc manibus, id eſt poteſtatibus inferioribus poteſtas ſumma indiget; quę velut radii à Solis culmine emiſſi, malitiam frigori comparatam, excutiant, & radiis ſuis omnia quæ in civitate fiunt, aperiant, quo ne quidquam, ſive bonarum, ſive malarum artium in occulto lateat. Fit illud Virorum prudentium auxilio, qui quaſi coôperanei in tam excelſo munere in communionem curarum veniunt, atque aſſurgunt;

gunt; unde & eos videmus appellari partem corporis Principis[a]. Princeps enim, cum extenſo longis limitibus territorio ubivis uno tempore eſſe non poſſit[b], nec Eccleſiam, judicia criminalia, civilia, bellum ſimul & omnia gerere, probe his viris doctis utitur, ut organis atque inſtrumentis ad id comparatis, ſublevat ſe populumque, oneribus regni ferendis hoc ipſo par atque æqualis, ſi non major. Prudenter igitur Iethro Moiſi ſocer, cognitis rebus quæ per Moiſen gerebantur, ad eum venit, dum hujus Conſilio Moiſes ordines populi diſtribuit; tribunos, centurioneſque & decuriones præficiens, neceſſarium diſciplinæ ritum poſteris tradit. *Rem* (inquit[c]) *majorem viribus ſuſcepiſti. Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent. In cæteris provide de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas & oderunt avaritiam. Et conſtitue ex eis tribunos & centurios, & quinquagenarios & decanos, qui judicent populum omni tempore. Quidquid autem majus fuerit referant ad te, & ipſi minora tantummodo judicent, leviuſque ſit tibi partito in alios onere. Si hoc feceris implebis mandata Dei, & præcepta ejus poteris ſuſtentare, & omnis populus revertetur ad loca ſua cum pace.* Ex quibus liquet magiſtratus creationem ex mandato Dei procedere, perquam neceſſariam eſſe, ad pacem conducere; ac tali ferè modo rempublicam à mortalitate

a *L. quiſquis C. ad l. Iul. maj.*
b *L. 7. C. de profeſſ. lib.*
c *Exod. 18. verſ. 17. & ſeqq.*

Digitized by Google

talitate vindicari. Quin imo Princeps, vel rex ſua [d] *Pſalm. 82. v. 6. Sirach. c. 10. verſ. 11.*
3 natura [d] mortalis eſt, cum populus vel magiſtratus nunquam moriantur [e]. Egregiè Gunterus [e] *L. proponebatur 76. ff. de judicijs l. qui res. 98. s. ult. ff. de ſolut. l. nemo 54 ff. de R. I.*

Mea reſpice caſtra.
Omnia quæ dudum quæreris ſublata, videbis
Nomine mutato, ſub eadem vivere forma.
Hic eques, hic paſtor, hic conſulis atque tribuni
Imperioſus honos, & publica cura Senatus.
Aſpice, Teutonicum Proceres, equitumque catervos,
Hos tu Patritios, hos tu cognoſce Quirites,
Hunc tibi perpetuo dominantem jure Senatum.

Quanquam enim perſonæ indies in republica mutentur, tamen quod ad negotiorum ſimilitudinem attinet Reſp: eadem ſemper ac ſui ſimilis permanet. In Gallia Rege defuncto ſummi Parlamenti Senatores non lugubri veſte, verum togis rubicundulis induti exequias ſequuntur: *Pour monſtrer* (inquit M. Philibert Bojer) *que la cour du Parlement ne porte jamais le dueil, & que la dicte cour eſt lict de juſtice, auquel le Roy repoſe avec tranquillité*. Etenim effigiem regis lecto incumbentem tunc temporis omnibus ſpectandam circumferre conſueverunt.
4 Unde etiam elicias, quod cum hæc poteſtas à Deo ſit Magiſtratus creationem ad ſummam poteſtatem pertinere. Hinc juſtè relatum, pars muneris Imperatorii, Magiſtratuum creatio eſt, iis concedere juriſ-

juriſdictionem ſummi eſt imperii; non ſingulis è populo, ſed libertati majeſtatis proprium [g]. Quæ ut poteſtatem univerſalem in terris à Deo accepit, eandem pro partibus diſtribuit. Sic tamen, ut ſum- 5
mam, generalem & particularem poteſtatem ſibi reſervet; ſolis inſtar, qui licet radios emittat, tamen caloris ſui jacturam non facit; quo præſente ſtellæ minores, ne dicam omnium Planetarum lumina, non apparent, extincta videntur. Rectè Poëta

g L. unic. C. ad l. Jul. de ambitu.

---- medium non deſerit unquam
Cœli Phœbus iter, radijs tamen omnia luſtrat.

Huc illa Taciti [a]: *Neque decorum Principibus, ſi una alterave Civitas turbet omitti urbem unde in omnia regimen.* Et merito quiſquam dixerit per majeſtatem præſentem, omnem aliam poteſtatem invalidam fieri. In Gallia enim Rege præſente judices omnes ſeſe erigunt, juſtitiæ ſuæ faſces [b] dimittunt, donec abſentia majeſtatis ipſorum juſtitiæ rurſus locum fecerit: nimirum, quia domino præſente agitatio procuratoris nullius momenti eſt. Eadem poteſtas ut Magiſtratum conſtituit, deponit, cum ejus ſit non nolle, qui poteſt velle. Deficientibus alios ſubſtituit: quandoquidem dignitas magi- 6
ſtratuum, ut à Majeſtate deſcendit, iterum ad principium ſuum, id eſt, Principem revertitur, cujus nomine

a Ann. 3.

b Bodin. lib. 3. de repub. cap. 3.

Digitized by Google

nomine geritur. A rege (inquit Baldus[c]) omnes juriſdictiones procedunt, ſicut omnia flumina per meatus terræ fluunt à mari, & ad mare revertuntur: Quippe omnis juriſdictio cumulativè, & non privativè, legum exemplo inferioribus poteſtationibus communicatur. Cum tantum mandata ſit, & ordinaria, quæ nihil aliud eſt quam pars abſoluti imperii. Abſolutum ſi tollas præſto ordinarium evanuit. Iudicem Plebs aut alii diſſoluti homines ſi faciant, nullius ſuperioris præſidio tutum, ſuccumbentis judicio judex judicii ſui pœnam verebitur, verbera & invidiam ſibi conſiliabit; nec ſententia ejus, quamvis juſta, rei judicatæ auctoritatem obtinebit[d], remota aut ceſſante judicis legitimi executione. A ſuperiori igitur deſcendendo, judices ſubalterni conſtituendi ſunt, quorum etiam ratihabitio & confirmatio electioni comparatur[e].
7 Et cum non omnes Magiſtratus æquali poteſtate ornentur, jure Romano Præſes Provinciæ majus imperium in ſua Provincia habebat omnibus poſt Principem[f]. Cui aliæ perſonæ ſingulares, minori poteſtate præditi ſubſequebantur, dempto jure,
8 delegatas poteſtates in alios transferendi. Atque in eum modum ſæpiſſimè officia eminentiora conceduntur, ut quoad perſonas, quibus conceduntur, perſonalia ſint, nec eadem per alios adminiſtrare

d *L. 3. C. de juriſd. om. judic.*

e *Clapmar. de arcan. rerumpub: l. 1. c. 14.*

f *L. 4. ff. de offic. præſ.*

X poſ-

g L. 5. ff. de offic. ejus cui mandat. juriſd.

poſſint[g]; cum in iis ſpecialis perſonæ induſtria requiratur. Quod ut firmiori fundamento niteretur, Brabanti à Philippo II. ipſorum Duce promiſſum impetrarunt, verba referam: *Quibus deinceps in Brabantia Civitatum, Pagorumq; præfecturas dabimus, quoſve Civitatibus, Pagiſve præficiemus, atq; etiam qui in præſenti Civitatum Pagorumque præfecturas habent, eos ipſos Præfecturas illas adminiſtrare compellemus. Neque verò illas in alterum, neque vendere, neque locare poterunt. Nec ulla officia locari, pignoriſve jure mancipari, ne terminus juſtitiæ ejuſmodi perverſis contractibus impediatur; Et ſi quæ vendita, elocata, aut oppignorata fuerint pacta talia nullius momenti erunt, nec ſubſiſtent.* Et hoc quoad perſonas ſingulares. Cæterum & Collegia à 9
Majeſtate dependent; ut ſunt judices ſuperiores, vulgò dicti, *Cours ſouverains*, cum poteſtate abſolutè judicandi, ab omni appellationis, executionumve ſiſtendarum impedimento liberi, nulli niſi Principi ſuo, vel ordini populari ſummo, ſubjecti. Alii Magiſtratus ſubalterni ſuperiori parent, ſubordinatis ſibi Magiſtratibus imperant. Alii rurſus obedientiam potentioribus Magiſtratibus præ ſe ferre tenentur, ſolo eorum imperio in particulares extenſo. Hic obiter ut ſupra, animadvertendum, quod licet Magiſtratus quidam ſubalterni poteſtatem alios judices creandi exerceant, illud vi conſuetu-

ſuetudinis promiſſioniſve fieri, cumulativè non privativè, cum liberum nihilominus ſupremæ poteſtati permaneat circa eoſdem prout placuerit, ac dignius pro reipub: ſalute viſum fuerit, diſponendi.
10 Quales autem eligi & admitti ad munera publica debeant, titulus Codicis de potentioribus ad munera nominandis, & Impp: Theodoſ. & Valent, bellè commonſtrant [a]. Sanciendo nempe ejuſmodi viros ad Provincias regendas accedere, qui ad honoris inſignia non ambitione, vel pretio ſed probatæ vitæ teſtimonio pervenere. Deprompto juramento ſe pro adminiſtrationibus ſortiendis, neq; dediſſe quippiam neq; daturos poſtmodum unquam fore, ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam in fraudem legis ſacramentiq; aut venditionis, donationiſve titulo, aut alio velamento cujuſcunque contractus: Et ob hoc (exceptis ſolis ſalariis) nihil penitus tam in adminiſtratione poſitos, quam poſt depoſitum officium pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos. Ab omni affectu, diſſimulatione & negligentia judices etiam liberos eſſe oportet. Et hac præſumptione muniti, pro ſacrilego habetur, qui dubitare auſus fuerit de fide ejus quem Imperator [b] elegit.
11 Civeſne an exteri ad honores ſive munera publica admittantur, pro cujuſq; tem-

a L. fin. C. ad l. Iul. repetund.

b L. 9. C. de crimin. ſacrilegii.

poris & religionis conſuetudine aut placito variè obſervatur. Cautum olim Romanis fuit, ut *nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu Principis permittatur* [c]. Ne *quis ſine ſacrilegii crimine deſiderandum intelligat gerendæ ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis officium, intra eam Provinciam in qua Provincialis & Civis habetur: niſi hoc cuiquam ultronea liberalitate per divinos affatus Imperator indulgeat* [d]. Gallis hodie uſitatum, exterum ad beneficia ejuſdem regni, non obſtante quacunque gratia, aut privilegio admitti non poſſe: Generaliter tamen liberum in his creandis Principi jus eſt; niſi lege Regia populus huic libertati leges adjecerit.

12 Quod maximè fit cum populus exterum ſibi in Principem elegerit, ſuſceperit. Unde ſæpe in Belgio olim dum principali manu cives regerentur conventum: Nullos alios quam cives ad officia exercenda, prę̨ſertim nobiliora, admittendos fore. De cancellario, & ſigilli magni cuſtode Brabantiæ pactum ut natura non modo Brabantus ſit, ſed inſuper tres linguas, Latinam, Gallicam & Germanicam calleat; Excluſis omnibus Extraneis, nec non omnibus Nothis; qui in Brabantia neque conſiliarii, neque prę̨fecti Provinciæ, aut cujuſdam civitatum, pacto jure fieri, nec ullo officio publico fungi poterant.

13 Ad munera electi, ſi quidam ignaviæ ſpectatores deſertis civitatum muneribus, captent ſolitu-

[c] L. ult. C. de offic. rect. provinc.

[d] L. fin. C. de crimin. ſacrilegii.

litudines, ac ſecreta, & ſub ſpecie religionis cum cætibus Monazonton congregantur, furoremve ſimulent, & ſua audacia parvi aliquis majeſtatis juſſionem fecerit, indignationem competentem ſortiatur[a]. Hi atque hujuſmodi, latebris conſulta pręceptione eruantur[b]. Suſceptores autem pręmio & honore afficiendi, reverendique ſunt, ipſorumq́; auctoritas juriſdictione munienda[c]; ſine qua juſti-
14 tia expediri non poteſt[d]. Horum porrò quam ſit conſtitutio neceſſaria, ex eo patet quod leges alioquin inutiles ſint futurę. Ecquid jus in civitate prodeſſet, niſi eſſent qui jura exequantur[e]? Et ſecundum ea, medicorum inſtar variis perſonis, rebus & actionibus varia jura, pro ſubjecti corporis exigentia diſtribuuntur; locave commoda litibus exequendis ordinantur, cum maximè interſit populo eadem juridicundo propria, propitiave eligi, ne cives litibus obortis nimium lacerentur. Faciles ac liberos aditus reverſioneſque ad ea habeant; ut quibus de rebus lis ſit, cum teſtibus, neceſſariiſve
15 inſtrumentis commodè eo tranſilire poſſint. Ad judices ut revertar, armatos juriſdictione, coërcitione, eos eſſe oportet, ne trabis Eſopicę exemplo ranarum ludibrio cedant. Non tamen ita ut inferior juriſdictio regalibus annumeretur, ſed ejus conceſſio: quia ſecundum Bocerum[f] haberi non poteſt,

a *L. 16. C. de decur.*
b *L. 26. C. eod.*
c *C. unic. quę ſint regalia.*
d *Auguſtin. lib. 1. de falſ. relig.*
e *L. 2. §. 13. ff. de orig. jur.*
f *De regal. c. 2. n. 247.*

niſi à ſummum jus habente; ubi concludit, merum quoque imperium non eſſe de regalibus, quoniam ait ſpecies juriſdictionis eſt. Obiter hic at- 16
tingam, quæ de mero imperio, quæ de juriſdictione mandata dicuntur, quorum ut eſt ſua cum regalibus affinitas, ita confundi ſæpè videas cum iiſdem. Ergo eſt is ut dixit [g] meri imperii ſtatus. At ut idem habet, in magiſtratuum mandata juriſdictione animadvertendum, ſi pleniſſima & omnimoda ei conceſſa fuerit, omnium partes quæ Romę vel quaſi Magiſtratus, vel extra ordinem jus dicunt, ad ipſum cui talis pleniſſima & omnimoda juriſdictio oblata eſt, pertinent [h]. Hoc pro rerum articulis, ac cauſis evenientibus ſeſe immiſcere poteſt, quod majus imperium in ea Provincia habeat [i], omnibus aliis poſt Principem. Nec quidquam in Provincia fieri poſſe, quod non per ipſum expediatur; Sed ſi Fiſcalis pecuniaria cauſa ſubveniat, quæ ad Procuratorem Principis ejus negotii ſpecialem reſpicit, melius ſe facturum ſi abſtinuerit [a]. Unde Faber [b], & alii concludunt oblata omnimoda juriſdictione merum imperium quoque conceſſum eſſe; quod aliis diſplicet cum merum imperium non niſi ſpecialiter tribuatur [c]: quia nimirum ea quæ ſpecialiter, expreſsè, & nominatim tribuj debent, generali conceſſione tranſlata non cenſen-

g Boc. d. l.

h L. 7. §. 7. ff. de offic. Proconſul.

i L. 8. ff. eod.

a L. 9. ff. eod.

b Rational. ad d. l. 7. §. fin. ff. eod.

c L. in pr. & l. fin. ff. de offic. ejus cui mand. juriſd.

ſentur [d], cum lege, conſtitutione, aut ſenatuſconſulto expreſſo tantum transferantur.

d C. ingenerali. de reg. Jur.

Cap. XII.

COMITIORUM JURA.

1. *Comitia unde dicta.* 2. *Majeſtatis eſt proceres convocare.* 3. *Comitiorum inſtitutio.* 4. *Curandum ne liberi populi comitia præſcribantur.*

1 Poſitis magiſtratibus, etiam comitiorum jura ponuntur. Comitia autem à *coëundo*, vel *cumeundo* dicta ſunt, quod, Principes, ſtatus, proceres, ſive ordines alicujus libertatis ex mandato ſupremę
2 poteſtatis, reipub: cauſa conveniunt. Neque enim temere aut paſſim convenire ſubalternis fas liberumve, niſi facta ſibi poteſtate à ſuperiore. Quid enim ſi coëant, conſpiraturi, rebellaturi, mala machinaturi. Igitur nemo alius comitiorum convocandarum jus exerceat, quam penes quem, aut quos ſumma rei poteſtas reſidet, & cui omnes reipubl: neceſſitates conſpicuæ ſunt; quandoquidem majeſtas non admittit, abſque prævia Celſitudinis ſuæ cognitione, aut ſpeciali permiſſu, ullum procerum conventionem celebrare [a]. In Imperio Germanico tamen opus eſt Electorum approbatione, & conſenſu,

a L. 1. ff. quod cujuſque univ. nomine. l. 1. ff. de coll.

ſenſu, priuſquam ejuſdem ditionis proceres convocari [b] poſſint. Comitia porrò inſtituta, ut ibidem de publicis negotiis agatur; Princeps cum populo vel ſenatu, vice populi de rebus gravioribus communicet. Sic Moiſes, David, Salomon, Tiberius, Veſpaſianus, Trajanus, Adrianus, Antoninus, & ſimiles digni laude Principes Senatui & magiſtratibus majeſtatem priſtinam conſervarunt, omnia ad patres conſcriptos referendo, ſeque Præſides non dominos Senatus profitendo. Theodoſius etiam & Valent: Impp: [c] *Bene enim cognoſcimus, quod cum veſtro, id eſt procerum conſilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem imperii & Imperatoris gloriam redundare.* Nec gratius quidquam populo evenire poteſt. Subditi enim, ſi animadvertant tantum ſibi tribui, ut in partem curarum & conſiliorum aſſumantur, plura animo libero efficient, præſtabuntque quam ſi nullam rerum habentes notitiam, urgerentur. Et ne comitia non utendo præſcriberentur, aut indebitè ordines ſive proceres convocarentur, legibus & procuratoribus in eum finé ordinandis, proſpici poteſt. Brabanti olim à Philippo II. Hiſp: rege obtinuerunt; ut quæ deinceps comitia ibidé exercerentur, ſcripto diebus XIV. antequam haberentur, debitè anunciarentur: niſi habendorum comitionum cauſa celeriorem expeditionem deſideraret.

(Right margin: 3 beside "vocari … ibi-"; 4 beside "ſi nullam rerum … Et")

[b] *Paurmeiſt. de Juriſd. Imp: Rom: lib. 2. c. 2. n. 3.*

[c] *L. humanum 8. C. de legibus.*

CAP.

Cap. XIII.

JUS ERIGENDI ACADEMIAS.

1. *Ius illud à majeſtate.* 2. *Hujus etiam curæ Academiæ ſunt.* 3. *An Magiſtratui Academico jus univerſale competat.* 4. *Iura Academiarum.* 5. *Privilegia Doctorum.*

1 Eandem originem habent Univerſitates, ſive Academię. Erectio enim Collegiorum, Academiarumve, ſive Scholarum publicarum, quæ univerſitatum nomen propriè habent, & quidem ſibi proprium, non privati juris, ſed ſummæ poteſtatis [a] eſt. Quippe juriſdictionem omnem ac poteſtatem quam in diſcipulos ſuos, exercent, privilegiaque omnia, immunitateſve, à ſumma poteſtate obtinent. Quod ſi tamen ab aliis erigantur, licet minores ſint, ratihabitione Imperatoris opus
2 eſt. Has ſpeciali curæ Impp: Theodoſius & Valentinianus habuere, tanquam ſeminaria optimorum ingeniorum; cum inſtitutio juventutis baſis ac fundamentum Reipub: bene inſtitutæ ſit. Non denegantes Imperialem Academiam ſuum auditorium [b], viros dictos patres ſuos appellare [d]. Et Imp: Fredericus univerſitates multis privilegiis ornavit. Unde vulgò oritur quæſtio, an magiſtratui Acade-

[a] *Sixtin. de regal. l. 1. c. 2. n. 26.*

[d] *L. fin. C. de conſul. l. ex divin. 4. C. de locat. & conduct.*

[b] *L. unic. C. de ſtud. liber. urb. Romæ, & Conſtant.*

mico competat merum Imperium reale ad animadvertendum in ſtudioſos ſuos ſceleratos malitioſoſve; concludentes multi quod ſic: quemadmodum in Academiis, Pariſienſi, Piſanæ, Lipſenſi, Lugduni Batavorum, & aliis innumerabilibus exercetur. Reclamantibus aliis per dictam auth: *Habita.* iiſdem rectoribus non merum, ſed mixtum tantum imperium delatum eſſe. Relativè autem ſi quis rectius earum jura, privilegia, conſuetudineſve perſcrutari velit, non ex generali d: *Authentica*, ſed ſpecialibus conſtitutionibus, indultis, obſervationibuſque cujuſque populi, quæſtionis veritatem eruet; & inter ea, an ubique rector Academicus per totam civitatem imperium, quoad ſalutem Academiæ, ac ſtudioſos ſuos habeat, an vero localem tantum, hoc eſt, ſi ſtudioſus intra mænia, quibus Academia fundata eſt, reperiatur. Acade-
4
miis communiter jura creandi Doctores, Licentiatos, Magiſtros, Baccalaureos, & Poëtas laureatos conceduntur; quamvis regalium titulo quoque eorundem dignitatum delationes contineantur: ut etiam Notariorum, Procuratorum, ſed Tabellionum creatio. Quod in his Provinciis, aut Curiæ Provinciali, aut Collegiis, Tabellionum auxilio indigentibus, commiſſum eſt. Doctorum privilegia 5
ut maxima & plurima ſunt, quanquam non omnia

tamen

tamen extrema memorare libet; Quæ ferè conſiſtunt in jure publicè docendi, cum docti ſunt[b], cathedram aſſendendi, gloſſandi. Jura civilia & canonica interpretandi, publicè diſputandi[c], patrocinandi. De profeſſionis ſuę negotiis reſpondēdi[d]. Jure aureorum annulorum, jure geſtandi eaſdem veſtes, quibus utuntur Nobiles[e] & Patricii. Jure, quod ob civile debitum incarcerari non poſſint, uſque adeò ut judicem contravenientem capite puniendum exiſtimet Bapt: Caria Lupus de ſancto Severino[f]: Quod tamen ultra Doctores practicos non extenditur. Torturæ ſeſe eximendi[g], militum comparatione[h], qui quæſtionibus non ſubjiciuntur[i]. Expenſas in doctoratum erogatas non conferendi[l]. Jure non hoſpitandi gaudeant. In jus ſine venia à Sectatoribus vocari non poſſint, quia parentum loco ſunt. Juvenal.

Di præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco.

Gaudent pręterea juris doctores apud Pictones, jure magiſtratus exercendi, beneficia & officia publica, ac regna obtinendi, cæteraque faciendi, quę ad verum & indubitatum juris utriuſq; Doctorem, ſive Licentiatum ſpectant, ac pertinent, illic & ubivis terrarum; quaſi doctrina non civitatis particularis, ſed univerſalis mundi civem faciat. De quibus

b C. ecce diſt. 36. nov. 137. c. 1. verſ. idē rurſus &c.
c L. fin. §. mixta 26. ff. de muner. & honor.
d L. 2. §. 47. ff. de orig. jur.
e Chaſſan. in Cathal. glor. mund. part. 8. conſ. 10.
f Tr. de debit. ſuſp. & fug. n. 9
g L. 7. c. de maleſic. & Mathem.
h L. 14. C. de Advoc. div. jud.
i L. milites C. de quæſtion.
l L. omnimodo §. immutari C. de in offic. teſtam. l. planè §. fin. ff. de leg. 2.

omnibus privilegiis unuſquiſque ex morum obſervantia, nec non litterarum promotoriarum ſuarum extenſione certior reddi poteſt.

CAP. XIV.

CIVITATIS INSTITUTIO.

1. *Civitatis inſtitutio à majeſtate elargitur.* 2. *Utque etiam civitatis dignitas.*

Civitatis ſingularis inſtitutio, ſive jus civitatis 1
condendæ expreſſa vel tacita Principis vo-
luntate, etiam regalia concernit, & ad Prin-
cipem pertinet[p], ut & illam muniendi jus[q]. Unde
Tacitus[r]: *Judæi empto jure muniendi, ſtruxere muros*
in pace, tanquam ad bellum. Dignitatem quoque ur- 2
bibus concedere Principum eſt. De urbe Beryto
ſic Impp:[s] *Propter multas juſtaſve cauſas Metropolitano*
nomine, ac dignitate civitatem Berytum decernimus exor-
nandam, jam ſuis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoq;
metropolitanam habeat dignitatem, ita ut nihil Tyro de jure
derogetur. Sit illa mater provinciæ, id eſt, urbs matri-
cularis, *majorum noſtrorum beneficio,* nempe Trajani,
à quo Paulus Tyrius arator primus impetravit[a].
Hæc noſtro. ut utraque dignitate ſimili perfruantur.
Merita

p L. unic. c. Metrop.
q 3. Eſdra. c. 4. v. 47. l. 9. §. 4. ff. de rer. diviſ.
r Lib. 5. hiſtor.
s D. l. unic. c. de Metrop.
a Alciat. lib. 4. parerg. c. 15.

Merita hic Imperatores agnoſcunt; beneficia, dignitateſque univerſitatibus, privatiſq; ex iis deberi, idque ab Imperatoria majeſtate; quæ tamen ſæpè ſecuritati magis publicæ & faciliori regni adminiſtrandi convenientię deputanda, quam benevolentiæ, docet experientia mater rerum.

CAP. XV.

PRÆMIA ET POENÆ.

1. *Præmia & pœnæ ut civitatis elementa.* 2. *Rectè diſtribuenda ſunt.* 3. *Petulantiæ & audaciæ locus in civitate eſſe non debet.* 4. *Abſque pœnarum executione reſpub: non ſubſiſtit.* 5. *Pœna futuri temporis rationem habet.* 6. *Quinam ad peccandum proni.* 7. *Obſervatione pœnarum præmiorumve civitas augetur.* 8. *De præmio.* 9. *Præmiorum finis.* 10. *Præmiis & pœnis reſpub: continetur.* 11. *Horum diſtributio ad Principem pertinet.*

1 Conditas civitates, id eſt, civium unitates, neceſſe eſt ferrumen aliquod potentius ſibi jungat, ac conglutinet. Circa hęc prudenter animadvertunt, qui his duabus anchoris, præmiis & pœnis rerumpublicarum conſervationem conſtare

docent. Rectè id ac quidem merito; cum & mundi creatur Deus pręmiis ac pœnis fideles ab infidelibus diſcernat. Hos ſpe vitæ æternæ ad ſe alliceat, illos tanquam divinæ majeſtatis reos, ad inferos projiciat. Corrupti exinde, hoc fonte derivata clades in populum patriamque fluxit. Quo citra perturbationem univerſi ſtare ac tueri ſeſe poſſent res hominum, fecit hoc ut neceſſaria eſſent merita, qua pœnarum, qua pręmiorum. Igitur Deus ſummam poteſtatem in terris prępoſuit, ut pro delictorum commiſſorum, omiſſorum qualitate leges conderet puniendo, præmiis afficiendo, facinoroſos, malè meritos, animadverteret. Hęc prima & maxima reip: elementa. Hæc imperiorum fundamentum ac baſis. Præmia tolle, pœnas aufer, nec legum ulla vis eſſe, nec conſiſtere magiſtratuum auctoritas poſſit. Tam comminatione mali quam beneficii promiſſione atque expectatione ad bonum [a] allici, & à malo deterreri mortales oportet. Hinc malè verſantibus, laborem, egeſtatem [b], infamiam leges imponunt; ita etiam, ut ex facto impio nullum lucrum capere poſſit delinquens [c]. Dum tamen in hac diſtributione ut plurimum peccatur, 2
rectè à Marciano [d] obſervatum: *Perſpiciendum eſſe judicanti, ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit. Nec enim aut ſeveritatis aut clementiæ*

a *Arg. l. 1. C. Pro quibus cauſ. ſervit.*
b *L. 3. ff. depoſiti.*
c *L. fin. C. de reb. cor. l. 37. in fin. ff. de minor. vig.*
d *L. 11. ff. de pœnis.*

tiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo judicio, pro ut quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in levioribus cauſis proniores ad lenitatem judices eſſe debent, in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. Sic procurandum ne vulgi locus
3 petulantiæ detur, neque aliis permittatur huic ut inſultent; Unde Ciceroni viſum [e], Ita probandam eſſe manſuetudinem ac clementiam, ut adhibeatur reipub: cauſa ſeveritas, ſine qua adminiſtrari civitas non poteſt. Et ſic in Oratione pro Sexto Roſcio Romani laudantur; qui cum intelligerent nihil tam ſanctum eſſe, quod non aliquando audacia violaret, ſupplicium ſingulare in parricidas excogitaverunt, ut quos natura ipſa in officio retinere nō poſſet, ij magnitudine pœnè maleficio ſubmoverentur. Atque alibi idem Orator: *Si eos qui natura cives, voluntate hoſtes, ſalvos velites, quid tandem intereſt inter te & illos. In corpore ſi quid ejuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, uri ſecarive patimur, ut membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: Sic in reipub: corpore, ut totum ſalvum ſit, quidquid eſt peſtiferum amputetur.* Dura vox. multo durior: ſalvi ſunt im-
4 probi, ſcelerati, impii; Deleantur innocentes, honeſti, boni, tota tandem reſpub:, Igitur

malum & immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Durum;

e Lib. 1. Offic.

f Philipp. 8.

Durum, imò durius clementiæ aura homines frui
nequam & improbos, probos contra frugi, inno-
centes, contriſtari, affligi, opprimi, in diſcrimen
ac periculum totam rempub: trahi. Ubique non 5
præterita, ſed futura ſpectentur. Non tam ob pec-
catum pœna irrogetur, quam ne peccetur. Vete-
rem enim qui ſuffert injuriam invitat, irritat, &
proritat novam. Paucis injuſtis qui parcunt, plu-
rimos bonos injuria afficiunt. Improbos ſervando,
bonos perditum eamus. Interim ſi verò eſt apud
nos locus, non inhumanitas, ſed ſumma potius
humanitas eſt paucorum animadverſione multos
ſervari. Cum & miſericordia in facinoroſos con-
ceſſa, juſtorum crudelitas ac perditio ſit. Unde Pla-
to, cauſas pœnarum finales examinans, eas infligi
oſtendit, non præteriti facinoris gratia; quippe
factum, infectum fieri nequit, ſed futuri temporis
ratione habita, ne is qui injuriam fecit, tale quid
iterum committere audeat, aut valeat, & à vitiis
alii abſterreantur. Sanè Ariſtoteles [a], cum agit 6
de iis qui faciunt injuriam, inter alia affirmat, ad
injuriam inferendam illos pronos eſſe, qui latitu-
ros ſeſe, aut factum ſuum cum egerint, aut ſi non
latuerint, non pœnas daturos eſſe exiſtimant. Aut
amicos, miniſtros, ſocios habent, quibus freti, &
damnum aliis inferre, & latere, & non puniri
poſſint.

a 1. Rethor. cap. 12.

Digitized by Google

poſſint. Quibus etiam ſpes eſt propoſita depulſionis judicii, temporis dilationis, aut judicum corruptionis. Unde merito dicendum, legis virtutem
7 magis in ſervando, quam ferendo conſiſtere. Imo civitatem parvam aut magnam fieri, à legum cuſtodia, pœnarum præmiorumve obſervatione dependet: nam ſi omnes pœnarum metu, quę legibus ſancitæ ſunt, maleficiis omnibus abſtineant, cuncti beneficiorum præmiis invitati, officium facere ſtudeant, civitas florentiſſima efficietur, boni erunt
8 omnes, malus nemo. Pręmium ut pœnę quod opponitur eſt, nimirum benemeritis id pro merito diſtribuatur[b]. Ita Paulus, *Bonos non ſolum metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupimus*[c]. Licet autem virtus per ſe expetenda ſit, tanquam non mercenaria, ſed facto ſuo ſatis remunerata, quia ſecundum propriam naturam id fecit, quod facere conveniebat, & quo non facto ſibi ipſi moleſtiam intuliſſet.

Quæ ſibi ſufficiens ſemper pulcherrima merces.

Attamen ſecundum plurium corruptam naturam, vix ad virtutis cultum adſpiratur, niſi modo quodam eo flectantur, invitentur, deducantur. Laudatur quidem per ſe, ſed alget. Et Juvenalis.

Quis enim virtutem amplectitur ipſam
Præmia ſi tollas.

b *L. 4. C. de ſtatuis. l. 1. & fin. C. de legibus.*

c *L. 1. §. 1. ff. de Iuſt. & Iur.*

Digitized by Google

Et alius:

Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint
Non movet, & gratis pœnitet eſſe probum.

Unde cum è multis millibus vix quemquam reperias, qui factum bonum virtutis verum præmium ducat, ad ſtudium virtutis non modo trahendi, flectendi, ſed etiam quaſi cogendi ſunt; ſiquidem.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

Finis igitur hujus diſtributionis duplex eſt, unus 9
quo alioquin malefici à male faciendo deſiſtant,
bonum amplectantur. Alter, ut qui ſe pro ſalute
reipub: optime geſſere, remunerentur, præmio im-
munitatis afficiantur[a], quo cępto ſuo inſiſtant, ali-
os per eadem media ad ſimiles honores alliceant,
dum virtutis uberrimum alimentum honor eſt, ho-
nor ingenium alit, & ut in proverbio, artem, nec
non proprium virtuti alimentum idem honor[b] eſt.
Quare etiam præmiorum magnam rationem eſſe 10
habendam Cicero[c] docet, ut quæ rempub: conti-
neant. Atq; ideò Democritum tanquam numina
coluiſſe præmium & pœnam Plinius auctor eſt[d].
Hæc qui bene diſtribuit, omni ævo palmam prudentiſſimi Principis tulit. Malus reipub: ſtatus quidem eſt in quo nihil cuiquam licet, at ille peſſimus in quo omnia omnibus ex æquo licent. Con-

a *L.5.§.3. ff.de jure immunit.*

b *L.4.C.de ſtatuis.*

c *Epiſt. 6. ad Brutum*

d *2.Natur. Hiſtor.c.2*

tra

tra imprudentis eſt, nullum præmiorum modum
11 habuiſſe. Quocirca hęc res tanti momenti ducta,
ut eorum juſta collatio, pro ſalute cujuſque reipub:
penes ſummam poteſtatem ſolum reſideat, ut Prin-
ceps homines omnes jure naturæ æquales [e], hos ſu-
per alios extollat. Poteſtatem à Deo acceptam aliis
communicet, quandoquidem ſolus ſuper omnia
excellit, atque omnia per univerſam rempub: diſ-
ponit. Cujus ergò eſt leges ferre, magiſtratum
creare, ejus quoque eſt beneficia diſtribuere; dig-
nitatum ordines legibus definire, & dignis diſpar-
tiri [f]. *Nobis jubentibus*, (inquit Imp:) *dignitas ſuſti-
netur* [g]. Cui conſequens eſt, neminem privatorum,
ſine auctoritate Principis titulos aut inſignia dig-
nitatis uſurpare [h] poſſe. Et quid ni dignitatum ha-
rum diſtributio ſummæ poteſtati conveniat, Prin-
ceps enim eſt qui quam optimè perpetuis vigiliis
de reipub: ſalute procuranda ſummum honoris fa-
ſtigium meretur [i]. Alto inſiſtens ſolio optimè hu-
miliorum virtutes deſpiciens, civiumque animos
prolatis beneficiis devinciens munificentiam & li-
beralitatem ſuam in bene meritos exercet [l]. Sic
in Sacris: Rex honorat; Et quem vult honorari
honorat, ut ſuæ gratię participem faciat. Et eoſ-
dem quos beneficiis honorat, ſibi admodum de-
vincit, ut quavis neceſſitate ſuperveniente, hos tan-

e *L. 5. ff. Iuſtit. & jur. l. quod attinet ff. de R. I.*

f *L. fin. C. de legib. l. 1. ff. de conſtit. Princ.*

g *L. fin. C. de Conſul.*

h *L. eos §. qui ſe pro milite, ff. de falſis.*

i *L. bene à Zenone in fin. C. de quadr. præſcript.*

l *L. pen. C. de donat.*

Digitized by Google

quam ſacra fulcra ſemper penes ſe habeat. Quam pręmiorum gratiam ſi Princeps, vel populus liber, ſibi ab aliis præripi patiatur, neceſſe eſt totam majeſtatem in diſcrimine poni. Res ſanè cum detrimento & jactura reipub; conjuncta.

CAP. XVI.

JUS NOBILITANDI.

1. *Princeps ſolus nobilitat.* 2. *Nobilitas ſtatui ſplendorem adſert.* 3. *Virtus principium nobilitatis.* 4. *Nobiles unde dicti.* 5. *Quare neceſſarii.*

Princeps ergo, ſive ſumma poteſtas, vel Imperatoria majeſtas cum in ſe dignitatum theſauros habeat, fons & origo dignitatis ſit, jus regale nobilitandi, quoque exercet [a]: Unde & nobilitas nova regiæ potentiæ opus dicitur, nec aliis facile communicatur. Nobilitas ſtatui ſplendorem impartitur. Quo præſtantius eſt in quod geris imperium, hoc magnificentius & ſplendidius regnas. Et ut ait Juſt: Imp: [b] *Quanto quilibet præeſt melioribus, tanto major ipſe & honeſtior eſt.* Quinimo cum virtus principium nobilitatis ſit, nobilitas abſque virtute non conſiſtat, hi qui belli paciſve tempore ſeſe optimè 1 2 3

[a] *L. quoties 3 § viros autem 2. C. ubi Senat. & clariſſ. l. 3. C. de conſul.*

[b] *Nov. 15. in fin. proæm.*

timè pro Repub: geſſerunt, virtutum ſuarum claritate per Principem titulis, armis, & inſigniis nobilioribus decorantur, inter poſteros eminent: præſumptione, per tempora eorum nobilitatem adauctam; niſi verè conſtet hos ab antiqua proſapia degeneres, exuta majorum virtute, ad damoſa facinora, & vitiorum exercitia inclinare.

---- Quis enim generoſum dixerit hunc, qui
Indignus genere & præclaro nomine tantum
Inſignis? Nanum cujuſdam Atlanta vocamus?
Æthyopem Cygnum. Parvam extortumque puellam
Europen: &c.

4 Nobiles porrò dicti, quaſi non viles, vel quaſi noſcibiles; ejus naturæ, ut non ſolum ſibi, ſed poſteris ſuis in infinitum eandem nobilitatem ab Imperiali

5 culmine accipiant[c]; Idque in ornamentum tutelamve Reipubl: ut eruditiſſimorum conſilio non minus ſplendeat, quam fortiſſimorum militum audacia ab omni injuria vindicetur[d], & utrumque tempus, & bellorum, & pacis rectè gubernetur.

c *Papon. arreſt. lib. 5. tit. 4.*

d *1. Reg. c. 20. v. 2. Auth. habita* C. *ne filius pro patre.*

CAP. XVII.

LEGITIMATIO.

1. *Legitimatio, quomodo & quibus fiat requiſitis.* 2. *De agnatorum, cognatorumve conſenſu.* 3. *Filius naturalis legitimationem ratam habere debet.* 4. *Conceſſa legitimatio, non retractatur.*

Supremæ poteſtatis tutelam, legitimatio, adoptio, arrogatio, & venia ætatis quoque deſiderant̃. Legitimatio eſt legis actio, qua liberi naturales efficiuntur legitimi, ſummæ poteſtatis ſubjecta juriſdictioni[a]. Et fieri ſolet precibus à patre filii naturalis Principi oblatis; idq; ſi alio modo naturalis filius per ſubſequens matrimonium legitimus fieri nequit: Nam ſi matrem filii naturalis pater uxorem ducere poſſit, fruſtra ab Imperiali benevolentia auxilium petit, cum per ipſum patrem ſtet, quo minus legitimetur[b]. Nec extraordinarium beneficium obtinebit̃: Quia jus legitimationis inventum non eſt, ut fornicationis turpitudinem tegat̃[c]. Porrò ad obtinendam legitimationem, & illud requiritur, ut pater alios legitimos liberos non habeat[d] (quoniam his paterna hereditas debetur, cujus vivente adhuc patre Domini exiſtiman- 1

[a] *Nov.74. cap.2. nov. 89.cap.9.*

[b] *C. tanta. Qui filij ſint legit.*

[c] *Nov.89. c.9. nov. 74. c.2. & ibi gloſ. in verbis Permittimus.*

[d] *D. nov. 89.cap.9.*

Digitized

iſtimantur[e]) niſi filiorum conſenſus intercedat, qui ea in re admodum neceſſarius eſt, ut abſque eo ne[f] Princeps quidem contra naturalem æquitatem, naturalibus liberis ſubvenire poſſit. Accidit nihilominus aliquando naturales filios à Principe legitimari adhibita clauſula renunciativa, de non ſuccedendo ab inteſtato in bonis paternis. Cognatorum
2 agnatorumve conſenſum, oppoſitionemve fruſtraneam eſſe in hac cauſa Impp: voluerunt[g]; nullum enim eorum præjudicium verſatur, cum in bonis viventis agnati, cognative eo vivente, nullum jus acquiſitum habeant, nec futuri heredes neceſſarii exiſtant; imo extraneo (modo turpis perſona non ſit) excluſis amicis naturalibus & civilibus, tota hæreditas relinqui[h] poſſit. Idque ex præſcripto legis quæ unicuique liberum teſtandi de bonis ſuis voluntatem largitur[i]. Si igitur his invitis pater naturalis legitimationem filii ſui petere poſſit, multo magis ignorantibus[l]. Nihilominus tamen hos legitimatos agnatis non conſentientibus aut de legitimatione ignorantibus ſuccede Bocerus ſtatuit[m]: Licet hoc in feudi ſucceſſione locum non habeat, nec ſecundum Fachineum[n] Principis poteſtas ſeſe eo uſque extendat. Ubi nonnulli differentiam faciunt inter legitimationem per ſubſequens matrimonium, & per reſcriptum Principis; confirman-

e § 2. Inſt. de hered. qualit. & differ.

f L. Prætor 2. § merito 10. ff. ne quid in via publ.

g Nov. 74. & 89.

h L. 27. C. inoff. teſt.

i L. 1. C. de ſacroſ. Eccl.

l Arg. l. qui poteſt ff. de Reg. Iur.

m De Reg. c. 2. n. 93.

n 7. Contr. 49.

firmantibus aliis ex nuptiis ſubſequentibus ſucceſ-
ſionem fundatam[o], & quotidie confirmatam eſſe[p].
Reclamantibus aliis (nixi theoriæ, ut dicunt, fun-
damentis) talem ſucceſſionem jure civili Roma-
norum non ſubſiſtere[a]. Filium quod attinet, legi- 3
timationem à patre petitam & obtentam, nolens
volens ratam habere debet, quia injuſtum eſt, ut
ſortem metuat[b] paternam. Et hæc legitimatio 4
adeò firma eſt, ut nec per ſubſequens matrimoni-
um, nec per filios ex ſequenti matrimonio natos an-
nuletur[c]; nimirum quia ex poſt facto irritari non
poteſt, quod ſemel ritè factum eſt; cum etiam quę
ſemel legitimè conſtituta ſunt, durent, licet poſtea
caſus evenerit, quo conſtitui non potuiſſent.

o Covarr. tom.1. part. 2. cap. 8.
p Schurff. cent.1. conſ. 1. n. 16. Mynſ. 5. obſ.42. n2.
a per. tit. 26. §. naturales lib. 2. de Feud.
b d. nov. 89. cap. 1.
c arg. l. 3. C. de confirm. tut. l. 25. C. de admitt. tutor.

CAP. XVIII.

ADOPTIO, ARROGATIO.

1. *Quid ſit adoptio.* 2. *Adoptionis & arrogationis differentia.* 3. *Adoptio legitimationem imitatur.*

Adoptionis, arrogationiſve jus etiam ad Princi-
pem pertinet. Adoptio ſecundum JCto, actus 1
eſt legitimus naturam imitans[d], ad ſolatium eorum
qui liberos non habent inventus[e], vel naturæ ſimi-
litudo eſt, ut aliquis filium habere poſſit, quem
non

d §.4. Inſtit. de adopt.
e §.10. Inſtit. eod.

Digitized by Google

non generavit. Sed cum ejus uſus Romanis fre-
2 quentiſſimus eſſet; hanc Magiſtratui ordinario Princeps commiſit, arrogationem tantum ſibi reſervavit; quæ accidit cum Principis auctoritate adoptamus eos qui ſui juris ſunt[f]. Et ideò Princeps hanc ſibi retinet poteſtatem, quia arrogando aliquid de exercitio libertatis ejus qui arrogatur, minuitur, in cujus conſervationem Princeps ſpecialiter etiam conſtitutus eſt. Adoptio Legitima-
3 tionem imitans, filii legitimi conſenſum deſiderat, ne ei invito ſuus hæres agnaſcatur[g], & exemplo legitimationis aliorũ amicorum vocem ſpernit[h].

f *L. 2, in pr. ff. de adopt. & §. 1, Inſtit. eod.*

g *§. 7. Inſt. eod.*

h *L. cum adoptio, ff. eod.*

Cap. XIX.

VENIA ÆTATIS.

1. *Jus hoc pleniſſimæ poteſtatis eſt.* 2. *Major factus per Principem immobilia vendere non poteſt.* 3. *An major factus reſtitui in integrum poſſit.*

1 NEC jus veniam ætatis tribuendi regale eſſe ambigitur, quia non eſt imperii, nec juriſdictionis, ſed pleniſſimæ poteſtatis[a]. Vocaturque Privilegium à Principe conceſſum minori 25 annis, qui eſt major viginti, ſi ſit maſculus;

a *L. 2, C. de his qui ven. ætat.*

A a vel

vel octodecim, ſi ſit fęmina, ut è curatoris poteſtate exeat, & rerum ſuarum adminiſtrationem ſuſcipiat [b], ſicut in omnibus pro majore habeatur [c]. Et ſummæ poteſtati hanc competere ex eo patet, quod Scipio Africanus adhuc minorennis affirmabat, ſe ſatis annorum habiturum, ſi populus Romanus modo vellet. Videtur tamen ex nova Leonis conſtitutione [d], Magiſtratum ordinarium, veniam ætatis concedere potuiſſe. Hollandiæ Curia, eo quod ad Principalem auctoritatem cognitionemve pertineat, eam concedere [e] olim recuſavit; ſupplicanti reſpondens per Griphiarium, cui libellus à Patrono per Procuratorem oblatus erat, illud non juriſdictionis, ſed imperii eſſe, & idcirco ab Ordinibus ipſis petendum. Quod & etiamnum ſic obſervatur. Et quamvis minores veniam ætatis impetraverint, immobilium tamen alienatio abſque Principali reſcripto ipſis inhibita [f] eſt; niſi revendi fundus, parentis conſenſu creditori venditori debeat [g]. Nec omittendum impetrationem hanc vires ſuas extendere circa res poſt impetrationem contractas, & non ad convētiones celebratas, priuſquam auxilium Principale conſummatum eſſet: quoniam tunc alio remedio opus non habentes, jure minorum ordinario uti poſſunt [h]. Minor etiam venia ætatis impetrata, ſecundum quoſdam DD:

2 (beside "ſervatur. Et quamvis…")

b *Pacius. defin. lib. 8 n. 44.*
c *L. ſtractor. 10. C. de appell. l. ult. C. ſi major. fact. alien.*
d *Conſtit. 28.*
e *Anno 1637. die Nov. 27.*
f *L. illud requirend. C. Quand. decret. opus non eſt.*
g *L. 1. C. eod. & ibi Cujac.*
h *L. 1. C. de his qui ven. ætat. l. fin. C. ſi major fact. alien. ſine decret. fact. rat. hab.*

DD. poſt læſionem, ejuſdem veniæ beneficio reſtitui poteſt, tam quoad reſcriptum Principis, quam quoad ipſam læſionem, poſt reſcriptum per contractum ſuum illi illatum. Quod tamen alii negant [i].

[i] *Weſemb. in parat. ad titul. de his qui ven. ætat. & ibid. Duar.*

Cap. XX.

JUS VITÆ, AC NECIS.

1. *Jus vitæ ac necis de jure regalium eſt.* 2. *Pœna ſemper certa eſſe debet.* 3. *Hanc egredi judex non poteſt.* 4. *Sed ſolus Princeps.* 5. *Clementia Majeſtati propria.* 6. *Hæc quandoque ſtipulationibus reſtringitur.* 7. *Princeps à nimia lenitate & crudelitate abſtineat.* 8. *Læſorum rationem habeat.* 9. *Caſus quibus remiſſiones improbantur.*

1 Iuris regalis quoque agmen jus vitæ & necis ducit. Legisferendi poteſtas gladio armata, virtutem coërcitionis delictorum quæ ſponte, & ignoranter contrahuntur in ſe continet [a]. Legis virtus puniendo conſiſtit [b], tranſgreſſores pro delictorum qualitate, alios pœna corporali, alios pecu-
2 niali & ſimilibus emendans [c]. Delictis enim variis, variæ legibus pœnæ conſtitutæ ſunt; unde illud in jure: *Pœnæ legibus inſertæ* [d]. *Pœnæ legibus, edictove* ero-

[a] *L. 2. ff. de legib.*
[b] *L. 7. ff. eod.*
[c] *L. 57. & 58. C. de decur.*
[d] *L. 5. C. de legibus.*

Digitized by Google

erogatæ, quibus contenti eſſe debemus[f]; Neque extra eas agere aut pati, condemnare aut condemnari [g]. Ubi dicitur: *Pœna non erogatur, niſi quæ quaque lege, vel quo alio jure ſpecialiter delicto aliquo impoſita eſt.* Se- 3
cundum hanc judex ordinarius ſententiam ſuam formare debet, nec punctum ab ea deflectere, licet contra conſcientiam ſuam (ut quidam volunt) eſſe poſſit; quia ſubalterno pœnę erogatæ juſtitiam examinare non competit. Non magis quam ut major minori ſubjectus ſit. Et ſic Pariſiis inhibitum Parlamento fuit [h]: Ne ſeſe examinationi regalium conſtitutionum immiſceant. Carolus IX. Rotomagenſi Magiſtratui, litteras quaſdam aſſenſu ſuo probare recuſantibus, reſpondit: *Je ne veux plus, que vous meſliez d'autre choſe, que de faire bonne & briefve juſtice: car les Roys, mes Predeceſſeurs ne vous ont mis au lieu, ou vous eſtes, que pour c'eſt effect, & non pour vous faire, ny mes Tuteurs, ny Protecteurs du Royaume.* Extra enim legem quidquam ſtatuendi jus ordinarii non habent [i], nec extra legis preſcriptum judicandi [l]: niſi & ipſi puniri velint [m], ut qui faciant litem ſuam, & ſe ſuppliciis involvant, dum aut per gratiam, aut per ſordes juri deſunt, ac juſtitiæ. *Adeo à Principali reſcripto dependet juris dignitas, ut judicantium voluntati quidem facti quæſtio, ſed non juris auctoritas ſubjecta ſit.* Et ſic judicantibus termini pœna-

e *L. 42. in princ. ff. de bon. liber.*
f *L. 19. ff. de verb. obl.*
g *L. 131, ff, de verb. ſign.*
h *A. 1163 Sept. 24.*
i *Arg. l. relegati ff. de pœnis & ibi DD. l. 1, §. fin. ff. de quæſt. l. fin. de offic. procurat. cæſ.*
l *C. irrefragabili. De offic. judic. ordin. l. pœnam C. de pœnis, l. præſes C. de tranſact.*
m *L. 1. §. 2. C. ad l. Cornel. de falſ.*

pœnarum conſtituti ſunt, intra quos ſubſiſtere debent[n]; niſi appellationi ſubjecti eſſe velint[o]. Cum
4 Principis ſolius ſit de his diſponere[p], qui ut lex mortua, munus & inventum Dei eſt, viva lex ea exequitur, quæ pro temporis ratione augendo[r], diminuendo, condonandoque ad ſalutem Reipubl: pertinent; cui exercendo à Deo data hominibus accepta delatave omnis poteſtas. Non ut inventione pœnæ extraordinariæ delectetur, ſed alios ad peccandum proclives aliorum exemplo à peccato
5 arceat, terreatve. Non ut maleficia impunita relinquat, ſed ea remittendo clementiam ſuam, & humanitatem (majeſtati propriam ac familiarem) ſubditis oſtendat, & ad meliorem vitam, extinctis indulgentia Principis criminibus[a], pœnitentem reum abſolvat. *Imperialis benevolentiæ proprium hoc eſt* (inquit Juſtinianus Imp:) *ut ſubditorum commoda tam inveſtigare, quam mederi procuremus. Nam ita credimus Dei benevolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam, quantum noſtræ naturæ poſſibile eſt, imitari, qui quotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignamur, & pœnitentiam ſuſcipere noſtram, & ad meliorem ſtatum eam deducere*[b]. *Delicti veniam pœnitentibus damus. Indulgentia noſtra, quos liberat, notat, nec infamiam criminis tollit, ſed pœnæ gratiam*[c] *facit. Crimen ſupplicantibus indulgemus*[d], *vitam Imperatoria ſpecialiter lenitate*

n *l. 29. C. de nupt. nov. 30. c. 1. l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.*
o *L. cum prolatis* C. *de re jud.*
p *L: 31, ff, ad l.* C*orn: de falſ:*
r *L. 4. in fin. l. 27, l. 31, ff, eod. & l. 20,* C. *eod.*
ſ *L. 57. in pr:* C. *de Epiſc. & Cler:*
a *L. 2.* C. *de gener. abolit.*
b *L. 23, in pr: c. de nupt. nov. 134,* C. *13, & in l. 4,* C. *de hæret.*
c *L. 15.* C. *Theodoſ. de indulg: crimin:*
d *L. 7,* C. *de precib:*

concedimus [e]. *Deſertorem in prima deſertione reſtituimus* [f]. Quæ lenitates, reſtitutioneſve in quibus potiſſimum delictis locum habeant, paſsim à DD. explicatur [g]. Sed ne ultra juſtum & æquum hæc benevolentia prorumpat, liberi populi ad eligendum Principem parati, quandoque ſtipulationibus caſus quoſdam excipere conſuevertunt, quibus gratiam præſtari volunt, ac nolunt. Sic Brabanti poſtularunt, Philippus II. Hiſp. Rex, iiſdem reſpondit: *Raptor virginum, quique illi in facinore auxilio fuere, & ſimiliter qui illum in Brabantia ſuſceperit, quave re juverit, quatenus amittere poſſunt, in perpetuum vitam, bonaque amittent. Si quis vero minorem, legitima ætate puerum, puellamve rapuerit ad ſtruprum, aut abduxerit, illi, quique ei auxilio fuere, citra ſpem veniæ, vita boniſque privabuntur, neque quenquam in eo ſodalitium D. Petri, Privilegia municipalia, Litteræ ſcabinales, aut quidquam aliud tueri poterit, quo minus ex Provinciæ legibus cum eo agatur.* Et ne violentius juſtitia exerceatur: *Infortunia domeſtica, quæ quocunque modo (ſine culpa tamen) aut ipſis aut liberis ipſorum, aut mercenariis, aut cuiquam è familia contingere poterunt, & mortis cauſam dabunt, à quacunque pœna & publicatione bonorum exules erunt & liberi.* Principi igitur hic prudenter agendum erit, 7
ut juſtitiæ lancem ex æquo ſuſpenſam æqualiter dirigat, ejuſque ſecurim jure diſtringat. Ne ſua cru-

6 (margin, beside "plicatur g. Sed ne ultra juſtum")

e *L. 5. § 1. C. ad l. Iul. Majeſt.*

f *L. 5. §. 3. ff. de re milit.*

g *DD. in l. quid ergo. §. pœna gravior. ff. de bis qui not. infam. Gomez. reſol. lib. 3. tit. de bomicid. n. 60.*

crudelitate, aut mollitie, in ſubditorum odium, aut contemptum incurrat. Utrumque enim Principem evertit. Lenitas contemptum, ſeveritas odium, & defectionem parit [b]. Crudelitas infame vitium eſt ſub qua virtus atteritur, victoria langueſcit, ſopita gloria in infamiam convertitur, animi pariter & corporis vires expugnantur. Molli tamen lenitate melius, quoniam virtutum cuſtos ſeveritas eſt, ſuppreſſos bonis artibus, moribuſque inſtruens, ſubditos religioſos efficiens, & in pace continens. Melius tamen miſericordiam cum juſtitia miſceat, ne fatuus ſit. Iuſtitiam cum miſericordia jungat, ne crudelis tam in leſos quam læſi agnatos reperiatur.

b 1. Reg. 12 v. 16. Ariſtot. 5. polit. 10.

8 Et ne in his quidquam injuſtè Brabantis obtruderetur, iiſdem olim cautum fuit: *Principem, homicidam in Provincia non recepturum priuſquam occiſi cognatos reconciliaverit ſuperſtes.* Unum ne facilè admitteretur; Alterum ne talis admiſſio amicis civibus injurioſa foret.

9 Cæterum etiam animadvertendum jus illud demum penes Imperatorem reſidere, quando remiſsio pœnæ non vergit in præjudicium tertii, vel Eccleſiæ; cum privilegium in præjudicium tertii nullo modo ſubſiſtat [a]. Per occurſum Cardinalium Romæ, aut preces mulierum ſeſe ad nuptias offerentium, Sicarios, Veneficos, Sodomitas liberari, non minus ineptum, quam injuſtum mihi videtur;

a L. 2. §. ſi quis à Principe, 16. ff. ne quid in loco publ.

videtur; cum ab altari ſuo hæreticos divelli etiam juſſerit Deus, juſtitiæ auctor.

CAP. XXI.

JUS ABSOLVENDI à juramento.

1. *Hoc jus ad regalia pertinet.* 2. *Cujus fori hæc abſolutio ſit.* 3. *Rationes quædam abſolutionis.*

1 ET quoniam juramenti obſervatio ad vitam, ejuſque vituperatio in quibuſdam caſibus ad mortem, vel ſaltem ad pœnam pertineat, Ius abſolvendi à juramento poteſtati conceſſum, etiam inter regalia eminet [b]. Unde Cicero pro lege Manilia: *Quid tam ſingulare, quam ut ex Senatuſconſulto legibus ſolutus, conſul antè fieret, quam nullum alium Magiſtratum per leges capere licuiſſet?* Et hoc jus Cameræ Imperialis beneplacito ab Imperatore & Imperii proceribus, Germaniæ aſſeſſoribus datum [c].
2 Hanc abſolutionem quidam ſtatuunt, non Laici, ſed Eccleſiaſtici fori [d] eſſe, quanquam jure civili hæc res ſemper judicibus ſecularibus ſubmiſſa fuerit [e]. Et inquit Iulianus [f]: *Qui metu criminis in quo jam reus fuerat, poſtulatur, nomen militiæ dedit, ſtatim juramento*

[b] Rocer. de Regal. cap. 2. n. 135.
[c] Mynſ. 3. obſ. 99.
[d] Bodin. l. 3. de republ. cap. 3.
[e] L. fin. in pr. ff. ad Municip. l. adigere. 6 in fin. ff. de jure patron. l. 1. § 1. C. Qui milit. poſſunt.
[f] L. fin. ff. de re milit.

ramento ſolvendus eſt. Nimirum ab Imperatore, cui
juramentum fidelitatis & obedientiæ primo præ-
ſtitum eſt; De quo conſtat, ſic ſolvi ut collocatum
eſt [a]. Et generaliter per univerſum orbem obſerva-
tur, ut milites ſummæ poteſtati juramento fidelita-
tis, & obſequii devincti, non niſi per Principem,
aut à Principe ſpeciale ad id mandatum habente ab-
ſolvantur. Rationes abſolutionis ſive reſtitutionis
3 porrò in jure civili variæ ſunt. Et ſic reſtitui is po-
teſt, qui obſtante juramento de non agendo, enor-
miter læſus, abſolvendi à juramento ad effectum
agendi veniam petit; cujus modum & formam
alibi Gailius accuratè [b] deſcribit; ut & quando ob-
ligatorium juramentum [c] ſit. Quibus addit Myn-
ſingerus ex deciſione Cameræ Imperialis [d]: Abſo-
lutione à juramento impetrata, ut poſſit docere de
iniquitate contractus, renunciationis, tranſactio-
nis, vel alia qualitate, ſi poſtea probet de illa quali-
tate, ſecundariam abolitionem contractus ſuperva-
caneam fore; Nam ſi per relaxationem data fue-
rit licentia ad agendum, videtur etiam data ad im-
pugnandum [e].

a *L. ſecundum naturam ff. de reg. jur.*

b *Lib. 1. obſ. 23.*

c *Lib. 2. obſ. 42.*

d *Lib. 2. obſ. 57.*

e *Arg. l. qui procuratorem ff. de procur.*

Digitized by Google

CAP. XXII.

JUS RESTITUTIONIS.

1. *Princeps reſtituit.* 2. *Hoc jus quibuſdam caſibus communicatur.* 3. *Limitativè tamen.* 4. *Quomodo apud nos ſervetur.* 5. *Non facile condemnandum, nec abſolvendum.* 6. *Diſtinctio remiſſionis, gratiæ & abolitionis.*

IUS reſtitutionis ad hanc claſſem quoque redigendum Ulpianus[f] voluit, ubi inquit: *Præſes Provinciæ eum quem damnavit reſtituere non poteſt, cum nec pecuniariam ſuam ſententiam revocare poſſit. Quid igitur, Principi eum ſcribere oportet, ſi quando ei qui nocens videbatur poſtea ratio innocentiæ conſtitit.* Et inquit Caliſtratus[g]: *Divi Fratres Harruntio Siloni reſcripſerunt, non ſolere Præſides Provinciarum, ea quæ pronunciaverunt, ipſos reſcindere. Vetinæ quoque Italienſi reſcripſerunt, ſuam mutare ſententiam neminem poſſe, idque inſolitum eſſe fieri, quoniam id duntaxat à Principibus fieri poteſt.* Litteras Gratiarum à Principe conceſſas à Senatu tamen approbari debere Iulius Clarus docet[a]; quod ille ac nos *interinari* vocamus, ut conſtare poſſit an ſupplicis narratio, preceſve veritate nitantur. 1

Et ICti, cum dicant, *Præſidem eum quem damnavit reſtituere non poſſe*, ſignificant quibuſdam caſibus reſtituere 2

[f] *L. 1. in fin. ff. de queſtion.*

[g] *L. 27. ff. de pœnis.*

[a] *Lib. 5. §. fin. queſt. 59. n. 10. Pract. crim.*

Digitized by

ſtituere poſſe, atque hoc jus quandoque aliis judicibus communicari. Teſtes mihi ſunt tituli de reſtitutione majorum, minorumve, & ſimiles. Ait Prætor: *Ubi æquitas evidens poſſit ſubveniendum*[b] *eſt, ſi non ſua culpa, ſed parum exaudita voce præconis quis abſuerit, reſtituam. Quod metus cauſa geſtum erit ratum non*[c] *habebo. Quæ dolo malo facta eſſe dicentur, & juſta ratio eſſe videbitur, judicium dabo*[d]*. Quod cum minore quam 25 annis geſtum eſſe dicetur, ut quæque res erit animadvertam*[e]. Item, *ſi quia alia mihi juſta cauſa in rebus majorum eſſe videbitur, in integrum reſtituam, quod ejus per leges, Plebiſcita, Senatuſconſulta, Edicta, Decreta, Principum licebit*[f].

3 Et hæc communicatio non abſoluta ſed limitativa eſt. Primo ut adverſus propriam ſententiam non reſtituat[h]. Secundò ut minor Magiſtratus in majoris ſententiam non animadvertat, judicium ferat[i]. Tertio etiam ne rebus ad ſuam cognitionem juriſdictionemve non pertinentibus ſeſe immiſceat. Et quales illæ res ſint, quodammodo Ulpianus in explicatione de majorum reſtitutione perſequitur[l]. Idem IC: alibi etiam[m] ait: An autem & Prætor reſtituere poſſit queritur? Et mihi videtur, talia Prætorum Decreta non eſſe ſervanda: niſi ſicubi ex officio juriſdictionis ſuæ ſubvenerunt.

4 Apud nos judicialia civilia judicibus Provincialis Curiæ in accidentibus, in ſubſtantialibus ſupremæ

b *L. 7. ff. de in integr. reſt.*
c *L. 1. ff. quod met. Cauſ.*
d *L. 1. §. 1. ff. de dolo malo.*
e *L. 1. ff. de minor.*
f *L. 1. ff. ex quib. cauſ. major*
h *d. l. 1. ff. de queſtio. & d. l. 27. ff. de pœnis*
i *L. 18 ff. de minor.*
l *d. l. 1. ff. ex quib. cauſ major*
m *L. 1. §. 10 ff. de poſtulando.*

Curiæ in cauſis reſtitutionum mandantur. Quæ graviora ſunt, inter reſervata majeſtati computantur: ut ſi quis damnatus capite reſtituendus [n] ſit. Aut adverſus libertatem cuiquam ſubveniendum; hoc enim ſummæ poteſtati proprium, Prætori impoſſibile eſt [o]. Pariter ut contra res bis judicatas Princeps reſtituat [p]. Relegatis [q], deportatis [r], pœna metalli, ad beſtias damnatis [ſ], natalium [t] reſtitutioni, majeſtatis reo, illius beneficium ſubveniat;

A quo ſæpè rei nullo licet ære redempti
Accipiunt propriam donato crimine vitam.

Sed cum regali ſolio reſidebit, vitæ neciſque omnium Civium Dominus, proſpiciat cum Iuliano lentus ad condemnandum ſit, & lentior adhuc poſt condemnationem ad ignoſcendum, *Cum non remitti pœnam facilè publicè interſit*, & exemplum ſtatui, *ne ad maleficia quiſquam temere proſiliat* [a]. Quocirca etiam expreſsè cautum legibus Germaniæ reperitur, ne Iudex, & Aſſeſſores Cameræ in ejuſmodi gravioribus delictis, abſque prævio conſenſu quidquam agant [b]. Et apud Iudæos non niſi ex populi conſenſu dimittendi jus, Pilato diebus feſtis [c] erat. Itidem in Gallia obſervatum, per Principem exterum circa delictum per Cives Gallos commiſſum, in cauſa remiſſionis nihil validè diſponi. Licet etiam delictum in territorio Principis exteri perpetratum ſit,

n L. 9. & ult. C. de ſentent. paſſ.
o L. 10. 11. & tot. tit. C. ſi adverſ. libert.
p L. 18. §. 2. C. de minor.
q L. 5. ff. de reb. dub. l. 15. ff. ad municip.
r L. 2. ff. de ſentent. paſſ.
ſ L. 24. §. 1. ff. de fidei com. libert.
t L. 31. ff. de ſentent. paſſ.
v L. 3. & 4. ff. de natal. reſtit. l. 2. C. de jure aur. annul.
a L. 14. C. de pœnis.
b Gail. 2. de pace publ. c. 18. n. 17.
c Luc. 23. verſ. 17.

ſit, delicti tamen remiſſio à Rege Franciæ impetranda eſt. Quin imo ſi ab alio conceſſa fuiſſet, nullius momenti foret: quia gratia facta per Principem loci delicti, non ſuffragatur in loco domicilii, ſeu originis.
6 Et vulgò etiam inter remiſſionem, gratiam & abolitionem diſtinguitur, quaſi litteræ remiſſionis (ut ſuperius dixi) facti, juſtitiæve cognitione conſiſtant. Gratiarum autem, de proprio motu Principis, abſque ullius alterius inquiſitione facti, juſtitiæve dependeant; & abolitionis, quod Princeps ex plenitudine poteſtatis, omnia crimina, excepto ſolo crimine læſæ Majeſtatis divinæ & humanæ remittat. Quibus, ut dixi, caſibus imitari miſericordiam Dei Majeſtas videtur, quæ hac parte magis quam juſtitia apparet, licet divinæ Majeſtatis miſericordia, juſtitiave æquales ſint.

Digitized by Google

Cap. XXIII.
FEUDI COLLATIO.

1. *Feudi origo.* 2. *Inveſtitura.* 3. *Princeps liberè de feudis diſponit, ac cognoſcit.* 4. *Cognitio hæc nemini ſuſpecta ſit.* 5. *Tutius tamen Princeps imperii membra in conſilium vocat.*

ET veluti reſtituendi beneficium univerſaliter imperanti competit, ſic etiam collatio feudi regalis, non niſi à majeſtate dependet. Jus feudorum antiquiſſimum eſt, & proculdubio à populo Romano ortum, cum extra ſervos, liberi Actores, Procuratores, prædiorum Cuſtodes, Inſularii, Conductores, Emphyteuticarii, Chartularii, Præcarii poſſeſſores conſtituerentur. His primum poſſeſſio rerum quarundam ad tempus conceſſa fuit. Iiſdem poſtea cæpit concedi in perpetuum; verum ea conditione, ut ſe militiæ oneribus obligarent. Et cum poſtmodum aucto ditionibus, Provinciiſve Imperio hæ poſſeſſiones etiam terris amplioribus, viris de repub: benè meritis, concederentur, eos Feudatarios barbaro vocabulo appellabant; Et id quod poſſidebatur, feudum; tanquam, *Fidem. Eam. Veram. Domino. Vero. Meo.* quaſi plenariam fidem pro feudi poſſeſſione Domino directo, qui feudum 1

con-

2 conceſſerat, promiſiſſent. Feudi inveſtitura olim
per inſigne vexilli conferri ſolebat. Nam ut ſcri-
bit Otto Friſius[a]. *Antiquitus regna per gladium, Provin-
ciæ per vexillum tradebantur.* Eaque ſolus confert
Princeps[b], ut ſine ejus conceſſione, inveſtitura, &
cognitione immediata feuda ad aliquem pertinere
3 nequeant[c]. Idque adeò liberè ut feudum Imperio
apertum alicui cui placuerit, tribuere[d] poſſit; uti
etiam dato vexillo antiquitus reſignabantur[e]. Et
cum ad Principem ejus conceſſio, ſive diſtributio
pertineat, merito etiam abſque interventu aliorum,
de hiſce majoribus feudis; ut ſunt Ducatus, Princi-
patus, Comitatus, Marchionatus, eorumve poſſeſ-
ſoribus legitimis, regulariter officia debita exigit,
ac de re feudali cognoſcit. Obſequium enim & fi-
delitatem cum pollicentur, majeſtati ſummæ con-
venit fidem eam veram ab his, atque aliis omnibus
4 ſibi ſubjectis, exigere[f]. Quæ cognitio nemini
ſuſpecta eſſe debet, aut poteſt; Non debet, quia fi-
delitas & obſequium Principi ut viro bono debetur,
promittitur, non in nudam voluntatem confertur[g].
Non poteſt, quia quæ facta lædunt pietatem, vere-
cundiam, & contra bonos mores fiunt, ea nec facere
nos poſſe credendum[h] eſt, ſive natura ſint impoſſi-
5 bilia, ſive jure[i]. Tutius tamen conſuluere politici
humaniores, exemplo negotiorum graviorum, quę
magnus

a *Lib. 2. cap. 5.*
b *Gail. 1. obſ. 1. n. 11*
c *Menoch. conſ. 32. n. 9. & conſ. 612. n. 4.*
d *Bocer. c. 9 de regal. n. 15.*
e *Otto Friſius d. lib. 2. cap. 32.*
f *Car. Mol. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. § 2. Gloſſ. 3. n, 7. Surd. conſ. 178. n. 8. Gail. de arreſt. cap. 7. n. 10*
g *L. 75. in pr. ff. de legat.*
h *L. 15. ff. de condict. & demonſt.*
i *L. impoſſibiliũ 83. §. 5. ff. de verb. ſign.*

magnos requirunt judices[l], rectè facturum Principem, ſi cum ſtatuum conſilio, tanquam Imperii membris, illud faciat, abſque illis nihil determinet, in re quippe maximi momenti, & in qua de ampliſſima quadam parte univerſalis territorii[m] tractatur.

l L. non diſtinguemus §. de liberali. ff. de recept. arbitr. l. jam dudum C. ubi cauſ. ſtat. ag. oport.

m Petr. Serg. part. 1. quæſt. 2. n. 17.

CAP. XXIV.

PROVOCATIO.

1. *Quid ſit provocatio.* 2. *Principi tantum competit.* 3. *Provocationis diviſio.* 4. *Quas res Princeps provocet.* 5. *Alii præter Principem ab evocatione excluduntur.* 6. *In evocatione cautè agendum.* 7. *Evocatio præſumptione odioſa eſt.* 8. *Cognitio rerum evocatarum ex mandato ſpeciali communicatur.* 9. *De provocatione male informati ad melius informatum.* 10. *Cautio pro populis in unius imperium conſentientibus.* 11. *De privilegio fori.* 12. *Quid ſi provocatio extra provinciam, Privilegio ſublata ſit?* 13. *Aliis tamen judicibus cauſæ cognitionem injungere poteſt.*

Sequitur ſalutare, ſummum ac inſeparabile jus provocationis, veram præ ſe majeſtatem referens. Hujus verbi ſignificatio varia eſt. Noſtro ſenſu 1

Digitized by Google

ſu deſcribitur ab inferiore judice ad ſuperiorem, gradatim à ſententia lata, vel quolibet alio gravamine, illato, inferendove, legitima, & extrema facta appellatio, ſeu translatio. Provocatio hæc, ſpecies defenſionis, exemplo appellationum eſt, qua gravatis adverſus ſuſpectam judicis inferioris injuriam ſuccurritur [a]. Et cum ſpecies defenſionis ſit, naturalis dicitur [b], nulli impedienda, quia præſidium & aſylum innocentiæ [c] eſt; ut de Paulo Cæſarem appellante liquet. Quocirca etiam à quibuſdam pro Majeſtatis reo habetur, qui eam impedire
2 conatur. Summa hæc, ſive extrema provocatio appellata, quod ſuperius provocatione ad Principem ſit nihil; unde & juris regalis nuncupatur, quod ſummum juſtitię tribunal, & poſtremum ſententiæ elogium in tota Repub: conſtituat, tanquam ſi jura manu claudat, ut bene à Guntero obſervatum, cum ait:

--- ut præſens, quaſi maximus omnia judex
Claudere jura manu, cunctaſque recidere lites
Debeat. Atque omnis judex, omniſve poteſtas,
Atque magiſtratus, ipſo præſente quieſcant.

Sic ut provocatio ad Principem, velut ad ſummum judicem pertineat [d] inſeparabiliter. Ad nodum etiam ut ex ſententia Molynæi [e], & Jaſonis, judicibus inferioribus hoc jus ſalva libertatis maje-

 ſtate

a *L 1. ff. de appellat.*
b *L. 3. ff. de inſtitut. & jur.*
c *L. 1. C. de ſentent. præf. præt. nov. 82. c. 13.*
d *L. 2. §. 18. ff. de orig. jur.*
e *Ad Conſ. Burgund. tit. 1. §. 3. gl. 4. Iaſon in l. imperium n. 20 de juriſd.*

ſtate concedi non poſſit, nec qualibet auctoritate, conſuetudine, aut ullo temporis curriculo, præſcri-
bi. Provocatio hæc, ſive evocatio, alia tacita eſt, 3
alia expreſſa. Expreſſa, ſi verbum *Evocatio* mandatis inſeratur, ut in Gallia, his verbis fieri conſuevit: *Nous pour les cauſes deſſus dictes, icelles avons evoquè, & evocons de grace ſpeciale.* Tacita, eo ipſo quod Princeps abſque aliquo mandato parti, aut judici inferiori facto, incipit de cauſa cognoſcere; quam indirectam provocationem DD: vocant, cum expreſſis verbis ut plurimum voluntas cujuſque declarari ſoleat [a]: Sed plerumque præcipi prius inferiori conſuevit, ut intra certum tempus cauſam decidat, & definiat, priuſquam Princeps ſuo jure utatur. Fit etiam evocatio alia ad partis petitionem, alia motu
proprio. Et generaliter, ut dixi, ſummæ poteſtati 4
liberum eſt, quaſcunque cauſas coram judicibus ſui territorii pendentes, evocare, eoſve à ſententia ferenda liberare, quia judicium ſolvitur vetante eo qui judicare juſſerat [b]; Cum enim totam juriſdictionem illis adimere poſſit, multò magis ejus partem [c]. Et ſic lites inter pares poteſtates ſubalterno judicio, non ſubjectas, ut ſunt Parlamentorum judicialium, ubi Rex ſuperior eſt, Conſiliorum, Curiarum Provincialium, ad ſe evocare de proprio motu conſuevit, ne dum par in parem imperium nul-

a L. labeo ff. de ſupell. legat.

b L. judic. ff. de judiciis.

c L.76. in pr. ff. de rei vendicat.

Digitized by Google

nullum habet, partes ad arma veniant, diverſa ar-
reſta ſequantur[d]. Et unus ut alteri cędere nollet,
quiſque aquam ad ſuum molendinum (ut in pro-
verbio eſt) trahere conaretur, niſi pro reipub: tran-
5 quillitate, ſeſe Princeps interponeret. Gubernato-
res Provinciarum quod attinet, & reliquos qui vi-
cem Regis gerunt, eos evocare cauſas pendentes
non poſſe, dubio caret; quamvis ut ait Rebuffus,
in Gallia ſæpius ſua poteſtate, hac in parte, Recto-
res Provinciarum abutantur, volentes evocare à
Parlamentis ea jura quæ non niſi per Principem ip-
6 ſum juſtè evocantur. Porrò in cauſis ſingulorum
Princeps cautè agat, proſpiciatve ne partem damno
afficiat, ſi alterutra pars lite pendente, ſine magna
cauſa litem evocat; præcipuè cum ex parte provo-
cantis, & judicis à quo, quodammodo odioſa ſit,
& idcirco reſtringenda[a]; tum quia tollit præven-
tionem[b], atque illud: *De qua cognovit judex, de ea pro-
nunciare debet*[c]. Nec videtur Princeps voluiſſe in-
ſcius prejudicare proceſſui agitato inter partes. Hoc
cędit in prejudicium & contumeliam illius judicis,
qui jam de cauſa cognoſcere cęperat[d]. Ac forſitan,
ſi pars ſupplicans verum cauſæ ſtatum expreſſiſſet,
evocationem non obtinuiſſet, vel non ita facile[e].
7 Etiam evocatio odioſa eſt, quod vexationis cauſa
vulgò intentata præſumatur, impenſas intolerabi-

d *DD. in l. nulli C. de judic.*

a *L. cum quidam ff. de liber. & poſthum.*
b *L. ſi quis poſtea ff. de judic.*
c *L. de qua re ff. eod.*
d *L. litigat. ff. de arbit.*
e *C. cum poſtulaſti. de reſcript.*

Digitized by Google

les excitet, lites faciat penè immortales; & quod
præcipuum eſt, antiquum juſtitiæ ordinem evocans
ſpernere videatur, ac demum evocationem qui de-
ſiderat, de jure ſuo quaſi diffidere. Ulterius diſtin- 8.
guendum adhuc inter cauſas majores minoreſve,
quę aliquando provocatione carere, aliquando aliis
judicibus committi conſuevere[f], ſingulari induſtria
perſonaliter ad hoc electis; firma ſpe eoſdem aliter
non judicaturos, quam ſumma poteſtas, ſive Prin-
ceps ipſe, ſi adfuiſſet, judicium[g] dixiſſet, ut populus
Romanus eam inſtituto conſulatu conſulibus[h] con-
ceſſit, ad deinde Principibus, cum eis & in eos om-
nem poteſtatem transferret[i]. Hodie apud Venetos
XL. viris, in Belgio fœderato ſtatibus Provincia-
rum in ſua cuique Provincia ſacrè ſanctèque vice
populi commiſſa, ultra quos exemplo imperii Ro-
mani, ulterior provocatio non datur, utpote qui
ſuperiorem non agnoſcunt[l]. Adjiciendum hic 9
DDres diſputare, an ab Imperatore male informato,
ad melius informatum, & ut ajunt à dormiente ad
vigilantem rectè provocetur? Sed ejuſmodi petitio,
non appellatio, nec evocatio eſt, quia ab uno ad
eundem appellatio, nec admittitur, nec eſſe poteſt[a],
ſed potius quaſi appellatio, ſive ſupplicatio, dum
ſcilicet ipſius Principis benignitatem imploramus,
ut ex cauſa commiſerationis attente velit, pleniuſ-
que

f Nov. 82. c. 13.

g L. 1. §. 1. ff. de offic. præf. præt.

h L. 2. § 4. & 18. ff. de orig. jur.

i L. 1. ff. de conſtit. Princip.

l L. 1. §. ff à quib. appel. non licet.

a Arg. l. 13. §. 4. ff. ad S.C. Treb.

Digitized by

que cognoſcere negotium ; licet confitear appellationem, & ſupplicationem ab evocatione differre, quia illæ, finita lite, hæc lite nondum finita ; illæ ad ſubalterno etiam, hæc non niſi ad ſupremam
10 poteſtatem derigatur. Animadvertendum porrò pluribus populis liberis ſeparatim in unius Principis imperium conſentientibus, conclamantibus, cum centrum libertatis penes eundem Principem reſideat, perſonamque ejus ſequatur, cautè ſtipulari, & in actis, ut redigatur, petere, ſe provocationem civium ſuorum extra civitatem propriam non admiſſurum. Sic à Philippo Burgundiæ Duce*, olim nobis, Brabantiſq; promiſſum, eum qui in Provincia Hollandiæ vel Brabantiæ, Tranſmoſanave, apprehenderetur, extra eas Provincias non evehendum iri; nec permiſſurum Principem, ut à quoquam eveheretur. Quod & privilegiis, referente Bodino[b], conſedi ſolet. Duces Burgundiæ, Sabaudiæque, itidem Reges Neapoli, & Italiæ per privilegia ab Imperatoribus conceſſa, provocatione extra territorium exemptos, & jure non provocandi extra civitatem decoratos fuiſſe, refert purpuratus[c].
11 Quod jus tunc privilegium fori appellatur, cum forum ordinariè territorium illud ſit, intra quod ſupremus judex relativus, in facinoroſos poteſt animadvertere[d]; Nec non locus ille, ubi jus in eodem

* *Anno 1452. Iunij 11.*

b *Lib. 1. de repub. c. 10.*

c *Conſil. 404. n. 1. lib. 2. v. 2. Quia Peregrini.*

d *L. ſi pupillus §. territorium ff. de V. S.*

[e] C. forus 10. Extr. de verb. ſign.
[f] Lib. 1. de ling. latin.

territorio ſupremum redditur [e], dictum ab eo ſecundum M. Varronem [f], à *ferendo*, quod in eum locum litigantes controverſias ſuas deferant, ſicut negotiatores res quas vendere cupiunt, ad certa loca conferre conſueverunt. Unde & Greca imitatione, fora *Baſilica* dicta fuere, quæ ita ædificari ſolebant, ut in ſuperiore parte judicia, in inferiore negotia exequerentur. Et privilegium, ſive jus fori ejus effectus eſt, ut citra injuriam infringi non poſſit, ſententiam latam nullam faciat, ſic ut impunè ei non

[g] L. fin. ff. de juriſdict.

pareatur [g]. Attamen tenendum, quod ſi provoca- 12
tio extra Provinciam, privilegio ſublata ſit, aut de jure non evocandi inter populum Principemve conventum, ut de ſententia majorum Magiſtratuum, puta Parlamenti, aut Curiæ ad ſuperiorem non provocaretur, viam nihilominus ſupplicandi

[a] L. 5. C. de precib. Imp. offer. l. unic. C. de ſentent. præf. Prætor.
[b] L. 21. ff. de appellat.
[c] L. unic. C. Quand. Imp. inter pupill.

non intercluſam, ſed apertam eſſe [a]. Nec tunc 13
Princeps in foro provocationis conſtringitur, (ut ſolet communiter) cauſam ad inferiorem judicem remittere, ad quem in prima inſtantia tranſmitti debuerat [b], ſed à quibuſdam perſonis, præteritis intermediis judicibus, ut Curiam adeant, rectè injungere poteſt; ſcilicet in cauſa pupillorum, viduarum aliorumve miſerabilium perſonarum [c]; Ex Mandato Ordinum Hollandiæ Curiæ Provinciali commiſſum.

CAP.

Digitized by

Cap. XXV.

DE BELLI, AC PACIS JURE.

1. *Belli ac pacis jura prudenter obſervanda.* 2. *Cives inſtitutione actionum à propria ultione abſtineant.* 3. *Arma non ſumenda.* 4. *Niſi pro defenſione.* 5. *Civilis diſcordia amovenda.* 6. *Arma publici juris ſunt.* 7. *Quid ſit bellum.* 8. *Pœna injuſſu Principis, vel populi bella gerentium.* 9. *De Fecialibus antè belli initium mittendis.* 10. *Fecialium origo.* 11. *Eorum formulæ, & officium.* 12. *Effectus belli per Feciales pronunciati.* 13. *Bellum ut publicis auſpiciis geritur, ſic etiam finitur.* 14. *Fœdus à ſumma poteſtate dependet.* 15. *Fœdus inter liberos tantum validum.* 16. *Fœderatorum nomine obſides mittuntur.* 17. *Ut niſi fides impleatur, hi puniantur.* 18. *Feciales de injuriis illatis inquirunt.* 19. *Repreſſaliæ unde dictæ.* 20. *De origine repreſſaliarum.* 21. *Quid clarigatio.* 22. *Quare repreſſaliæ inſtitutæ.* 23. *A quo concedantur.* 24. *Quænam requirantur ut repreſſaliæ juſtæ ſint.* 25. *Repreſſaliarum definitio.* 26. *Inter quos locum habeant.* 27. *Repreſſaliæ facilius conceduntur, quam defenduntur.* 28. *Repreſſaliæ juris publici ſunt.* 29. *Quid in iiſdem probandum.* 30. *An injuſtæ ſint.* 31. *An licitæ.* 32. *Conceſſæ repreſſaliæ per Principem defendendæ.*

CAP.

CUM ſua ſint uti pacis, ſic & belli jura, finitur quippe bello pax, & bellum pace mutatur; ſintque utrique ſua confinia, omnimodo æquum eſt, ut & armata pax ſit, & bella quam maximè fieri poteſt, citra injuriam gerantur, utque majeſtatis pręſidio omnes homines tam belli quam pacis tempore tuti ſint; nec aliquo juris prætextu cives à civibus ſuis, ſocijsve lædantur, dum ſumma poteſtas hunc ſpecie tranquillæ pacis obrui, illum rurſus, quaſi armis leges nullæ ſint, rebus ſuis ſpoliari patitur: ut plerumque in iis accidit qui vel datæ fidei ſacramento ſeſe parum, aut nihil adſtringunt, vel militaris diſciplinæ reverentiam neglectam habentes, omnia potentiorum audaciæ exponunt, quibus vix reſiſti poteſt, niſi in omnibus, & maximè quidem in bello, ac pace, interveniente majeſtate, ordo inviolabilis ſervetur; Quod cum ſibi etiam propoſitum Iuſtinianus Imp: haberet, inquit: *Imperatoriam majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed & legibus ſuis armatam eſſe debere, ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis rectè gubernari poſſit.* Et hinc eſt quod merito ſummæ poteſtates belli paciſque jura inter regalia collocarint; nimirum quia in iis ſæpiſſimè totius reipub: cardo, ſalus & exitium, vertuntur; tanto prudentiori conſilio ſuſcipienda, gerenda, deponenda, quanto majus peri-

periculum ex pace, diſſipatiſque veteranorum cohortibus inſidiis vicinorum latentibus, & gliſcente diſcordia ab interno veneno unquam prorumpere
2 poſſet. A civibus igitur, tanquam in repub: proximioribus incipiendo, ſummæ poteſtati ad pacem conſervandam, & ne ſeditiones oboriantur inteſtinæ, convenit cauſa civium litigantium, decidendis proceſſibus judices ordinarios conſtituere, extraordinarios ſive deligatos eligere, ut coram his adverſarii citentur, ut ſi quas putent ſe habere petitiones, actionibus experiantur[a], excluſa privatorum juriſdictione, ſive ultione privata[b]. Nam *idcirco* (inquiunt Impp: Honor. & Theodoſ.) *Judiciorum vigor, juriſque publici tutela in medio videtur conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem.* Hæc mater injuſtitiæ, iniquitatis atq; inimicitiarum eſt; ex jurgiis ad verbera, ex verberibus in ſimultates erumperis; donec vires acquirens eundo, ex privatorum ac ſingulorum cauſis, familiarum commotiones, oppoſitionēſq; inexpugnabiles ſubſequantur, atque admodum augeantur, ut plerumque remota, aut ſpreta cauſa ex qua, vel ob quam, id quod acceſſorium eſt, cauſam primam ſive principalem longè antecedat~. Quibus ſeditionibus cum in repub: juſtitiæ publicæ beneficio mederi poſſit, non patitur Prætor ad arma, aut rixam procedere, quos

a *L. 13. ff. Quod met. cauſ.*
b *L. 43. in fin. ff. ad l. Aquil. l. 3. ſ. 9. ff. De vi & vi armat.*

ſua juriſdictione poteſt componere, innocentes abſolvendo, convictos condemnando, & ad ſolutionem juris remediis urgendo [c]; Idque decreto legis generalis: *Neminem ſibi eſſe judicem. Neminem ſibi jus dicere poſſe*; eo fundamento, quod iniquum foret in re propria, citra jusjurandum conventionale [d], alicui ſententiæ licentiam tribuere [e]. Quocirca 3
etiam ne debitores armorum vi terreantur præcipit Imp: [f]: *Nulli prorſus nobis inſcius, atque inconſultis, quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur.* Nec arma, niſi à milite, gerantur [g], nec privatis hominibus vendantur [h]. Attamen ne hinc injuriarum 4
naſcatur occaſio, unde jura naſcuntur, ſcilicet ſi facinoroſi innocentes aggrediantur, ac data lege juris religioſi ſeſe defendere non audeant, rurſus pro temperamento, pro defenſionis jure alia ſic lege cavetur: *Libera cunctis reſiſtendi tribuitur facultas, ut quicunque militum, vel privatorum ad agros nocturnos poſtulator intraverit, aut itinera frequentata inſidiis aggreſſionis obſederit, permiſſa cuicunque licentia digno ilico ſupplicio ſubjugetur: ac mortem quam minabatur, excipiat, & id quod intendebat, incurrat. Melius enim eſt occurrere in tempore, quam poſt exitium vindicare. Veſtram* (porrò ajunt Impp:) *igitur vobis permittimus ultionem: & quod, ſerum eſt punire judicio, ſubjugamus edicto: ut nullus parceat militi, cui obviare telo oporteat, ut latroni* [a].

Iuris

c L. 9. C. de obl. & act.

d tot. tit. ff. Quar. rer. act. non detur.

e L. unic. C. ſi quis in ſua cauſ. jud. vel jus.

f L. unic. C. de arm. uſu.

g Lib. 2. tit. 27. §. 1. de Feud.

h Nov. 15.

a L. 1. C. Quand. liceat unic. ſine jud. ſe vindic.

Digitized by

Juris naturalis eſt, inquit Florentin: JCtus, *ut vim atque injuriam propulſemus.* Jure hoc evenit, ut quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimetur[b]. Unde Ovidius: [b] L.3.ff.de Inſtit. & jur.

Judice me, fraus eſt conceſſa repellere fraude.
Armaque in armatos ſumere jura ſinunt.

Et vim vi pellere (ut ait Paulus) *omnes leges, omniaque jura ſinunt*[c]; ac proinde defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur[d]. Nullum factum pro defenſione ſui metuere[e] debet. Nec dubium, eum qui inferendæ cædis voluntate proceſſerat, jure cæſum videri[f]. Et hoc ſi tuendi duntaxat, non etiam ulciſcendi cauſa factum[g] ſit. Cuncti etiam adverſus latrones publicos, reſertoreſque militiæ, jus ſibi ſciant pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis, per Impp: Arcad. Honor. & Theodoſ. indultum. Quod tamen Leo Imp: ita reſtrinxit, ſi

[c] L.45.§.4.ff. ad l. Aquil. L.3.C.ad l. Corn. de Sycar.
[e] L.2.C. eod.
[f] L.4.C. eod.
[g] d. L.45.§.4.ff. ad l. Aquil.

5 inventus reſiſtere auſus fuerit. In civili diſcordia etiam cautè proſpiciendum, ne partes ad arma proſiliant. Superba potentiorum jurgia componantur, ſeditiones populares amoveantur. Circa hęc Majeſtatis poteſtas indulgentia, auctoritate, ut plurimum poteſt, maximè verſatur. Hos gratia, illos manu Regia in officio retinens: cum omnino è repub: ſit, ut bella inteſtina, quantum quibuſq; modis fieri poſſit, ſalva tamen majeſtate, extinguantur.

 Hinc

Hinc officio bonus civis ſe quoque offerre debet, cujus preſentia populo ſemper grata & accepta fuit, ut re oſtendat ſe magis pro ſalute reipub: quam in repub: eſſe.

Gratum eſt quod patriæ civem, populoque dediſti,
Si facis ut patriæ ſit idoneus.

Quod ut tuto tam reſpectu contendentium, quam eorum qui contendentes à rixa divertere conantur, fieri poſſet. Olim Philippus II. Rex Hiſpaniarum, Dux Brabantiæ eligendus, edixit; Si in Provincia Brabantiæ rixa, aut pugna contingat, à tempore rixæ, aut pugnæ viginti quatuor horis firma certaque pace potientur illi, qui adſtantium pacem expoſtularunt, & qui interea adverſus eos aliquid fecerit, pacis violator cenſebitur. Porrò cum arma omnia publici juris ſint, interdicta 6
omnibus privatis, abſque ſpeciali Principis permiſſione, armifactura eſt. *Proſpeximus*, inquit Iuſtinianus [a], *armifacturæ opus, nullum privatum operari; ſolos autem illos arma facere, qui in publicis deputati ſunt armifactoriis, aut qui dicuntur Fabricenſii.* Adeoque hæc arma Principi curæ ſunt, ut moveri de loco ad locum abſque principali prævia cognitione, conſenſu ſpeciali, & milites abſque Principalis ſerenitatis auctoritate, nullatenus transferri poſſint [b]. Et hoc eſt quod dicitur: *Armandia, armandiæque jura ſibi Prin-*

[a] Nov. 85. c. 1.

[b] L. unic. C. de arm. uſu. l. 1. & 2. C. quæ res export. non deb.

Princeps vindicavit[c], cui inſeparabiliter competit de bello, bellive rebus diſponere. Belli verbum publicum eſt, non privatum, ab uno populo libero, aut vice populi, decretum, vel ab alio libero populo, alteri populo illatum; qui tunc oppoſitè ex relativis homogeneis hoſtes appellantur[d]: cum alii non niſi latrones, prædones, ſeditioſi, latrunculi ſint, cujus rei materiam penes viros eximios, ſtudioque excellentes Ayalam, Albericum gentilem, & omnibus majorem, eoque incomparabilem Hugonem Grotium reperies.
7

8 Bella hæc ut interdum crebra oriuntur, & à finitimis quandoque acriora inferuntur[e], Principali curæ commiſſa, præcipiunt eum lege Iulia Majeſtatis teneri, qui injuſſu Principis, vel populi bella geſſerit, dilectum exercitum habuerit, comparaverit, quive cum ei in Provincia ſucceſſum eſſet, exercitum ſucceſſori non[f] tradidit. Nec duci liberum abſque ſpeciali ſummæ poteſtatis mandato cum hoſtibus confligere. Quod ſi in bello rem prohibitam fecit, aut mandata non ſervavit, capite punitur, etiamſi res bene geſſerit[g]. In Qu. Fabio, in Torquati filio exempla ſunt. Huic ſummo beneficio pœna remiſſa. Huic poſt triumphum cervix cæſa. Unde Paulus ait, *diſciplinam caſtrorum antiquiorem Romanis fuiſſe, quam charitatem liberorum*[a]. Et Plato[b]: *Si quis pacem, aut bellum fecerit*

c *C. 1. Quæ ſint Regal.*

d *L. 24 ff. de capt. & poſtlim. l. 118. ff de verb. ſign.*

e *L. 2. §. 18. ff. de orig. jur.*

f *L. 3. ff. ad L. Iul. majeſt.*

g *L. 3. §. 15 ff. de re milit.*

a *L. poſtliminium §. filius quoque ff. de capt. & poſt im. reverſ.*

b *Lib. 2. de legibus.*

privatim, *ſine publico ſcito*, *capital eſto*; quia hęc res tam difficilis, & ardua, ad neminem niſi ſummo imperio prædituм, pertinet; cujus ſpeciale officium eſt, ſua poteſtate & auctoritate, ſe, ſuamque Rempubl: adverſus externam hoſtium vim, tueri, defendere[c], idq; ſine ullius alterius neceſſario conſenſu, aut interventione; niſi ſpecialiter lege Regia aliter inter Populum & Imperatorem de hac cognitione, & conſenſu convenerit; ut olim [d] Philippus II. Hiſp. Rex, Brabantiæ, Lymburgiæque Dux eligendus, confirmandus ſpoſpondit: ſe ob cauſas Principatuum earundē Provinciarum contingentes, adverſus quenquam bellum non ſuſcepturum, aut pignorationem contra aliquam facere, faciendamve curare, niſi de conſilio, & conſenſu Ordinum Brabantiæ. Cęterum ubi Princeps non eſt, jus illud penes eos eſt, quibus imperii res conjunctim commiſſæ ſunt[e]. Et hinc Livius multoties: *Populus bellum fieri Æquis juſſit*. Item, *Populus hoc bellum frequens juſſit*. *Bellum ex auctoritate patrum populus adverſus Veſtivos juſsit*. Ulterius ne progrediar, priuſ- 9
quam ad bellum proceditur, *Feciales* emittuntur, accipiuntur, qui noſtro more **Herauten** vocantur. Hi bellum, bellive cauſam neceſſariam parti adverſæ explicant, quod antiquitus verbis ſolennibus fieri ſolebat. *Ac belli quidem æquitas*, ait Cicero, *ſanctiſſimè Feciali*

c *Arg. l.* 31 C. *locat.*

d *Anno* 1555.

e *Arg. l.* 24. ff. *de capt. & poſtl. reverſ. l.* 118. ff. *V. S.*

Digitized by

Feciali populi Romani jure præſcripta erat. Ex quo in-
telligi facile poteſt nullum bellum fuiſſe juſtum,
niſi quod, aut rebus repetitis gereretur, aut denun-
10 ciatum antè eſſet, aut inductum. Hoc jus Ancus
Martius Rex, ab antiqua gente, Æquicolis deſcrip-
ſerat, à quo bellicæ ceremoniæ, ut non gererentur
ſolum, ſed etiam indicerentur bella, aliquo ritu,
primum Romanis[f] ſunt proditæ; licet alii hoc Nu-
mæ Pompilio tribuant, à quo ſeptima ſacrarum le-
gum parte, Collegium Fecialium inſtitutum fuiſſe
11 aſſerunt[a]. Verba autem juris Fecialis hæc erant:
Belli, Pacis, Fœderum, Induciarum, Oratorum, Feciales[b],
Iudices ſunto. Horum apud Romanos officium fuit,
procurare ne fœderatis injuſtum bellum inferatur.
De bellis, fœderibus, pactionibus, & injuriis So-
ciorum activis, paſſivis, ut inquirerent. Agenti-
bus contra fœdus, legatos mitterent, qui verba initi
fœderis repetentes, & jus, & res nocivas clara voce
populo Romano dedi poſtularent. Quæ poſtulatio
Clarigatio dicebatur, & ſic ſolenniter fiebat: *Jovem
ego teſtem facio, ſi ego impiè, injuſtèque illas res dedier po-
pulo Romano, mihique expoſco, tunc patriæ compotem nun-
quam ſinas eſſe.* His peractis, ſi petitionem recuſa-
bant, renunciata prius amicitia, & ſocietate, ſi qua
fortè erat, poſt triginta dies, qui ſolennes fuere,
bellum indicere, captaque & hoſtili modo devaſta-
ta,

[f] *Livius, lib. 1.*

[a] *D. Halicarn. lib. 2. Antiq. Roman.*

[b] *Cic. lib. 2. de legib.*

Digitized by Google

ta, belli jure repetere incipiebant. Fecialibus bellũ prohibentibus, improbantibus, neq; conſuli, neq; ſenatui, neq; populo arma in hoſtes ſumere licebat. Maximum inter Fecialis *Patrempatratum* appellabant; & teſte Plutarcho is erat, qui vivo adhuc patre ſuo liberos alebat, quem Fecialis alius verbena caput, & frontem cingens, indicendi belli, aut percutiendi fœderis, Principem faciebat. Non ſem- 12
per Regi cum quo erat belligerandum, ſed & ad præſidium aliquod bellum nunciabatur, quo indicto, ſublatis commerciis militi arma capere, & copias cogere licebat, ad hoſtes ducere, excurſiones facere, prædas agere, fines populari, eoſque ferro ac igni devaſtare, frumenta ſuccidere, ædificia incendere, atque omnia hoſtiliter agere. Tyberiani tamen non prius cum hoſte congrediebantur, quam dies, locus, & decertandi hora ex fide, per Feciales hoſti denunciata eſſet. Similia ſunt quæ de uſu Campanæ Martinellę, totum menſem apud Florentinos impelli ſolitæ, habet in hiſtoria Florentina, Nicolaus Macchiavellus. Quod & ſic veteri-
bus Romanis obſervatum fuit. Et quoniam ut bel- 13
lum publici nominis auſpicio geritur, ſic etiam finitur, pacem quoque faciebant; & ſi parum legitimè facta videbatur, irritam reddebant. Ac jus belli perſonæ delatum, regulariter pacis faciendæ pote-

poteſtatem complectitur. Rectè Tacitus: *Donec referantur litteræ Neronis, an paci annueret:* niſi ſpecialiter conſtet, bello tanquam ad bellum, quemquam præpoſitum tantum eſſe, quo caſu aliud fortè eſſet dicendum; quamvis ut dixi, generaliter res ſeſe aliter habeat; cum bellum ſuſcipitur, ut inde pax placida ſequatur, belli finis non niſi pax optima ſit. Unde Cicero: *Ita bellum ſuſcipiatur, ut nihil aliud quam pax quæſita videatur.* Et Saluſtius ad Cæſarem: *Sapientes pacis cauſa bellum gerunt, & laborem ſpe otij ſuſtentant.* Manlius Capitolinus dicebat: *Oſtendito modo bellum, pacem habebitis.* Penes populum ſi jus illud remanſerit, abſq; populi conſenſu, neque geritur, neque finitur. Livius: *Poſthumius,* inquit, *ſponſione quæ injuſſu populi Romani facta eſt, non teneri populum Romanum.* Nec etiam ſi duces belli pacem, fœdus, contractumve in populari ſtatu cum exteris, abſque conſenſu populi liberi pepigerint. De his etiam ſi quid Imperatores, vel duces contra jurisjurandi religionem peccaſſent, Feciales cognoſcebant, atque expiabant; ut in eos hodie per ſummam poteſtatem, ubi Feciales non ſunt, animadvertitur. Nimirum, quia per privatos tanquam privatos fieri non poteſt id, quod publicam
14 expeditionem deſiderat. Et quoniam bellum, atque pax à ſumma poteſtate dependent, ſequitur &

Digitized by Google

fœderis pactionem ad ſummæ libertatis majeſtatem pertinere, nec ab eadē majeſtate ſeparari poſſe. Hujus quoq; rei curam Feciales priſcis temporibus gerebant. Non aliter tamen fœdera, cum ſociis, aut hoſtibus ſancire, aut pactiones ſuſcipere poterant, quam ſi Conſulis, aut Prętoris auctoritate, interveniente SC[ſulto] juſſuſq; populi, admitterentur. Fœ- 15
dus nullū niſi inter liberos populos conſiſtit. Subjectis, ut ſervis, ejus commercium interdictum eſt. Privatis omnibus, proprio nomine ab omni fœderis ſanctione quoq; excluſis [a]. Unde & Saluſtius: *Senatus uti par erat decrevit, ſuo, neque populi injuſſu, nullum potuiſſe fœdus fieri.* Quod & obſervatū donec Reges, aut Principes à populo eligerentur. Ait Seneca: *Imperator fœdus percuſſit, videtur populus percuſſiſſe Romanus, & fœdere continetur.* Ac ne fœderis quidem nomē in repub: obtinet, niſi inter duas ad minimū ſupremas poteſtates publicè de bello, aut de pace convenerit [b].
Qua de re, ut certiores ab utraque parte Carthagi- 16
nenſes eſſent (ut enim plurium & plurimum ex mandato geruntur) hinc inde pendente confirmationis tempore viri ſpectabiles obſides tranſmittibantur; vel ſi alterius tantum populi maximè interſit, accipiuntur quidam, qui capite puniuntur,
niſi Princeps rem ratam [c] habuerit. Olim ut dixi, 17
& fœderibus Feciales prępoſiti erant, qui de eorum cauſa,

[a] *L. denunciamus C. de his qui ad Eccleſ. L. 2. C. de ſeditioſ. l. ult. & tot. tit. C. de colleg. illic.*

[b] *L. 6. ff. de pact.*

[c] *Clapm. lib. 1. de arcan. rer. pub. c. 20.*

cauſa, qui contra fœdus illatam injuriam querebantur, cognoſcebant. Comperto crimine, ſontes comprehenſos, leſis dedebant; nec non & auctores fœderis non ritè initi, tradebantur, ut ea ratione populus religione ſolveretur. Unde T. Veturius & Sp. Poſthumius Conſſ. cum malè pugnatum apud Claudium eſſet, legionibus Romanis ſub jugum miſſis, pacem cum Samnitibus injuſſu populi, Senatuſque feciſſent, una cum T. Numicio, & Q. Æmilio Trib: pleb: (quod eorum quoque auctoritate pax Claudina facta eſſet) dediti ſunt hoſtibus, ut pax Samnitum repudiaretur. Hujuſque deditionis ipſe Poſthumius, qui dedebatur, auctor & ſuaſor exſtitit, fortiter inquiens: *Dedamur per feciales nudi, vinctique; Exolvamus religione populum, ſi qua obligaverimus: ne quid divini humanive obſtet, quo minus juſtum, piumque de integro ineatur bellum.* Deditionis per Feciales hęc formula erat. *Quandoquidem hiſce homines, injuſſu populi Romani, Quiritum fœdus ictum iri ſpoſponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt: ob eam rem quo populus Romanus ſcèlere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo.*

18 Exemplo belli, pacis, atque fœderis, & hi Feciales cognoſcebant de injuriis eorum, qui perſonaliter, vel etiam realiter, ſe à fœderatis, & exteris damno affectos, conquerebantur, atque obinde in

integrum reſtitui petebant. Qui ſi quidquam per-
petratum illatumve contra fœdus, amicitiamve ex
quærelis civium in Socios, Sociorumve in cives,
intelligebant, cauſam eorum cognoſcebant, &
comperto crimine, ſontes Sociorum cives, aut bona
civibus injuſtè ablata, dedi poſtulabant; civeſque
noxios ex juſta Sociorum, aut exterorum quærela
comprehenſos, læſis dedebant. Contra noxam de-
dere, aut quovis alio modo afflictis ſatisfacere recu-
ſantem repreſſaliæ concedebantur. *Repreſſaliæ* vox, 19
barbara creditur. Vulgò tamen à *Repreſentando*,
quaſi ſcilicet illi qui ob denegatam juſtitiam, cum
rebus detinetur, repreſentet, dictam. Alius eam
vocem à *Preſa* Italico, quod notat capturam, ducit.
Multi hanc à repremendo, plures à repredando,
plurimi rurſus à reprimendo rectius derivatam vo-
luere. De repreſſalium origine parum inter DDes 20
conſtat. Novas Bartholus [a], Zazius vetuſtiſſimas
vocat. Probabile eſt, repub: legibus & magiſtra-
tibus non admodum munita, hoc jus unicuique,
etiam abſque magiſtratuum mandato, uſu licitum,
pirmiſſumque fuiſſe. Sed cum inde maximæ diſ-
ſentiones, ac ſæpiſſimè etiam inter varios populos
bella orirentur, tum ob levès res, vi, & quandoque
etiam à veris dominis injuſtè repetitas, & obinde
repulſiones paſſas, judices huic negotio à Numa
Pom-

[a] *Lib. de repreſſaliis.*

21 Pompilio, ſecundo Romanorum Rege, conſtitutos, eoſque *Clarigationis* titulo inſignitos fuiſſe. Quippe *Clarigatio* vocabatur, cum Feciales res repetitum mittebantur; unde etiam Plinius clarigatio-
22 nem exponit, *res raptas clarè repetitum*. Ratio quare introductæ ſint, partem in origine repreſſaliarum explicatûm. Alia adhuc eſt, ne ſtatim privati hujus vel illius cauſa, ſuſcipiendum bellum eſſet, quorum ſemina ut magis amoveri poſſent, cognitionem, atque judicium repreſſaliarum ſummæ pote-
23 ſtates ſibi vendicarunt, præcipuè cum facto maximè, armis, ac commotionibus bellicis conſiſtant[a], quorum curam ad Principem pertinere, ſuperius latè oſtenſum eſt. Nec non hæc eadem pro tranquillitate pacis juris publici tutelam mereri. Unde nec repreſſalias exequi cernimus, priuſquam à ſumma poteſtate, poſt plenam cauſæ cognitionem,
24 eamque juſtam, ac probatam, concedantur[b]. In cujus conſiderationem veniunt, injuria perſonis, rebuſve illata, idque non parva, aut mediocris, ſed magna. Petitio à Principe, ut damnum paſſo, id quod ſibi deberi putat, cauſa probata reſarciatur. Judici à quo damnum illud denunciationibus præviis notificetur, adjecta comminatione, ni intra tres terminos, ut vocant, vel intra certum tempus, vitium emendetur, ex denegata juſtitia, repreſſa-

a *Gail. 1. obſ. 28. n. 9.*

b *C. dominus noſter. 23. q. 2.*

Digitized by Google

liarum conceſſio ſequenda ſit. Quibus peractis, & adhuc in mora conſiſtente eodem judice, rectè repreſſaliarum litterę concedi ſolent [c]. Quamobrem 25
& repreſſaliæ ab effectu deſcribuntur, pignorationes, & detentiones rerum, & perſonarum (ut plurimum innocentium) quando unus pro alio, & res unius pro alterius rebus, apprehenduntur, jure datę creditori, pro injuriis, & damnis reſarciendis [d]. Nec non à petitione, protracta dolo malo, malitioſe, injuſtitia, per ſordes, per gratiam, interciſis, interverſis parti mediis, perſequendi in judicio, id quod ſibi debetur. Hæc locum non inter cives, 26
ſed exteros tantum habent [a]; & idcirco extra provinciam militari rectè dicuntur. Quid enim inter cives opus eſſet, dummodo eos ſua juriſdictione Imperator defendat? nec ad extraordinarium remedium procurratur, donec ordinarium nulli intercluſum eſt [b]. Admonendi tamen ſumus ad ex- 27
ercitium hujus juris, non temere proſiliendum eſſe; quia facilius conceditur, quam defenditur; maximè ne cauſa privata publico damno reſarciatur, privato gravior [c]; & cauſam publicam Princeps negligat, quæ ſuperioritati præter omnia curæ eſſe debet [d]. Quin imo repreſſalię ut contra jus commune introductæ, quo nemo alterius odio prægravari debet, nemo delicti alterius pœnas luit, extraordinariæ

c *Menoch. de arb. jud. lib. 2. cent. 6. caſ. 527.*

d *C. Etſi pignorationes de injur. & dam. dat. lib. 6.*

a *Nov. 184. c. 4.*

b *L. æquiſſimum ff. de uſufr.*

c *L. ita vulneratus §. multa. ff. ad l. Aquil.*

d *L. 3. in pr. ff. de offic. præf. vigil.*

nariæ atque odioſæ ſunt, nec poſt conceſſas repreſ-
ſalias de iis ad arbitros provocatio datur; imo con-
tra externos deriguntur, cum quibus nobis jure ci-
28 vili nulla juris communicatio eſt. Unde eliceas re-
repreſſalias quidem juris Gentium, ſed repreſſa-
liarum conceſſionem, juris civili publici eſſe.
Adeoque juris publici, ut nullam omnino ſingula-
rium perſonarum, civis aut extranei conſideratio-
nem habeat, intuente ſolummodo corpus, quod
læſum eſt; atque omni jure injuſtum fore, aliquem
29 alterius damno locupletari. Damnum, ut dixi,
prius probari debet, ut & juſtitiam denegatam fu-
iſſe. Tunc demum denegata juſtitia, ſententiæ vi-
cem ſupplet, atque executioni viam ſternit; cum
repreſſaliç ratione affinitatis habeant juris executivi
30 effectum, ut in civilibus, pignorum captura. Ma-
giſtratus igitur cum damnum illatum agnoſcit, &
læſis non ſuccurrit, juſtitiæ faſces cum derigere in
nefarios poſſit, nec tamen derigit, viamque aliis
ſternit, qua ſibi ad juſtitiam aditus jure gentium
patefiunt, nulla læſi ob res uno, aut paucis civibus
ereptas habita ratione, ſed totius reipublicæ, non
videtur damnum ſentire qui ſua culpa ſentit. *Jure
Gentium* inquit eximius Grotius, *Subjacent pignora-
tioni tam ſubditi, quam incolæ omnes, injuriam facientes,
modo ne tranſeundi, aut exiguæ moræ cauſa alicubi ſunt*;
Et

Digitized by Google

Et introductæ ſunt pignorationes ad exemplum onerum, quæ pro, exſolvendis debitis publicis indicuntur. Quorum immunes ſunt, qui tantum pro tempore loci legibus ſubſunt; ut jura Gentium quoq;, legati, jure civili mulieres, infantes, ſtudioſi, mercatores nundinarii, eorumq; res, & qui citò profecturi, alibi commorantur.
Cæterum cum ex iis quæ dicta ſunt, ſumpto quo- 31
que argumento à bello ad pignorationes, pignorationumve ad repreſſalias, appareat, eaſdem licitas eſſe (quod & teſtimoniis innumerabilium DDrum confirmatur, inter quos palmam eminentiſſimus Covarruvias[a], Clariſſimuſq; Menochius[b] merentur) reſtat eaſdem publico nomine tutas ſenſeri debere, ut & Princeps earundem defenſionem
ſuſcipiat. Quippe ſecundum Machiavellum 32
(qui in hæc doctrina à verò minime diſſidet) nihil equidem tam mali exempli eſt in repub:, quam ſi id quod latum eſt, non obſervetur, ne ab eo quidem qui legis auctor eſt. Cum non ſufficiat jus condere ac concedere, niſi & illud publicè defendatur[c], exequatur.

a *C. peccatũ 2. part. releĉt. §. 9. n. 4. verſ. hinc inde. de reg. jur. in 6.*
b *de arb. jud. lib. 2. cent. 6. caſ. 527.*
c *Arg. nov. 161.*

CAP.

Cap. XXVI.

SALVUS CONDUCTUS.

1. Salvus conductus à Principe datur, & defenditur. 2. Securitatis, Salvæ-Guardiæ, & Salvi conductus diſtincta ſignificatio. 3. Definitio. 4. Origo juris ſalvi conductus. 5. Uſus ſecuritatis. 6. Securitatis diviſiones. 7. Quibus ſecuritas præſtanda. 8. Alia litteris conſtat. 9. Alia affixis, cum nota Salvæ-Guardiæ inſignis. 10. Effectus conceſſæ ſecuritatis. 11. Malè defenſi damna reſtituenda. 12. Princeps indiſtinctè omnes in ſuo territorio defendere tenetur. 13. In hunc finē Irenarchæ, Præſides, Prætores, Urbium Præfecti ordinati. 14. Princeps damnum ex neglecta ſecuritate illatum reſarcire debet. 15. Securitas etiam adverſus Principem tyrannum conceditur. 16. Pœna ſecurationis violatæ arbitraria eſt. 17. Salvus conductus quandoque etiam extra territorium præſtatur.

1 Explicatis repreſſaliis, ſequitur jus ſecurationis, jus Salvę-Guardiæ, & jus quod vulgò Salvi conductus dicitur. Quæ jura itidem inter regalia referuntur, & à Principe defenduntur [a]. Varię harum vocum ſignificationes, ac ſuæ cuique ſunt, quibus promiſcuè DD: utuntur; quanquam magna
2 in iis differentia ſit. *Securitas* enim aliquando pro

[a] *Menoch. lib. 2. de arb. jud. cent. 4. caſ. 338. n. 3.*

Digitized by Google

indemnitate, cautione, & apocha liberatoria ſumi-
tur ; ſed noſtra ſignificatione indiſtinctè pro actu,
aut inſtrumento perſonas, reſque concernente, quas
Princeps ſibi protegendas ſuſcepit. *Salvia-guardia*
autem accuratius diſtinguendo, protectio, & ſecu-
ritas eſt, quæ minus potentibus, oppoſitionemve
timentibus contra potentiores à ſuperiori poteſtate
confertur : vel etiam abſolutè ad ſuam, vel bono-
rum ſuorum tutelam petentibus amicis, vel alio-
quin charis, aut etiam hoſtibus certo loco offertur.
Et *Salvus conductus* propriè eſt, cum quis per vias
publicas fide publica, de loco ad locum liberè de-
ducitur. Ac præcipuè de ſecuritate, vel hoſtibus,
vel qui deliquerunt, vel bannitis, aliiſve qui com-
muni legum ſecuritate carent, aut non ſatis tuti
ſunt, præſtanda intelligitur. Ut etiam aliquando
plus honoris, quam ſecuritatis gratia præſtari con-
ſuevit, quod in magnatibus conducendis uſu ve-
nit. Sed quanquam horum verborum ſignificatio-
nes diverſæ ſint, effecta tamen eorum parum, aut
nihil differunt: quoniam ſub ſalva-guardia poſi-
tus, ita tutus eſſe incipit, ut illi ſunt, qui ſecuratio-
nes, & ſalvos conductus impetrarunt. Et definiun- 3
tur hæc jura conjunctim, ac ſeparatim: *Juſtum im-
munitatis ab offenſione, damno, & inquietatione, præſidiū.*
Juſtum dico quia legitimum[b]. *Immunitatis ab offen-
ſione,*

[b] *L. 1. C. his qui ad Eccleſ. confug.*

ſione, damno, & inquietatione: Quia ſecuritatem habens, nullo modo eſt inquietandus, moleſtandus[c]. Nec ullam debet experiri injuriam, lęſionem, damnum, aut periculum[a]; quia ſecurus dici non poteſt, qui periculis, contumeliis, & ludibriis eſt obnoxius. Et ob hoc ſecuratio *juſtum præſidium*, munimen, & officium dicitur, à Principe, ut dixi, præ-
4 ſtitum, cujus juſſio ſacroſancta habetur. Origo ejus juris naturalis eſt; & ſic natura, ut homines perpetua ſecuritate gauderent, liberos fecit, hominem homini inſidiari, nefas duxit[b], beneficio affici voluit[c]. Quod ipſum rectiſſimè, ut enim Iurisconſultus: *Ipſa natura cognationem quandam inter homines conſtituit*, quę optima ſui ſuorumque conſiliatrix meritò habetur: unde fit, ut periculum, ſi quidem commodè poſſit, à proximo quiſque[d] avertat; Quod & in brutis animantibus, bobus, canibus, &
5 ſimilibus perſpicuum eſt. Uſus ſecuritatis ſemper frequens fuit, ut in eum finem nempe aſyla, loca ſacra, apud Judæos oppida refugii, poſtea ab Impe-
6 ratoribus conſecratæ ſtatuæ erectæ fuere. Securitas hæc alia univerſalis, alia particularis eſt. Univerſalis, quando leges omnibus innocentibus, æqualem ſecuritatem[e], paremve immunitatem tribuunt; legis enim & imperii præſidium pro omnibus innocentibus militat[f]. Immunitatem ſcilicet, à perſo-

c L.25.pr. C.de admin. tutel. 1.Samuel. 22. 23. Geneſ.12. verſ. 17. & c. 26.

a L.6.§.2. ff. de offic. Præſid.

b L.3.ff.de Iuſtit. & jur.

c L.7. in fin. ff. de ſerv.export.

d L.45. in pr. ff. ad l. Aquil.

e L.28.§.7. ff.de pœnis.

f Nov.17. c. 13.

Digitized by Google

nali offenſione, injuriis rerumque damnis, ut commercia libera, flumina, viæ publicæ liberæ ſint, cum debeant ea loca per quæ ſemper, & vulgò iter fit, eam ſecuritatem habere. Securitas domi quoque in habitatione, foris in hoſpitatione tuta, & inſuper in tuto judiciorum acceſſu, ſtatu, atque receſſu inoffenſa ſit. Sequitur particularis ſecuritas, quę itidem bifariam dividitur, in eam ſcilicet, quæ à lege ipſa per ſe, ſeu jure ſpeciali & privilegiato circa miniſterium hominis tribuitur; Et in eam quę per hominis factum, puta conventionem, promiſſionem, aliamve conceſſionem prę ſtatur. Legalis hęc ſummis poteſtatibus, Statibus, Ordinibus, Legatis, Magiſtratibus, Judicibus, Ordinariis, Extraordinariis, perſonis Eccleſiaſticis, Nobilibus, Doctoribus, Advocatis, Procuratoribus, Militibus, Satellitibus, Apparitoribus, Nunciis, Notariis, Mercatoribus, Mulieribus, Pupillis, aliiſve miſerabilibus perſonis competit. Quæ facto hominis ſubſequente præſtatúr, ea eſt, de qua nobis hic quæſtio; hoc eſt, quæ à ſuprema poteſtate ſecuritatem petentibus, juſta ratione conceditur, donatur; de quo dicitur: *Solus Princeps in territorio ſuo poteſt dare cuſtodiam*, ſive *Salvam guardiam*. Sed quoniam imperiorum limites alii majores, alii minores ſunt; & in majoribus Principalis majeſtas corporaliter ubique

præſens

præſens eſſe non poteſt, quandoque hoc jus communicativè, non privativè magiſtratibus excellentioribus, excluſis omnibus aliis inferioribus, limi-
7 tativè, pro delicti qualitate, communicatur. Cæterum, cum Princeps afflictorum, oppreſſorumve tranquillitati ſtudeat, legumque vis petentibus legitimum præſidium nuſquam deſit, ſequitur ſecuritatem rectè præſtari, periculum juſtè timenti, ſive is civis ſit, ſive extraneus, ſimplex perſona, familia, Collegium, Univerſitas, vel etiam tota Civitas;
8 Eaque conceſſa, litteræ ſecuritatis particularibus petitoribus tribuuntur, quæ apud Gallos *Seureté de Corps, & des biens*, ſi ad bona quoque pertineant,
9 appellatur. Vel etiam ſi pluribus uno loco ſe continentibus tribuuntur, inſignia ejuſdem poteſtatis protegentis, à qua ſecuritas impetrata eſt, ibidem affliguntur, cum expreſſa ſalvęguardię inſcriptionę; quarum effectus, ac ſignificatio is eſt, ut eo ipſo in-
10 telligatur Princeps protectioné, & cum protectione conſervationem illorum, contra vim, & violentiam quamcunq;, in ſe recepiſſe; nec paſſurum eos haberi improtectos, aut à cuſtodia ſua, tutelaq;
11 divulſos. Quod tamen ſi factum ab exteris, vel hoſtibus fuerit, obligationem naſci ex non pręſtito ſalvæ-guardiæ effectu, quoad perſonas, nec non res eorum injuſtè turbatas, ablataſque non exiguæ au-

Digitized by Google

ctoritatis ſuſtinent DD[res]. Inter quos Mynſingerus inquit [a]: *Domini terrarũ ad cuſtodiam ſui territorii de jure eatenus tenentur, ut ſi rapina, vel depredatio in eorum ditione, etiam per extraneas perſonas contingat, ipſi ad damnum reponendũ ſint obligati; dum tamen ejus potentiæ ſint, ut prohiberi ejuſmodi maleficia poſſint, & non prohibeant.*

a Cent. 5. obſ. 70.

12 Atque hoc eouſq; ſeſe extendit, ut indiſtinctè omnes cujuſcunque etiam conditionis ſint, protegere Princeps teneatur, & adverſus omnem vim internam, externamve defendere; ſive ſecuritatem expreſſam impetraverint, ſive pedagia, vel vectigalia ſolverint; Nam in ea ditione, vel territorio, ubi vectigalia, aliave onera ſolvuntur, unumquemque ab omni vi, atque omni exactione liberum eſſe debere, qui modo eodem territorio continetur, indubitati juris eſt. Quinimo hoſtes, adverſus vim publicam, privatamque, juriſdictione, & imperio ejus in cujus territorio citra offendendi animum repeiuntur, tueri oportet, donec illæſi à privatorum injuria, cuſtodiæ publicæ tradantur: nimirum, quia verus imperiorum finis eſt, ut à confuſione quævis reſpub: libera ſit, oppreſſiones omnes à civibus incoliſve omnibus longè arceantur. Principis labor, ut ſecuritas publica, in Provinciis ſibi ſubditis per conſtitutiones, & officia civilia, & militaria jurgiter tueatur [a]. Populi ſalus, ut pacata reſpub: ſine vi,

a L. 3. in pr. ff. de offic. præf. vigil. l. 3. in fin. & l. 13. in pr. ff. de offic. præſid. nov. 17. n. 2.

13 vi, atque injuria conſervetur. Quocirca etiam anteriorum moribus, ac juſſu, Irenarchæ per Provincias creabantur, ut eorum tutela, ac præſidio quies, & pax per ſingula territoria concordi nexu ſtabilis eſſe [b] poſſet. Imo & magiſtratus conſtituti, Præfecti urbem, Præſides Provinciarum ordinati, ut militibus ſtationariis omnes non ſolum à violentia, ſed & violentiæ formidine præſtarent immunes [c]; ut quietæ, ac tranquillæ eſſent Provinciæ quibus præerant, purgando eas à malis hominibus, quos conquirere, & prout quiſque deliquiſſet, in eos animadvertere, receptoreſve eorum, ſine quibus diu
14 latere non poſſunt, coërcere jubebantur [d]. Unde ſi prætermiſſum, & protectione omiſſa, neglectave damnum illatum fuerit, damni quaſi dati reus, ſecundum [e] Baldum, Princeps præſumitur, inque eum omnis quærela redundare, ubi ait: *Valde eſt notandum, quod domini terrarum colligentes pedagia, itinera tuta reddere debeant; adeò ut ſi depr datio aliqua in eorum territorio, ſive diſtrictu committatur, obnoxii ſint, vel reſtituere ablata, vel malefactorem exhibere.* Remota omni diſtinctione, an Princeps ipſe, an officiales ejus id impedire potuerint; cum refuſio damni illati à Principe ipſo præſtanda ſit, qui officiales ipſe conſtituit, eorumque mores melius inſpicere potuiſſet, cuiq; pedagia ſolvuntur; reſervata tamen Principi in

b L. 9. ff. de cuſtod. reor. l. 9. C. de jure fiſci. & l. uni. C. de Irenarchis lib. 10.

c L. 6. §. 2. ff. de offic. præſid. l. ult. ff. quod. met. cauſ.

d D. l. 3. in fin. & l. 13. ff. de offic. præſid. l. 4. §. 2. ff. ad l. jul. pecul.

e C. 1. §. conventicula verſ. ſed illud. De pace tenend. & jure firmand.

in officiales ſuos actionem. Præſertim cum officialium ſubditorumve negligentia de dominorum facta voluntate, & ex malitia miniſtrorum contra ipſos dominos præſumatur [a], quibus incumbit indies curam gerere earum rerum, quæ penes ſuos aguntur. Quo neglecto, non alienæ, ſed propriæ deſertionis pœnas luunt, minus rectæ adminiſtratę Provinciæ rei fiunt. Præterea cum ſecuritatis jus 12
innumeris ferè privilegiis, & non minoribus, quam ipſa natura ſuperbiat, ſecuritatem etiam adverſus Principem ſe erga ſubditos Tyrannorum more perversè ac dolosè gerentem concedi, liberioris fori homines, libertatis inconcuſſæ patroni ſtatuunt. Maximè iis in regionibus, ubi legibus fundamentalibus, Principes alligati, proceres ditionum, civitatumve integrantium gravioribus occaſionibus ſuo jure conveniunt. Parlamentorum jura libera, nec dum Principi, & in Principem tranſlata populo reſervarunt. Nec non, ut eadem jura, non per Principem, ſed proceres, ſive ordines ipſos exequantur. De pœna ſecuritatis violatæ, ob varia 13
turbationum genera, nihil certi definio, præter illud Menochii [b]: *Si in civitate quiſquam auſu temerario ad ſecuritatis contemptum aſſurrexerit, ſpretæ ſecuritatis reum pœna arbitraria, pro delicti atrocitate per Principem, vel judicem ejus coërcitionis ſpeciale mandatum habentem, maneat,*

a Roman. conſil. 152.

b Lib. 2. de arb. jud. cent. 4. caſ. 336.

17 *maneat, infligatur.* Porrò non ſolum in territorio, ſed & extra territorium jus ſalviconductus ſeſe extendit; nempe in mari libero, nullius domino per naturam ſuam, niſi ſolius Dei, ſubjecto, omnibus communi, in uſum totius generis humani à Deo nobis dato, ut alii alios alant, cum neceſſitatum humanarum, non unum territorium ſufficiat. Unde congruum fuit, ipſa dictante natura ac ratione, ut ibidem contra maris liberi belluas, atque Tyrannos, navigantium fortunæ ſalvi conductus beneficio defenderentur. Quod nos Gallico penè vocabulo **Convoyeeren**, aut alias Belgico idiomate, **Geleyden** appellamus.

Cap. XXVII.

LEGATI.

1. *Legtti debent eſſe ſecuri.* 2. *Legati neceſſarij ſunt.* 3. *Jus legatorum quovis tempore omni jure vallatum.* 4. *Legati à majeſtate ſola dependent.* 5. *Sine credentiæ litteris non admittuntur.* 6 *Hoc jus quandoque communicatur.* 7. *Jura legatorum.* 8 *Caſus, quibus legati conveniri poſſunt.* 9. *Ex delictis in legatione commiſſis, puniuntur.* 10. *Quandoque tutius domum remittuntur.* 11. *Olim privati ſi legatos læſiſſent, per*

Feciales dedebantur, puniebantur. 12. Bello ſubito exorto, legati liberi ab hoſtibus revertuntur. 13. In itinere eos ſemper ſalvos eſſe jura gentium voluerunt. 14. Unde legati antiquitus dignoſci potuerint.

DIXI proximè ſecuritatem particularem, quandoque à lege, ſeu jure ſpeciali, & privilegiato citra ullius hominis factum quibuſdam competere. Horum numero legatos collocavi, tanquam à Principe dependentes, ipſum Principem repreſentantes. Et maximè hos ſecuros eſſe oportet, quia per hanc repreſentationem imago Principis apud exteros ſunt, ſecuritati publicę conducunt; qui niſi ſecuri eſſent, mandata perficere liberè non poſſent, niſi ſecuritatem firmam ſibi propoſitam haberent. Nemo moleſto itineri ſeſe committeret, nemo huic negotio penes exteros incerta libertate ſeſe immiſceret; præſertim non Heroës genere clariſſimi, eruditiſſimi, ſtudiis non armis addicti, qui in rebus legationum arduis, tanquam virtutis certa ſidera, orbi quietem, populo pacem ſuo, reddere ſolent. Quocirca etiam reverenter habendi, in plena ſecuritate jura gentium tuendi ſunt; quandoquidem officium illud excellentiſſimorum virorum neceſſarium, & proculdubio ab ipſa neceſſitate productum eſt; cum intereſſet generi

generi humano, differentias inter amicos ortas per alios componi, familias ac civitates blanda coeuntium conſpiratione adverſus exterorum vim, atque injuriam confirmari; unde poſtmodum evenit, ut eorum uſus rebus belli paciſve frequentiſſimus evaſerit. Quippe gentibus interfuit potius colloquio, quam litteris, multorum inſidiis ſubjectis, & ſępiſſimè non ſatis mentem agentium explicantibus, conſuli. Qua ratione legati non modo linguæ, ſed & oculi, & aures regum appellantur. Ac quod maximum eſt, non pacis modo bellique denunciatores, verum etiam partium miſerrimè diſſidentium fœliciſſimi conſiliatores; de quibus Poëta:

Vox Regum, lingua ſalutis,
Fœderis orator, pacis via, terminus iræ,
Semen amicitiæ, belli fuga, litibus hoſtis.

3 Bella enim componunt, regna regnis jungunt, ac medicorum inſtar, totius univerſi, mundi morbos tollunt, ſanitas orbis terrarum ſunt. Pro neceſſario legatorum uſu jus ipſorum, & hominum præſidio munitum, & jure divino vallatum eſt; ſive pacis, ſive belli cauſa ad amicos, exteros, vel etiam hoſtes, mittantur. Quod & à Cicerone obſervatum, dum ait: *Legati nomen ejuſmodi eſſe debere, quod non modo inter ſociorum jura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume verſetur.* Et Livius de legatis Tarquinii:

Quanquam viſi ſunt commiſiſſe, ut hoſtium loco eſſent, jus tamen gentium valuit. Hi à majeſtate inſeparabiliter dependent, & non niſi auctoritate ſupremæ 4
poteſtatis ad exteros dimittuntur; obinde definiti, quoad à regibus, aut rebuſpub: ad reges, ſeu reſpub: ſuperiorem non agnoſcentes, reipub: cauſa, mittantur. Nec ſecundum ævi noſtri conſuetudinem penes gentes Chriſtianos, vel etiam orbi 5
Chriſtiano extraneos, admittuntur; priuſquam litteras ſuas majeſtatis à qua, majeſtati ad quam oſtenderint[a]; quas more vulgato *Credentiæ litteras* nuncupamus. Et neque generaliter Principis vel Imperatoris nuncio ſine litteris creditur[b]. Sic Eliſabetha Angliæ quondam Regina incomparabilis, Chriſtophorum Aſſonvilium, ab Albano Duce ad ſe miſſum, quod nullas à rege ipſo litteras haberet, non admiſit. Secus qui faciunt fallere, aut falli cupiunt; ſceleſtæ conjurationis jure gentium rei fiunt. Cæterum tamen non ambigitur 6
exemplo Romanorum communicari legatorum jus poſſe. Hi autem per Feciales, ut ſuperius monui, legatos mittebant, recipiebant; eorumque injurias ulciſcebantur. Et Auguſtus permiſit tribus viris conſularibus, ut legatos regum, populorumque, qui ad ſe venirent, ipſi ſinguli audirent ſeparatim, iiſque reſponderent; niſi fortè quædam acci-

a *Arg. l. ult. C. de leg.*

b *L. unic. & ibi Caſtr. C. mãdat. Sichard. in l. conſentaneum 8. n. 9. C. quomod. & quand. jud.*

Digitized by Google

acciderent, in quibus ſuo & Senatus decreto opus
7 eſſet. Legati porrò à die legationis commiſſæ, omni jure ſacro ſancti habentur[c]; quaſi omni jure, contra omnem injuriam defenſi, ac muniti. Adeò ut impunè eos offendere nemo, contumelia, damnove afficere, citra pœnę expectationem audeat. Præterea omnia jura ſuperioritatis in domo ſua, inque domeſticos habent; & ſunt quaſi univerſitas. Verum enimvero hoc ex conceſſione ejus apud quẽ agit Legatus dependet; quia regulariter auctoritas Principis, ſignave ſuperioritatis ſeſe extra Provinciam non extendunt. Penes alios, ſive in alieno territorio, citra gratuitam conceſſionem, locum non habent. Legatorum inſuper intentiones atq; actiones liberæ ſunt, nullius inquiſitioni ſubjectæ, ab omnium calumniis, & injuriis omnibus defenſæ; Quod & ad legatorum comites præſertim neceſſarios, qui publica auctoritate ipſis adjecti, & tanquam oneris, ac periculi ſocii ſunt, extenditur[a]; quos idcirco impedire in officio ſuo exequendo, ac detinere minimè convenit, cum id falſa libertas, & ſpecies hoſtilitatis exiſtimetur. Nec dubitandum, quin domus legati tutiſſimum receptaculum, & aſylum ſuorum ſit; ab eadem quenquam extrahi non debere, qui ſeſe legibus reipub: in qua ſive ordinariè, ſive extraordinariè demoratur, publicæ

c *L.8.ff. de rer. diviſ.l.fin.ff. de legatis.*

a *L.32.ff. ex quibus cauſ.major.*

Digitized by Google

tranquillitati, honeſtati non oppoſuit. Præterea etiam legati, eorumve domeſtici neceſſarii, liberi à vectigalibus, impoſitionibus, contributionibus, aliiſque id genus oneribus civilibus habentur; tam quoad bona ipſorum in territorio legationis empta, exportanda, quam ea quæ aliundè ipſis adveniunt, modo mercandi, vel offendendi ſocios, hoc conceſſo privilegio, non abutantur[b]. Et hoc jus tam penes exteros fœderatos, hoſtes, vel etiam proprios cives adeò favorabile eſt, ut qui reipub: cauſa abſunt, abeſſe non videantur, libertatem, civitatem, teſtamenti factionem, atque alia ſua jura retineant. Et jure civili Romano quamdiu ſuo munere funguntur, judiciorum aleam ſubire non coguntur[c]. Sic Cicero, & Valerius Maximus commemorant, Memmiam legem, eorum qui reipubl: cauſa abeſſent, recipi nomina prohibuiſſe: quandoquidem reipubl: intererat, tam bona quam corpora legatorum penes eos ſarta tecta tueri. Nec cauſa litis privatæ eos revocari, qui relicta patria, uxore, charis, liberis, amicis, rebuſque ſuis omnibus, reipubl: ſeſe addixiſſent. Privilegia legatorum in territoriis Principum ſuorum indulta, repetere hic deſinam; ea enim ut civilia, ac localia ſunt, extra civitatem non extenduntur. Quoad conventionem judicialem legato extero inferendam, illud obſervan-

b L. 8. & ibi Gloſſ. C. de vectigal.

c L. 2. §. legatis. l. 7. l. 39. § ult. ff. de judic. l. 15. §. antè ff. de legat.

8 vandum, ne legati conſtante legatione penes exteros contrahant; nam eo modo actioni ex contractu jure certo ſubjiciuntur[a]: Et quidem juriſdictioni ejus judicis, in cujus territorio contractum eſſe probabitur. Unde rectè Julianus[b]: *Si legationis tempore quis ſervum, vel aliam rem emerit, vel alia cauſa poſſidere cœperit, non iniquè cogetur ejus nomine judicium ſuſcipere, alias enim dabitur poteſtas legatis ſub hac ſpecie res alienas domum auferendi.* Optimè legationis tempore adjectum eſt: Nam legatis in eo quod antè legationem contraxerunt, item his qui, teſtimonii cauſa evocati ſunt, vel ſi qui judicandi cauſa acceſſiti ſunt, vel in Provinciam deſtinati, revocandi domum ſuam jus datur[c]. Niſi perfecta legatione ibidem adhuc ſubſiſtant, qua occaſione eos conveniri poſſe Divus Pius reſcripſit. Sed & ſi agant legati, compelluntur ſe adverſus omnes, in omnibus, defendere; præterquam ſi injuriam ſuam perſequantur, vel furtum, vel damnum, quod paſſi ſunt; *Alioquin* (ut idem Julianus eleganter ait) *aut impunè contumeliis, & damnis afficientur, aut erit in poteſtate cujusque pulſando eos ſubjicere ipſos juriſdictioni, dum ſe vindicant.*

9 Contractus tempore legationis factos cum excepimus à jure revocandi domum, delicta quoque prudenter excipimus, quæ vulgò etiam inter obligationes, quæ ex quaſi contractu oriuntur, locum obtinent.

a *L. 2. §. 3 & 4. l. 8. l. 26. ff. de judic. l. 12 ff. de legat.*

b *L. 25. ff. de judic.*

c *L. 2. §. 3. & 4. ff. eod.*

tinent. De his jure veteri conſtat, quod ex facinore, aut conjuratione in legatione commiſſo, legati legatorumve ſocii rei, pœnę ſubjecti fuerint. Apud Perſas non ſolum conjurantes, ſed & eorum uxores, liberi, perſequuti. Quod & pęnes Ægyptios in perſona clementis contra Ptolomæum conjurantem, ſic obſervatum. Idque ne admiſſa delicti impunitate aliorum libidini, abſque metu pœnæ, ſtatus publici ſummis periculis laborent. Niſi etenim delicta punirentur, omnium ſalus in diſcrimen poneretur, miſerrimaq́; ſummarum poteſtatum conditio foret. In quam rem juſtè Orator [d] exclamat. *Quotuſquiſque reperietur qui impunitate propoſita, abſtinere poſſit injuria?* Antiquum & vetus, nec minus verum eſt proverbium: *Impunitas peccandi maxima eſt illecebra. Impunitatis ſpes, impietatis eſt parens.* Ideò ſi legati quomodocunque delinquentes, aut quidvis machinati, perpetuò impunè recedere poſſent, eo ipſo quod nihil pœnæ metuere haberent [a], ad hujuſmodi maleficia malitioſi propentius proſilirent [b]. Principes autem, vel populi ad quos legati mittuntur fidei publicæ prætextu decipi minimè debent [c]. Quinimo privilegiũ amittit, qui conceſſa abutitur poteſtate, ne privilegii velamento flagitiorum creſcat auctoritas, aut publica convellatur, ac vacillet [d] utilitas. Nec debent ex eo munere patro-

d Cicer. 3. offic.

a L. 8. C. de Epiſc. et Cler.

b L. 14. C. de pœnis.

c Arg. l. 1. C. de his qui ven. ætat.

d L. 2. C. de privil. ſcholar.

patrocinium captate, quod ipſi per proprium ſcelus deflexerunt [e]. Non enim ad proditionem, ſed ad negotium honeſtum tranſmittuntur; quod ſi tranſſcendant, & ad aliorum patriam delendam, civeſque ejus delendos, venerint, non ſe legatos verum proditores nefarios natura, ac facto oſtendunt; contra quos univerſos cives armari, gentes omnes inſurgere oportet, ut patria talibus monſtris liberetur, totus mundus tali infauſto veneno expurgetur. Et exemplo aliorum, in territorio delicti, delinquentes legatos puniri, ſive ipſi deliquerint, ſive ſervi eorum, leges commonſtrant [f]; cum in delictis nulla ſit fori præſcriptio; ſed unuſquiſq; ubi deliquit, & reperitur conveniatur [g] ratione pœnæ (quæ nihil aliud eſt, quam æſtimatio delicti, ſeu maleficii [h]) ad quam ſe delinquendo obligavit [i]. Nec ab accuſatione immunes illos præſtat legationis dignitas, quam reatu excluſerunt [l], ne beneficium ipſis præſtitum incipiat eſſe iniquum [m], in aliorum vergat injuriam [n], & honor ipſis præſtandus aliis damnorum fiat occaſio [o]. Ita enim liberi, & inviolabiles legati ſunt, ne ab aliis offendantur, non ut alios offendendo, pœna nulla eos maneat. Igitur ut legati ſint inviolabiles, juragentium ab his non violentur; certò ſibi proponant æquum eſt, æquè ſanctas Principis, civiumque perſonas ad quos miſſi

e Nov. 117. C. ult. §1. v. nõ enim.

f L. 24. §1. ff. de judic. l. 12. pr. ff. de accuſ.

g L. 1. C. ubi. de Crim. agi oport.

h Arg. l. 31. in fin. C. de Epiſc. & cler.

i L. 20. ff. de judic.

l L. 1. C. ubi Senat. vel clariſſ. l. 12. C. de dignit.

m L. 43. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.

n L. 12. ff. ad Trebell.

o L. fin. C. de ſtat. & imagin.

ſunt eorumque imperium eſſe, quam Principi civibuſque perſonę legatorum. Et quoniam aliquan- 10
do perversè de his delictis judicari ſolet, ſaltem quorundam judicio, atque opinione, delictum illud primo annunciari Principi à quo legatus miſſus fuit, multis tutius viſum fuit, atque conſultius. Si Princeps fide ſua conſcium ſe facti non fuiſſe profiteatur, delinquentem legatum Principi ſuo cum elogio puniendum remitti [a], quam à Principe ad quem miſſus eſt, in cujus territorio, & fortè perſonam deliquit, judicari & puniri, ne ſibi, ſuiſque jus dixiſſe, vel in ſua cauſa judicaſſe, adeoq; ſimul, actor & judex exſtitiſſe, prædicetur [b]. Maximè ſi proprio conſilio, & non mandato Principis ſui adverſus Principem, vel populum ad quem, ſive etiam ſecuritatem ejus, quidquam admiſerit. Tali enim modo omnis de judice perverſa ſuſpicio, legatique pœna afflicti vindicatio, tolluntur; cum alioquin non defuiſſent monſtroſa ingenia, iniquitatem, & invidiam Principis punientis increpantium. Quod eo magis amplectendum, quia ut modo dixi, jus legatorum ſanctum & inviolabile eſt; unde jure ſuo violati, obligant mittentem ob violatum legatum ad indicendum violanti bellum. Exemplum in Davide eſt, qui cum ab Hanone rege legatos ſuos dimidia parte barbæ raſos, veſtes eorum medias uſque

[a] *L. 6. ff. de Cuſtod. reor.*

[b] *L. 10. ff. de juriſd. l. 17. ff. de judic. l. unic. C. ne quis in cauſ. ſua.*

uſque nates præſciſſas, intelligeret, filiis Ammon bellum intulit, ac poſtmodum debellatis hoſtibus,
11 in ſervitutem redegit [c]. Privati etiam ſi legatos offendiſſent, hoſtibus, aut amicis, à quibus miſſi erant, dedebantur [d], ut ſcilicet eoſdem vel ſervorum loco haberent, vel pro animi ſui, juſtitiæve placito punirent. Sic enim JC^tus [e]. *Et eum qui legatum pulſaſſet dedi hoſtibus, quorum erat legatus, Quintius Mutius ſolitus eſt reſpondere.* Hac ratione Romani putarunt, plenius hoſtibus, offenſiſque amicis ſatisfieri, quam ſi ipſi in tales legatorum violatores animadvertiſſent, dum ſcilicet læſis, ultionis propriæ arbitrium relinquebant [f]. Adeoque ſi talis ab hoſtibus, læſiſque non reciperetur, non amplius tamen civium Romanorum numero habebatur. Atq; huic negotio, ut ſuperius retuli, Feciales præerant, à quibus & id ſpecialiter cautum fuit. Sic M. Æmilio Lepido. C. Flaminio Conſſ: L. Minucius Myrtibus, & L. Manlius, quod Chartaginenſibus legatis manus intulerat, juſſu M. Claudii Pr: urbis, per Feciales traditi ſunt legatis, & Carthaginem avecti [a]. Et Qu. Fabius, & Cn. Apronius Ædilitii, quod legatos ab urbe Apollonia Romam miſſos, orta contentione pulſaſſent, continuo per Feciales dediti ſunt [b]. Et quidem niſi dederentur, qui legatos violaſſent, vel ſi publico conſilio id factum eſſet,

c *2. Reg. 10.*

d *L. fin. ff. de legation.*

e *D. l. fin.*

f *Arg. l. devotum 5. C. de metat.*

a *Livius lib. 38.*

b *Valerius Max. lib. 6. c. 5.*

bellum legitimè inferri ſolebat. Itaque Fidenatibus atrox bellum illatum à Romanis, quod legatos eorum interfeciſſent juſſu Tolumnii Regis Vejentium, ad quem defecerant; Quia legati perſonam Principis ſui repręſentant, cujus ſtatuas etiam inanimes violare non licet[c], claro teſtimonio, quod Philippus Rex ob ſtatuas ſuas ab Athenienſibus urina perfuſas, urbem funditus evertit. Sed etſi bel- 12
lo ſubito exorto, qui apud utrumque populum inveniuntur, ex hoſtibus ſervi fiant, licet in pace venerint[d]: tamen legatos liberos permanere Pomponius reſpondit; ibque jure gentium ſumma ratione convenire[e], ne defectus virorum illuſtrium, verſatorumque eſſet, qui ultro citroque de conditionibus pacis, fœderis, induciarum, diſcordiarumve tuto agere poſſent. Nec ambigitur jure gentium, 13
ipſis ad ſuos ſalvum conductum præſtari, cum ubivis ſacroſancti in adventu redituque ſint, & poteſtatum, ſupremarum interſit, eos illæſos ſervari. Quod pro ratione periculi, juriſdictioniſve ab eo præſtari debet, à quibus proximè legati diſceſſere, aut penes quos ſocios, amicoſve in itinere commorantur. Et in hanc rem præviæ denun- 14
ciationes ſociis fieri conſuevere utque melius dignoſcerentur Græcorum legati τὰ κηρύκια in ſignum legationis, ne quis eos violaret, ferre ſolebant Romani

[c] L.4.§.fin. l.5.6.& 7.ff. ad l. Jul. majeſt.

[d] L. in bello. §.1.ff. de capt. & poſtlim.

[e] L. fin. ff. de legation.

mani Sagmina, id eſt, herbas quaſdam è Capitolio ſumptas f, vel caduceum pacis, aut haſtam belli indicem, vel etiam teſſeras caducei, aut haſtę ſimulacrum inciſum g habentes. Quod nobis admodum ſolennè non eſt, exiſtimantibus litteras credentiæ ad poteſtates amicas, quarum terras tranſimus, aut penes quos agere propoſuimus, ad legatorum ſecuritatem ſufficere.

f *L. 8. §. 1. & ibi Coraſ. n. 4. & ſeqq. & n. 17. ff. de rer. diviſ.*

g *L. 2. §. 37. ff. de orig. jur.*

Cap. XXVIII.

MONETÆ JUS.

1. *Monetæ dirivatio, & origo,* 2. *De neceſſitate nummorum.* 3. *Abſque lege uſus metallorum ferè nullus eſt.* 4. *A majeſtate nummis leges imponuntur.* 5. *De materia, ac forma nummorum, & varia eorum introductione.* 6. *A lege nummis per Principem data, nemini recedere licet.* 7. *Quare nummorum pretia certa, & pecunia figurata eſſe debeat.* 8. *Pro nummorum certitudine domus publicæ conſtitutæ.* 9. *An cum Principe pretia nummorum moriantur.* 10. *Non facile pretia nummorum mutanda.* 11. *Jus monetæ quandoque communicatur.* 12. *An præſcribatur.* 13. *De vindicatione falſæ monetæ.*

Digitized by Google

a C. unic. *Quæ ſint Regal.*

Sequitur nunc monetæ cudendæ jus, quod itidem inter Regalia refertur [a]. Moneta à monendo dicta, quod moneat unumquemque, ut pretium nummis publicè impoſitum, nemo excedat. Horum origo à permutationibus initium cæpit. *Olim enim non ita erat nummus* (inquit JC[tus] [b]) *neque aliud merx, aliud pretium vocabatur: ſed unuſquiſque ſecundum neceſſitatem temporum, ac rerum, utilibus, inutilia permutabat. Quandoque plerumque evenit, quod alteri ſupereſt, alteri deſit. Sed quia non ſemper, nec facilè concurrebat, ut cum tu haberes, quod ego deſiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia eſt, cujus publica atque perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis ſubvenerit, eaque materia forma publica percuſſa; uſum dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate. Nec ultra merx utrumque ſed alterum pretium vocatur.* Quæ verba omnia admodum clara ſunt, ut explicatione non indigeant. Ubi autem, & quo tempore monetæ uſus introductus ſit, inter DD[res] non conſtat. Jobi loculis incognitam fuiſſe pecuniam illud evincit, quod in ſacris quidem ejus familiæ, camelorum, & aſinorum, ſed auri argentique ſignati mentio nulla fiat. Nec mirum id cuiquam videri debet, cum divitiæ olim pecuariis, & venatione conſiſtebant. Quo Virgilius:

b L.1.in pr. *ff. de contrah. empt.*

Quam

Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans.

Nummis enim, inquit [a] deſertiſſimus eloquentię apud Batavos Profeſſor M. Zuerius Boxhornius, *Ne quidem opus habebant ea tempeſtate, qua & armentis, frugibuſque ſolæ erant & gratiſſimæ opes, & argenti, & auri poſſeſſione non afficiebantur*; quippe: [a] *Diſſert. de trapezit.*

---- Cum frigida parvas
Præberet ſpelunca domos; Ignemque laremque,
Et pecus, & dominos, communi clauderet umbra.

Lydis tamen primam nummorum inventionem tribuit Herodotus. In regionibus, novi orbis nomine deſignatis, nullum adhuc pecunię vel auri argentive, quantum ad negotiationem attinet uſum eſſe, ſed more gentium antiquo res rebus permutari ſolere, illi norunt, qui ultro Sauromatas, & glacialem Oceanum mercandi gratia transferuntur. Conſtat igitur populos hos citius ſerius uſum monetæ recepiſſe. Illos utilitates nummorum ignorantes, neglexiſſe. Ignoti enim nulla cupido eſt.
2 Quibus neceſſitas nummorum cognita fuit, pecuniarum conſuetudinem tanto commodiorem, quanto portatu faciliorem, perſpexere; adeò ut multiplicatis hominibus, creſcenteque per eorundem multiplicationem inopia, uſus numiſmatum urgentibus commerciis hominum, ex ipſa natura ſecundum Ariſtotelem [b] originem duxiſſe videatur, rerum-

[b] *Lib. 1. polit. c. 6.*

Digitized by Google

rerumq́; naturalium vicem ſuppleviſſe, ſine quibus reipub: non benè eſſe, aut commercium rerum humanarum ſubſiſtere poteſt. Sed quoniam abſque 3
lege uſus metallorum nullus, aut ſaltem non major quam aliarum rerum erat, nec privata poteſtas hujus negotii capax eſſet, expedimentum tamen deſideraretur; conſuetudo ſummam poteſtatem monetariæ publicæ utilitati præpoſuit, nummiſq; nomen pecuniæ dedit, quaſi nummus, νόμος ſit, id eſt, lex; tanquam natura ſed lege conſiſtat, ipſe Princeps, ipſa libertas, & pro libertate lex nummum conſtituat; Exploſis omnibus aliis ſumma imperandi dignitate non fulgentibus [a]. Quippe nec aurum, nec argentum, abſque ullo ſigillo, pecunia, nummus, aut moneta dici poteſt; nec ſigilla publica metallis imprimuntur, priuſquam illud idem ſpecialiter à ſumma majeſtate mandetur. Jam verò 4
cum æs quodlibet impreſſione ſigilli publici prædicta nomina acquirat, & hęc ſigillorum impreſſio ipſo jure ſoli Principi competat, ac ſimul etiam pretium nummis, pro eorum quantitate, forma & qualitate, imponendi poteſtas, ſequitur neceſſario jus monetæ cudendi ſignum ſuperioritatis eſſe, & non niſi ad majeſtatem pertinere, per quam verè eſt id quod eſt. Concinne alibi Imp: ait. *In monetis tantummodo noſtris, cudendæ pecuniæ ſtudium volumus verſari.*

[a] 1. Machab. 15. verſ. 6.

Digitized by Google

verſari. Et Ælius Lampidius: *Antonio Diadumeno ad imperium evecto, ſtatim apud Antiochiam moneta Antonini nomine percuſſa.* Unde etiam inſignia nummorum maximè ad probationem ſuperioritatis con-
5 ducunt [b]. Materia, ac forma nummorum non ſemper eadem eſt, nec fuit. Antiquos nummis ex corio bubulo factis, Romanos uſos eſſe ligneis, & quadratis; Britannos nummis, atque annulis ferreis ad certum pondus examinatis pro numero; Alioque ſæculo Romanos rurſus ære rudi, non ſignato; Noſtroſque Batavos in neceſſitatibus nummis chartaceis, plumbeis, ſtanneis, & ſimilibus contentos fuiſſe, probatiſſimæ auctoritatis ſcriptores commemorarunt. Quamvis, plumbei, & ſtannei nummi jure civili Romanorum omnino reprobati fuerint, & quidem L. Cornelia damnati [c]. Quod & in æroſa pecunia, plurimum æris admixtam habente, ſic obſervatum [d]. Æream tamen pecuniam prius, deinde argenteam, ac poſtmodum auream introductam fuiſſe, liquet. Nec non ab ære has metallorum ſpecies, tanquam tempore primas, illæſum ſibi nomen generale retinuiſſe. Et hinc eſt, quod per æs, nummorum omne genus argenteorum, aureorumque ſignificetur [a]. Pecuniæ autem nomen à pecude nominatum, quod Rex Servius Tullius æs pecudum figura notaſſet.

b *L. qui libert. & l. fin. ff. de oper. publ.*

c *L. 9. §. 2. ff. ad l. Corn. de Falſ.*

d *L. creditor. in pr. ff. de Solut.*

a *L. etiam aureos ff. V. S. l. ſi ſerv. §. hujus legis ff. ad l. Aquil.*

Digitized by Google

Inde ab urbe condita 484. vel ut alii volunt 485.
Qu. Fabio Conſule, argentum ſignatum eſt; & an-
no poſt argentum ſexageſimo ſecundo nummos
aureos introductos fuiſſe, Plinius auctor eſt. Quam-
obrem etiam cum gentes æris, argenti, atque auri
uſum in ſe recepiſſent, jura nummorum quiſq; po-
pulus ſummę poteſtati reſervavit [b]; quod vulgò per-
cutiendi, imagine ſignandi, probandi, reprobandi,
tollendi, valoremque monetę conſtituendi, ac mu-
tandi placito, pro cujuſque reipub: commodo ex-
peditur. Idq; ſtricto jure, cum privatus ſecundum 6
æquitatem, pretium, ſpeciem, pondus, figuram,
legemque nummis impoſitam, eoſdem in vendi-
tione ab emptore accipere, in emptione venditori
tradere teneatur [c], nec punctum à pretio nummis
per legem impoſito citra pœnam recedere: *Nam ſi
quis ſuper cudendo ære, vel reſcripto aliquo, vel etiam
adnotatione*, inquit Imp: *ſi bi arripuerit facultatem*,
*non ſolum fructum propriè petitionis amittat, verum etiam
pœnam quam meretur accipiat* [d]. Nec immerito curam 7
hanc poteſtates ſummæ ſibi arrogant; quia reipub:
intereſt, ut pretia nummorum indubitata ſint, ex
æqualitate ponderis, & ſpeciei componantur [e],
formam, materiamque adulterinam non habeant,
figuræ certę ſint [f], ut nummorum inſpectione cives
reipubl: Principes civium ſuorum memores ſint.
Atq;

b *L. 2. C. de falſ. monet.*

c *L. 1. C. de veter. numiſm.*

d *L. ult. C. de falſ. monet.*

e *L. 1. C. de veter. numiſm. nov. Leon. 52. in fin.*

f *Matth. 22. v. 18. & 19*

Atq; adeò Principem ſuum agnoſcant; dicto Poëtę.

Rege figuratam regis patet eſſe monetam
Cæſaris, & domino ſub Cæſare fulget imago.

8 Utque etiam omnis falſitas, quæ in monetis cudendis exerceri penes privatos poſſet, arceatur. Qua ratione ſpeciales ædes inſtitui, imo domus Imperatoriæ nummis dedicari conſuevere, de quibus Ovidius:

Arce quoque in ſumma Junonis templa monetæ,
Et voto memorat facta Camille tuo.

Carolus magnus tollendi hujus criminis occaſione, nullibi quam in ipſo palatio, cudi monetam voluit. Quod & in Anglia me teſte ſic obſervatur.

9 Figura monetæ olim mutari, aut mori cum Principis perſona conſueverat, ut & veteris, novæq; monetæ pretium; Quod tamen utilitate publica ſuadente, poſtea mutatum [a], modo juſti ponderis, & ſpeciei, reperiantur. Verba Impp: ſic ſe habent: *Solidos* [b] *veterum Principum, veneratione formatos, ita tradi, ac ſuſcipi ab ementibus, & diſtrahentibus jubemus, ut debiti ponderis ſint, & ſpeciei probæ. Sciturus univerſis,*
10 *qui aliter fecerint, haud leviter in ſe vindicandam.* Nec de facili, ſine juſta cauſa, pretium ejus augeri, aut minui, magno civium incommodo debet. Quod ne fiat, majoris cautionis gratia, Brabanti olim petierunt, Rex Philippus II. Hiſp: Rex, tanquam

[a] *Nov. Lem.* 52.

[b] *D.l.1.C. de veter. numiſm.*

Brabantiæ Dux ſpoſpondit; *Nullum nummum cudemus in Brabantia noſtra, niſi de conſilio & voluntate, & conſenſu totius Provinciæ. Neque is nummus ullo modo minui poterit. Quod tamen ſi fiat, vindicare poterimus in monetarium, ejuſque bona, citra conniventiam, & dilationem. Cudetur etiam is nummus in aliqua noſtrarum liberarum civitatum. Et æſtimabitur, laudabilique in conditione ſuſtinebitur, de conſilio earundem civitatum &*

Provinciæ. Jus illud licet privato non competat [c], 11
nec poteſtati inferiori [d], tamen populi nomine aliis quandoque communicatur. Quæ enim populi ſunt per populum rectè mandantur, privilegio aliis conceduntur [e]. Præſcribi etiam, & conſuetudine
acquiri jus monetæ Mynſingerus [f] aſſerit; quoni- 12
am præſcriptio vim conceſſi privilegii habet, ac tituli legitimè acquiſiti, argumento conſenſus ad conſuetudinem; ſi concedi, ergò & præſcribi poteſt. Sed perſonaliter tantum, interdicta juris iſtius alienandi licentia, niſi & jure ſuo cadere velit alienator. Quo caſu, & ipſo jure ad ſuperiorem rever-
titur [g]. Actio monetæ popularis eſt [h], præmio ac- 13
cuſatoribus promiſſo [i]. Inconceſſa monetæ factio majeſtatis reum facit. Monetarii clandeſtinis ſceleribus adulterinam monetam fabricantes, judici traduntur, facti conſcios per tormenta ilico prodituri; appellandi privilegio ipſis denegato, ſuppliciis

c *L.fin. C. de falſ.monet.*

d *Mynſ.* 4. *obſ.*24.

e *L.fin.* C. *nov.vectig. inſtit.non. poſſ.*

f *Cent.* 4. *obſ.* 24.

g *L.*2.*C.de falſ.monet.*

h *L.* 1. C. *eod.*

i *D.l.*2.C. *eod.*

ciis [b] addicendi; cujus pœna ignis eſt [c]. Quod ſi quiſquam juſti ponderis, & valoris nummos cuderit, putant gladio ex reatu peccatorem liberandum fore [d], quod majeſtatis tantum crimen commiſerit. Sanè ſi quis ex his in exordio initę factionis, ſtudio verę laudis accenſus, initum prodiderit crimen, præmio dignatur. Is verò, qui uſus fuerit hac factione, ſi vel ſero (incognita tamen adhuc) conſiliorum arcana patefecerit, abſolutione ſola, ac venia dignus habebitur [e].

b *D. l.* 1. C. *eod.*
c *D. l.* 2. C. *eod. Conſtit. C.* 5. *crimin. art.* 3.
d *Per l. quiſquis*. C. *ad l. Iul. majeſt.*
e *D. l. quiſquis.*

Cap. XXIX.

NUNDINÆ.

1. *Nundinarum, ſtapularumve jura à Principe petuntur.* 2. *Stapularum origo.* 3. *Nundinæ unde dictæ, & quid ſint.* 4. *Origo, & neceſſitas nundinarum.* 5. *Privati templo dare nomen proprium prohibentur.* 6. *Quibus requiſitis nundinæ inſtituantur.* 7. *A nundinis conventiones hebdommadales differunt.* 8. *Nundinarum privilegia.*

Nundinarum itidem impetratio, & conſervatio à ſolo Principe dependet [f]; unde Plinius: *Solers vir Prætorius à Senatu petiit, ut ſibi inſtituere in*

f *L.* 1. *ff. de nundin. & C. eod.*

 agris

agris nundinas permitteretur. Ut & *Stapularum* jus, quo certas mercaturæ ſpecies appellere, & in terram deponere mercatores tenentur, quæ alioquin mercandi cauſa ad alias urbes devectæ fuiſſent. Harum origo ex bono publico plerumque eſt: nam cum interſit imperii, in locis ſtruendis urbibus non admodum oportunis, quandoque fortalitia erigi, civitates condi, idq; ſine pecunia publica, abſq; ullo ærarii publici detrimento, privilegia quędam conceduntur incolis, ſive omnibus eo loco habitare volentibus; quorum beneficio Principali benignitate ibidem non ſolum meliori pretio, quam alibi exponantur, vendantur, verum inſuper jura habeant, quibus opes incolarum, civitatis ſingularis proventus, ſplendorque augeri poſſint. In exemplum nobis urbs Dordracena Hollandiæ primaria eſt, pro communi utilitate, ob ingentes belli paciſve virtutes à Principe ſtapularum jure decorata. Nundinę, Encæniæ, novendinæ ab eo quod plerumque per novem dies celebrantur, nobis dictæ, ſunt celebriores conventus, ex diverſis pagis, civitatibus & Provinciis, hilaritatis & commercii variarum rerum cauſa inſtituti; cum alii conventus tantum unius ſpeciei, puta Caſei, Olei, Vini, Corei &c. commercia ſunt. Origo nundinarum ex utilitate, ac neceſſitate Reipub: eſt: *Nam ſummæ prudentiæ, &*

2 3 4

aucto-

auctoritatis apud Græcos Plato, inquit Calliſtratus[a]. *Cum inſtitueret quemadmodum civitas benè beatèque habitari poſſit, in primis iſtos negotiatores neceſſarios duxit.* A templi ſtructura tamen vulgò indicuntur, atque ideò Nundinas belgico idiomate **Kermiſſen**, tanquam **Kerckmiſſen** vocamus, ex die iſto, quo prima Miſſa papalis, in eo templo celebrari cęperat, idq; in honorem ejus ſancti, cujus cauſa templum fundatum erat.

5 Et cum eo tempore nomen etiam proprium templo daretur, ne quid minus juſtè per privatos privatorumve loco habitos admitteretur, Impp: Theod:, Arcad:, & Honor:, præceperunt[b]. *Si qui judices, perfecto publicis pecuniis operi ſuum nomen, ſine noſtri numinis mentione inſcripſerint, majeſtatis teneantur obnoxij.*

6 Porrò ad nundinarum conceſſionem ferè civitates vicinæ ſingulares, & pagi proximè adjacentes, quorum intereſſe poſſet, audiuntur; ne conceſſio juris in privatum collata, multis damnoſa, aut fortè injurioſa foret.

7 A nundinis conventiones hebdommadales, quod nos **Weeck-marten**, ſive **Mart-daghen** appellamus, diſtinguuntur. Quorum inſtituendorum, mutandorum, abrogandorumque poteſtas penes magiſtratus relativos locorum eſt. Ac plurimum ex civium unius urbis, & pagorum circumjacentium conventione, & mercandi deſiderio exercentur.

8 Jus nundinarum porrò

a *L. 2. ff. de nundinis.*

b *L. 9. C. de oper. publ. l. 3. §. 1. & 2. ff. eod.*

maximè privilegio conſiſtit. Quod durante eârum ſolennitate, perſonæ & bona debitorum à creditoribus ſuis, prætextu privati debiti, etiam volentibus, ex ſingulari privilegio arreſto gravari, aut detineri nequeant. Verba Impp: referre animus eſt [a]. *Qui exercendorum mercatuum, aut nundinarum licentiam, vel veterum indulto, vel noſtra auctoritate meruerunt: ita beneficio reſcripti potiantur, ut nullum in mercatibus, atque nundinis ex negotiatorum mercibus conveniant, vel in venalitiis, aut locorum temporali quæſtu, & commodo privata actione ſectentur, vel ſub prætextu privati debiti, aliquam ibidem concurrentibus moleſtiam poſſint inferre.* Unde etiam liberæ nundinæ vulgò dicuntur, apud nos duraturæ, donec publica campana auctoritate magiſtratus mota ſigna exſpirationis dabuntur, ut ſibi interim unuſquiſque providere poſſit. Non utendo per decennium tempore Romanorum jus illud amittebatur [b]. Hodie jure Saxonico annis demum XXXI. quibus nundinas, & privilegia omnia præſcribi [c], Weſembecius nobis auctor eſt.

a *L. unic C. de nundin.*

b *L. 1. ff. eod.*

c *In parat. ff. de nundin. n. 4.*

CAP.

Cap. XXX.

VECTIGALIA,

1. Vectigalia nemo niſi Princeps conſtituit. 2. Vectigal unde dictum. 3. Gabellæ ſpecies paſſagium, pedagium, & guidagium. 4. De Pontenagio, ſeu Pontivegio. 5. Juſta ſunt vectigalia. 6. Et neceſſaria. 7. Jus conſtituendorum vectigalium privatis non committendum. 8. Vectigal abſque mora ſolvendum. 9. Fœderatus unus alio fœderato vectigalibus non magis premendus. 10. Vectigalium fraudatores puniendi. 12. Immunitas à vectigalium ſolutione. 12. Nova vectigalia non facile inſtituenda. 13. De publicanorum exactionibus. 14. Quomodo civitates ſingulares hoc jure utantur.

1 Quoniam ſine via, mari, aut flumine perſonę, aut bona de loco ad locum non transferuntur, in iiſque providendis, tutiſque reddendis, non minimus labor ſæpiſſimè verſetur; ideò pro earum refectione, ſecuritate, atque etiam augendo ærario publico, vectigalia imponuntur, quę itidem inter regalia numerantur[a]. Et vectigal ſupremi imperii teſſera dicitur, quod vectigalia nova inconſultis Principibus non inſtituantur[b], inſtituta non niſi per eandem majeſtatem refor-

[a] *C. unic. Quæ ſint Regal.*

[b] *L. 3. C. vectigal. nov. inſtit. non poſſe.*

Digitized by Google

mentur, diminuantur, aut etiam in totum tollantur. Atque hinc Hermogenianus[c]: *Vectigalia ſine Impp: præcepto, neque Præſidi, neque Curatori, neque Curiæ conſtituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere, vel diminuere licet.* Et rectè, quia ſupremę poteſtati hęc tantum competunt, Principali auctoritati regalia reſervata ſunt; de quibus conſtat illud: *In his quæ ſunt Principi reſervata, omnis inferiorum videtur excluſa auctoritas, & poteſtas*[d]. Vectigal à vehen- 2
do dicitur, acceptum pro eo quód pro invectione, & evectione mercium debetur; quare & telonia à Græco τέλο, quod mitto ſignificat, nuncupantur. Conductoreſve vectigalium telonarii, telonæque vocantur. Vectigal etiam gabella appellatur; cu- 3
jus ſpecies, *paſſagium*, *pedagium*, & *guidagium* ſunt, nomina barbara, jure Romano incognita. Priora, concernunt onera perſonalia, & ad eos pertinent, qui traſeundo iter, alioquin ſecluſum, ſoluto æris modulo, pede tranſeunt. Alterum, ut tuti corpore, boniſque ſuis, in via procedere poſſint. Quibus 4
& *pontenagium*, ſeu *pontivegium* acceſſit, ac ponitur pro eo quod tranſeundo pontem, in quo vectigal conſtitutum eſt, ſolvitur; cui conſequens eſt, ponte deſtructo ſine ſpe refectionis, non poſſe ibidem exigi vectigal à tranſeuntibus per aquam ubi pons fuerat; nec in novo ponte ſupra, vel infra facto, cum

c *L. 10. ff. de publ. & vectigal.*

d *Arg. l. 1. C. de jure aur. annul. & l. invocamus. C. de cenſib.*

cum pons in quo quæſitum illud jus erat, in rerum natura eſſe deſierit, neque exactio illa alio loco fieri poſſit[e]; quia ut dixi nova inſtituere vectigalia nemini ſine Principali auctoritate licet. Et generaliter omnia loca tranſeuntibus libera ſunt[f]. Si tamen pons in loco veteri reficiatur, tunc jus vectigalis ipſo jure revocatur, ſeu in integrum reſtituitur[g].
5 Juſta omnino hæc vectigalia ſunt, quia ſumma poteſtas verus dominus viarum fluviorumque publicorum eſt, & cum dominus ſit, prohibere poſſit ſubditis, & forenſibus, ne aliter quam ipſe velit, ſua loca ingrediantur[a]. Juſta ſunt, cum pro ſalute reipub: introducantur, ut ex eorum proventibus ſumptus publici ſuſtineantur. Inſuper vectigalia Princeps cum exigit, in ſe refectionem pontium, & viarum recipit[b]: nec non, ut vectigalia ſolventes ſint ſub tutela dominorum territorii, qui ea lege illa exigunt, ut teneant vias tutas, ac indemnem tranſitum cunctis & ſingulis vectigal ſolventibus præſtent. Admodum ſi quid damni eis in via publica contingat, puta ſi depredentur illi, qui vectigalia ſolverunt, niſi prædonem, malefactoremve Principes exhibeant, ad præſtationem ſeu refuſionem damnorum teneantur[c].
6 Pręterea & vectigalia ob neceſſitatem, atque utilitatem reipub: inſtituuntur[d], tantaque eorum functio eſt, ut quemad-

e *L. 13. §. 1. ff. Servit. pręd. ruſtic.*

f *L. 14. §. fin. ff. quemad. ſervit. amitt.*

g *D. l. 14. in pr. ff. eod.*

a *L. 16. ff. de Servit. ruſt. præd. l. 3. §. 1. ff. de acq. rer. dom.*

b *L. 1. ff. de public.*

c *Nov. 134. C. 4.*

d *L. fin. C. de vectig. l. 1. C. vectig. nov. inſtit. non poſſ.*

modum tributa dicuntur nervi reipub: , ſic idem
elogium vectigalibus rectè , & neceſſitate urgente
inſtitutis, tribui poſſit; unde & à Pacio JCto eximio
vectigal definitur; *Fructus ex mercibus proveniens ,*
quibus reſp: ſuſtinetur; quaſi impoſſibile ſit, ut ſacris
e Nov. 149. C. 2. tributis non illatis, reſp: conſervetur [e]. In quã rem
egregia Taciti verta ſunt: *Neq; quies gentium ſine ar-*
mis, neq; arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis
haberi poſſe. Et alibi: *Nihil æquè fatigabat quam pecu-*
niarum conquiſitio: eos eſſe belli civilis nervos. Nec ab-
ludit Cicero: *Etenim ſi vectigalia ſemper nervos Reipub:*
eſſe duximus, eum certè ordinem, qui exercet, illa firmamen-
tum cæterorum ordinum rectè eſſe dicemus: quippè pecu-
nia & militibus poteſtas omnis acquiritur, conſer-
vatur, augetur. Ac tributa pro conſervanda repub:
non tantũ jure divino magiſtratui, in ſignum quod
f Math. 17. Luc. 4. Rom. 13. ſubditi parere velint, ſunt præſtanda [f]: ſed etiam
eorũ finis primarius eſt, reip: utilitas, ut tam pacis,
quam belli tempore perſonę, ac res civium in tuto 7
ſint. Quinimò publica hæc vectigalia, alibi publi-
g L. omniũ C. de vectig. corum functionum nomine [g] deſignata, (unde &
h Tot. tit. de Publ. eorum exactores *publicani* [h] appellantur) adeò publi-
ca ſunt, ut privatis committi non poſſint; & ſi in-
feriores poteſtates, ſive privati, quidquã in iis citra
a L. 3. C. de vectig. nov. inſtit. Principis conſtitutionem præcedentem exegerint,
omne quod exactũ probabitur reſtituere tenebun-
tur.

tur[a]. Atq; inſuper ob vigorem diſciplinæ publicæ extra ordinē plectuntur[b], qui ſpreta majeſtate hiſcc ſeſe negotiis immiſcuerunt, dum in pœnam legis Juliȩ de vi publica[c], de ambitu[d], vel etiam lȩſȩ ma-
8 jeſtatis crimen[e] indiciſſe proponuntur. Igitur ad hoc ſolvendum vectigal omnes ſubditi qui utilitati publicæ ſtudent, prompti eſſe debent[f], ne ex mora irreparabile damnum reip: naſcatur. Nam in cauſis Fiſci, & Principis, quoad tributa ita receptum eſt, ut etiam contrariæ appellationes non recipiantur[g]; quod ad exteros etiam, niſi à portu, territoriove abſtineant, pertinet[h]. Verum fœderatos generaliter
9 durioribus conditionibus aggredi, hos immunitatis beneficio indiſtinctè honorare, illos exactionis opprobrio ſupprimere, jure gentium iniquum eſt, fraternitatis, atque amicitiȩ officio contrarium.
10 Qui fraudandorum vectigalium cauſa mercium quantitatem veram reticent, alia via deflectendo, telonia declinant, eorum bona in commiſſum cadunt; Deo, & mundo peccantes, amiſſione bono-
11 rum ſuorum quandoque plectuntur[i]. Et ſolvunt omnes æqualiter, niſi immunitatem proprio jure, aut ſtatus ſui ratione, habeant. Jus illud quibuſdam conſuetudine, præſcripto, conceſſione, & privilegio obvenit. Ratione ſtatus eo gaudent, Princeps, Fiſcus, Nobilitas, Legati,[l] Studioſi qui ad Aca-

b L. 9. §. 5. ff. de publ.
c L. fin. ff. ad l. Iul. de vi publ.
d L. unic. §. 3. ff. ad l. Iul. de ambit.
e L. 3. in fin. ff. ad l. Iul. majeſt.
f L. 2. in fin. C. de annon. l. 1. C. de navic.
g L. 4. C. de conven. fiſc. deb. l. 4. C. quor. app. non recip.
h L. 6. C. vectig. & commiſſ.
i L. 4. §. 5. ff. de offic. proconſ. l. 3. C. de naut. fœnor. l. 7. C. de navicular.
l L. 8. C. de vectig.

demias proficiſcuntur[m]; quadrupli pœna, præter dati reſtitutionem in publicanos conſtituta, qui aliquid ſtudioſis extorſerint. Item hac immunitate ornati ſunt, Clerici,[n] Eccleſiaſtici, ac[o] Naviculariii ſi non mercandi gratia, ſed proprio commodo, ea convecta probabuntur; hoc eſt, Si in propriam utilitatem, uſuſque proprios, non lucri faciendi gratia bona ſua ſecum gerant, ac transferant. Quod jus omnibus indiſtinctè, atq; ipſo jure cunctis commune eſt, nempe ut in proprios uſus res convertendas unuſquiſque liberas habeat[p]. Conſuetudo tamen (quæ in vectigalium exactione plurimum valet[q]) contraria eſt, ita ut ſolvantur tam pro perſona, quam pro rebus, licet non venalibus. Bona itidem quædam per ſe immunitate gaudent; eorum numero ſunt, quę caſu miſerabili, naufragii ſcilicet, aut fluminis exſiccatione extra territorium deferuntur. Non enim ex miſeria alterius, quenquam lucrum capere oportet. Res autem de quibus 12
hactenus ſolutum vectigal non eſt, quibuſve vectigal impoſitum nullum, liberæ[a] ſunt; nec facilè contra naturam earum liberam vectigalium juri ſubjiciendæ, ne earum auctores cadant ſub judice morum. Odioſum illud comprimis eſt. Onerant populum tributis, vectigalia inſtituunt nova, augent vetera. Conquerantur populi onera intolerabilia

m *Auth. habita C. ne filius pro patre.*

n *C. quanqui. 4. D. cenſib. in 6.*

o *L. 6. C. de vectig. & commiſ.*

p *L. 4 §. 1. l. ult. §. 3. & 9. ff. de public. l. 5. C. de vectig.*

q *L. 4. §. ult. ff. de public.*

a *L. 9. ff. de publ. & vectig.*

bilia collis noſtris affixa ſunt. Quod ne fiat, ſæpiſſimè legibus fundamentalibus proviſum, ne nova, aut vetera citra populi conſenſum vectigalia inſtituantur, augeantur. Nec minus proſpiciendum, ne per Principes inferiores talis ſævitia exerceatur.
13 Multò minus per Publicanos, quorum importunitate aliquando vix præcarius ſpiritus tenuioris fortunæ hominibus relinquitur. Quantæ enim ſint, atque ab omni ævo fuerint temeritatis publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat[b]. Cęterum vectigalia hæc ut publica ſunt, atque univerſalia, exercitia ſua diſtincta habent, in communicationem cadere creduntur; nimirum ſi magiſtratus ſpecialis territorii, qui ea exigit, aut pro neceſſitate Civitatis ſingularis parva, atque nova inſtituit, tale jus ex privilegio, conſuetudine, conceſsione, vel præſcriptione quadraginta annorum, vel quod certius, temporis immemorabilis uſu, quæſitum habeat[c]. Quemadmodũ eadẽ jura ferè omnes Civitates Hollandię principales intra privatos parietes exercent.

b L. quantæ ff. de public.

c L. 4. C. de præſcr. 30. aut 40. ann.

Cap. XXXI.

COLLECTÆ.

1. *Collecta juris ſuperioris eſt.* 2. *Neceſſitas hujus juris communicationem recipit.* 3. *Rationibus juſtis.* 4. *Collecta*

m *Auth. habita C. ne filius pro patre.* demias proficiſcuntur [m]; quadrupli pœna, præter dati reſtitutionem in publicanos conſtituta, qui aliquid ſtudioſis extorſerint. Item hac immunitate ornati ſunt, Clerici, [n] Eccleſiaſtici, ac [o] Naviculari ſi non mercandi gratia, ſed proprio commodo, ea convecta probabuntur; hoc eſt, Si in propriam utilitatem, uſuſque proprios, non lucri faciendi gratia bona ſua ſecum gerant, ac transferant. Quod jus omnibus indiſtinctè, atq; ipſo jure cunctis commune eſt, nempe ut in proprios uſus res convertendas unuſquiſque liberas habeat [p]. Conſuetudo tamen (quæ in vectigalium exactione plurimum valet [q]) contraria eſt, ita ut ſolvantur tam pro perſona, quam pro rebus, licet non venalibus. Bona itidem quædam per ſe immunitate gaudent; eorum numero ſunt, quę caſu miſerabili, naufragii ſcilicet, aut fluminis exſiccatione extra territorium deferuntur. Non enim ex miſeria alterius, quenquam lucrum capere oportet. Res autem de quibus 12
hactenus ſolutum vectigal non eſt, quibuſve vectigal impoſitum nullum, liberæ [a] ſunt; nec facilè contra naturam earum liberam vectigalium juri ſubjiciendæ, ne earum auctores cadant ſub judice morum. Odioſum illud comprimis eſt. Onerant populum tributis, vectigalia inſtituunt nova, augent vetera. Conquerantur populi onera intolerabilia

n *C. quanquā. 4. D. cenſib. in 6.*

o *L. 6. C. de vectig. & commiſſ.*

p *L. 4 §. 1. l. ult. §. 5. & 9. ff. de public. l. 5. C. de vectig.*

q *L. 4. §. ult. ff. de public.*

a *L. 9. ff. de publ. & vectig.*

bilia collis noſtris affixa ſunt. Quod ne fiat, ſæpiſſimè legibus fundamentalibus proviſum, ne nova, aut vetera citra populi conſenſum vectigalia inſtituantur, augeantur. Nec minus proſpiciendum, ne per Principes inferiores talis ſævitia exerceatur.
13 Multò minus per Publicanos, quorum importunitate aliquando vix præcarius ſpiritus tenuioris fortunæ hominibus relinquitur. Quantæ enim ſint, atque ab omni ævo fuerint temeritatis publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat[b]. Cęterum vectigalia hæc ut publica ſunt, atque univerſalia, exercitia ſua diſtincta habent, in communicationem cadere creduntur; nimirum ſi magiſtratus ſpecialis territorii, qui ea exigit, aut pro neceſſitate Civitatis ſingularis parva, atque nova inſtituit, tale jus ex privilegio, conſuetudine, conceſsione, vel præſcriptione quadraginta annorum, vel quod certius, temporis immemorabilis uſu, quæſitum habeat[c]. Quemadmodũ eadẽ jura ferè omnes Civitates Hollandię principales intra privatos parietes exërcent.

[b] *L. quant. e ff. de public.*

[c] *L. 4. C. de præſcr. 30. aut 40. ann.*

Cap. XXXI.

COLLECTÆ.

1. *Collecta juris ſuperioris eſt.* 2. *Neceſſitas hujus juris communicationem recipit.* 3. *Rationibus juſtis.* 4. *Collecta*

lecta alia perſonalis. 5. Alia realis. 6. Pro quibus cauſis collecta rectè exigatur. 7. Quando nemo à collectarum ſolutione excuſetur. 8. Neceſſitate urgente bona eccleſiaſtica etiam alienanda.

AB hoc vectigalium jure, collectę generales diſcrepant, itidem Principali curæ reſervatæ, tanquam vera ſimbola, & notæ ſuperioris præeminentiæ. Hæ antiquiſſimę ſunt. Sic Poëta: 1

Dum fuit imperium, fuit & collecta: tributum
Quodlibet imperium ſemper habetq; ſuum.
Nam ſimul ac Reges fuerant, quoque regia paſſim
Cæpere à reliquis munera ritè peti.

Unde facilè eliceas, vectigalia, collectas, & tributa cum ipſis penè Regibus, & Imperiis nata fuiſſe. Collectæ ſi ob publicam, ſive communem utilitatem exigantur, vulgò non ſine expreſſa Principis voluntate [a] imponuntur: quia regulariter illicitum, novis exactionibus ſubditos onerare [b]. Quocirca etiam mandata inhibitoria contra tales exactiones conceduntur, ne hæc onera civibus moleſta, ſeditionis occaſionem præbeant. Veruntamen neceſſitatis morſus cum ſint graviſſimi, nec non publicæ ſalutis, ac neceſſitatis cauſa favorabilis, à legis præſcripto, ipſo præſertim jure permittente, interdum recedere licere, prudentes ſemper & ab omni ætate, 2

quaſi

a *L. placet C. de execut. muner. l. 1. C. de ſuper indicto lib. 10.*
b *L. 1. 3. & tot. tit. C. vectig. nov. inſtit. non poſſe.*

quaſi per manus, nobis tradiderunt, nixi auctoritate Impp: Arcad: & Honor: ubi ajunt [c]: *Vectigalia quæcunque quælibet civitates ſibi, ac ſuis curiis ad anguſtiarum ſuarum ſolatia quæſierunt, ſive illa functionibus curialium ordinum profutura ſunt, ſive quibuſcunque aliis earundem civitatum uſibus deſignantur, firma his, atque ad habendum perpetua manere præcipimus, neque ullam contrariam ſupplicantium ſuper his moleſtiam formidàri.* Ex quibus verbis finalibus apparet, collectas quaſdam ordinarias, quaſdam extraordinarias eſſe; quarum alię ferè ſingulis annis, alię neceſſitate ſuadente tantum, extra ordinem, ex intervallo exiguntur, marſupio Principis, ut dici ſolet, penè evacuato. Inſuper collecta alia imperialis, alia localis appellatur. Imperialis, quæ etiam generalis vocatur, non niſi à ſolo Principe dependet, & ex ejus ſolius mandato juſtitiam acquirit. In locali collecta illud evenit, atque in viridi obſervantia eſt, ut à civitete ſingulari, univerſitate, collegio, pago, imò vicinia ſubditis ſuis, non per modum imperii, aut juriſdictionis, verum jure privato, quaſi ex contractu, tacito vel expreſſo, collecta ritè imponatur; puta ſi neceſſitas eo urgeat. Quo caſu & ipſi cives communitates, collegia imponere ſibi ſuiſque, collectas [a], citra ullius injuriam, univerſitatis privatæ bono, imò ipſo jure, poſſunt ac tenentur [b]. Sic olim

c *L. 10. C. de vectigal.*

a *L. 1. & pen. ff. quod quiſq. univerſ. nom. l. 2. C. de oper. publ. & l. 2. C. de immun. nem. conced.*

b *D. l. 2. C. de oper. pub.*

civitates quędam ſingulares in uſum proprium collectas petiere [c], ut earum auxilio opus publicum fieret, pauperibus ſuccurreretur, mœnia, pontes, templa, domus publicæ exſtruerentur. Nec in his Impp: Clericis immunitatem [d] indulſere, maximè cum expenſæ ejuſmodi etiam propter neceſſitatem fierent [e]. Æs alienum, quo Provincia, civitas, pagus, collegium laborat, collectis quoq; ſubjectum eſt. Etſi enim quod univerſitas debet, ſinguli non debeant; attamen quando ærarium, & reditus publici non ſufficiunt æri alieno ſolvendo, tunc magiſtratus collecta indicta, ut in commune tantum conferant, quo æs alienam ſolvi queat, ſubditos, & cives cogere poteſt. Haud tamen ab re erit, ut cauſæ ejuſmodi non tantum graves, juſtæ, pregnantes, & vel ut peremptoriæ allegentur, ſed etiam probentur. Ea enim eſt hominum liberorum conditio, ut quid, & in quem uſum ſolvant, ſcire velint, cum ipſorum quoque interſit. Eoque caſu liberè ſolvunt, quę prolata ratione exiguntur, ſive [f] reales ſive perſonales [g] præſtationes civibus injungantur. Unde collecta civilis juſtè in realem, & perſonalem diſtinguitur. Perſonalis eſt, quæ civium capitibus, & annis, inſpecto taxationis tempore, & ætate, imponitur [h], nec exteros concernit [i]. Et hæc collecta perſonalis *Capitatio* dicitur in Turcico imperio uſitatiſ-

3 (beside "cives cogere poteſt. Haud tamen ab re erit, ut cau-")

4 (beside "cum ipſorum quoque interſit. Eoque caſu liberè")

[c] *L. 12. l. 18. C. eod.*
[d] *L. 7. C. de SS. Eccleſ.*
[e] *L. 7. C. de oper. publ.*
[f] 1. *Chron.* 29. *verſ.* 9.
[g] 3. *Eſdr.* 2 *v.* 4. & 7.
[h] *L. ætatem ff. de cenſib.*
[i] *L.* 4. *C. de incol.*

Digitized by Google

tatiſſima, ubi Chriſtiani, licet exteri, pro ſingulis capitibus drachmam auri, hoc eſt, aureum Ungaricum exſolvunt. Alibi quoque Gloſſatores pro capite maſculi aureum, pro capito fęmineo dimidium aureum ſingulis annis ſolutum fuiſſe, commemorant. Verum cum hiſce exactionibus nimium premerentur cives Romani, capitationes hæ ſive capitis tributa à Conſtantino Imp: ſublata ſunt [a]. Similiter Veſpaſianus Imp: Colonis Cæſarienſibus, tributum capitis remiſit [b]. Unde etiam Cicero: *Tributum capitis, & oſtiorum, tanquam acerrimam exactionem, damnavit.* Atque hoc de collecta perſonali.

5 Realis autem eſt, quæ rebus in hæret, non ex tempore ſolutionis, ſed impoſitionis petenda [c]. Habita non pretii, ſed fructuum ratione; quoniam rebus ſterilibus collecta non imponitur; ut ſunt pecunia otioſa, annuli, gemmæ, aliaque ornamenta. Ex supervenienti tamen inopia, pro plena collectarum ſolutione homo pauperior, ſive infimæ conditionis, diminutionis auxilium petit, & juſta nixus cauſa, immunitatem à Principe, reſcripto acquirit, ſi

6 non omnimodam, ſaltem particularem. Enumeratis quibuſdam cauſis legitimis, ſequitur ſi propter hoſtium invaſionem, pro defenſione Reipub: dominus non tantum auxiliario, ſed & ſtipendiario milite opus habeat, nec Princeps, vel etiam æra-

a *L. unic. C. de capitat. civium cenſ. exim.*

b L. *fin.* §. 7. ff. *de cenſib.*

c Gail, 1. *obſ.* 21. *n.* 18.

rium Publicum bene inſtructi nummis ſint, collectas rectè exigi. Inſuper redemptionis captivorum cauſa; maximè ſi ipse Princeps captivus ſit. Tranſfretationis ultra mare; Filiæ elocandæ, ſi tamen ſemel collectis dotata ſit, ſecundas trahens nuptias, non amplius collectis eam dotari poſſe quidem exiſtimant. Et quod alii adjiciunt, acquiſitionis novi territorii occaſione collectę ſummo jure exiguntur: de quibus tamen omnibus DD[res] multa diſputant. Nec inconveniens exemplo parentum ac liberorum, privatis Principum neceſſitatibus ſubditos collectis ſuccurrere; præcipuè, ſi alimentis indigeant [d]. Idque indiſtincte, licet multi diſſentiant. Imo injuſtum foret, homine indignum, atque à bono cive alienum, contrariam opinionem fovere. Quid enim inhumanius quam Principi denegare quod patronis debetur [e]. Regi auferre, quod donatori ad inopiam vergenti, competeret [f]. Et cum vaſallus feudo privetur ob ingratitudinem [g], conſtetve nullam majorem committi poſſe inhumanitatem, quam dominum fame necare, quod is facit, qui alimenta denegat [a], ſequitur cauſa alimenti, tanquam neceſſitatis, collectarum jus omnino fundatum eſſe; ſi quidem fames inter neceſſitates primum locum obtinet. Quin etiam, ſi pro defenſione rerum, ſtatuſve conſervatione collectam ſubditis ſuis

d *Arg.* L. 1. C. *de alend. liber.*

e L. 5. §. 18. & 19. *l.* 6. *ff. de liber. agnoſc.*

f L. *fin.* C. *de revoc. donat.*

g C. 2. §. *prædictis modis tit.* 24. *lib.* 2. *De feud.*

a *L.* 4. *ff. de agnoſc. liber.*

ſuis Princeps imponere poſſit, quin imo pro pauperibus alendis; quanto magis imponere poterit pro ſuſtentatione vitæ, quæ omnibus rebus anteponenda eſt; qua deficente omnium fortunæ laborarent. Et hoc, ut cautiores volunt, ſi ipſe populus divitiis abundet. Mihi tamen verius videtur, civibus veris competere ſingulariter pro Principe, tanquam dilecto patre, vel marito, mori velle, quam pati, ut ille qui omnium tutelam ſuſcepit, aliis nondum neceſſitate laborantibus, indigna Principi inopia laboret. Quod maximè in bonis civium locum habet, cum bonis civis, non modo bona, ſed vitam rebus omnibus chariorem, pro Principe impendere teneatur. Sanè collectæ hæ
7 de quibus hactenus egimus, quandoq; admodum generales ſunt, ut ab his nemo, ne quidem privilegiatus, ſeſe eximere poſſit, puta ſi militiæ cauſa, pro defenſione contra hoſtem, aut pro vera religione manu tenenda, petantur; tempore enim exigente, ac neceſſitate urgente omnes æque gravantur, omni velamento privilegii penitus remoto. Unuſquiſq; hujuſmodi collationi ſuccumbere ſeſe debet, ut à ſummis ſarcina, uſq; ad infimos decurrat. Igitur ab his neque Clericus, neque forenſes, nec privilegiati excuſantur. Hoc munus æqualiter veluti ordinarium, & patrimoniale agnoſcendum

Digitized by Google

eſt. Tempore autem neceſſitatis, famis, belli, & ſimilibus privilegia ſilent. Omnes in commune, 8
ſi neceſſitas exigant, convenit utilitatibus publicis obedire[b]. Et Seneca:

b L. 1. C. de navib. non excuſ.

Ferre quem ſortem patiuntur omnes,
Nemo recuſat.

Quin imo utilitatis publicæ cauſa rerum eccleſiaſticarum dominum alienatur[c]. Sic Ezechiã valvas templi Domini fregiſſe, & laminas auri Regi Aſſiriorum tradidiſſe ſacra pagina nobis commonſtrat[a]. Neque in eo Rex ſacrilegium commiſit, cum non in privatos, ſed in civium uſus iſta converterit. Neque iſta donatio injuſta dici potuit, cum ob cauſam pietatis, neceſſitatis, inſigniſq; utilitatis facta ſit; idque cum plena cauſę cognitione, auctoritate ſuperioris, atque conſenſu ejus, qui rebus ſacris præerat; quę omnes, veræ, ac juſtę cauſæ, mediaq; indubitata ſunt, ob quas res ſacræ alienari poſſunt, nec minus ut eadem juſtitia collectæ civilibus neceſſitatibus imponantur.

c Auth. ſed & permutare C. de SS. Eccleſ.

a 4. Reg. 18. verſ. 16.

CAP.

CAP. XXXII.

TRIBUTA, STIPENDIUM, ACCISIÆ, DECIMÆ, ET ANNONA.

1. Differentia collectarum, & tributi. 2. Differentia tributi, & vectigalium. 3. Tributum unde dictum. 4. De tributo privato, & publico. 5. Stipendium unde dictum. 6. De ſtipendario milite, Provinciis ſtipendariis, vectigalibus, & tributariis. 7. Quomodo acciſiis civitates ſingula utantur. 8. Acciſiarum origo. 9. Quomodo acciſiarum jus acquiratur. 10. Decimarum diviſio. 11. Solutio decimarum obſervanda. 12. Earum fraudatores puniendi. 13. Quis finis decimarum. 14. Jus decumandi quomodo tollatur, acquiratur. 15. Pro conſervandâ annona tributa quandoq; imponuntur. 16. Annonæ cura Imperatori incumbit. 17. Etiam ut propolia exerceat. 18. Contra annonarum vexatores. 19. Annonam aggravantes plectuntur. 20. Accuſationes contra aggravantes, ſunt favorabiles. 21. Monopolia generaliter prohibenda. 22. Unde dicta monopolia. 23. Quando monopolia exercere licet.

1 Quanquam in pręcedentibus, vectigalium, collectarum, tributorum ſtipendiorumque verbis aliquando promiſcuè uſus ſim, conſtat tamen eadem

eadem in quibuſdam quam plurimum differre.
Et primum tributa à collectis differunt, quod col-
lectæ non habeant certam, & annuam præſtatio-
nem, ſed incertam idque ob neceſſitatem occur-
rentem. Tributa autem, ſeu contributiones, quæ
fiſco præſtantur, in corporibus, auro, argento, ære,
equis, mulis, elephantibus, pueris centenis, virgi-
nibus, navibus, ac ſimilibus, certa ſingulis annis,&
ordinaria exactione circumſcripta ſunt. Similiter 2
& vectigalia, & tributa diſtinguuntur: quia vecti-
galia ſolvuntur pro rebus civitatibus invectis, avec-
tiſque. Et à mercatoribus, ut plurimum propter
uſum, ſecuritatemve viæ publicæ præſtantur. Tri-
buta verò ratione ſoli à poſſeſſoribus inferuntur.
Unde tributum etiam ab intributione appellatum
eſt [a] paſſivè, quaſi res certæ in ærarium, vel etiam
activè, ex ærario, militibus tribuantur. Tributum 3
quoque à tribu dictum, quod tributim con-
gregaretur; idque meliori ordine omnia pro-
cederent, quia claſſes tribuum quodammodo
partes erant, centuriæ partes claſſium; quare
& tributa publica putantur, quæ quotannis Pro- 4
vinciæ, Civitates, Univerſitates, Collegia ſuperiori
ſolvere tenentur. Quod ſubjecti, nec non ſubditi
præſtant in quandam ſuperioritatis recognitionem;
quamvis & alia de cauſa ſolvi poſſit, ut inter Imp:
Germa-

[a] *L. ager. 27. ff. V. S.*

Germanicum, & Turcam convenit, ne ſcilicet Imperatoris agri, ſubditique Barbarorum invaſionibus vaſtentur. Privata verò tributa ſunt, quę à privatis in ærarium conferuntur, ac ferè caput tangere creduntur, ut pro capite ſuo quiſque æs dependat; licet verò onera fructuum ſint[a]. *Tributum*, inquit Dio, *onus fructuum eſſe indicat. Tributum indicere oportet*, ait Mæcenas, *omnibus ſimpliciter agris, qui præbent fructum poſſidentibus*. Rectè igitur quis dixerit, tributum pro eo quod infertur pro agris; vectigal quod impenditur pro negotiatione mercium, propriè accipi debere.

[a] *l. 13. in fin. ff. de impenſ. in rem. dot. fact. l. 7. ff. de publ. & vectig.*

5 Stipendium quoque ut plurimum in actionibus privatis tributo capitis annumeratur; eaque ratione inter modos ærarii augendi refertur, ſtipendiumque vocatur, quia per ſtipes, id eſt, modica æra colligitur, atque in ærarium publicum, ad belli 6 uſum, refertur. Et hinc ſtipendium æs militare appellatum à ſtipe pendenda, & ſtipendiarii milites quod eam ſtipem pendebant. Ennius: *Pœni ſtipendia pendunt*. Quoad ſolutionem ſtipendiorum collectorum illud conſtat, Imp. terras Imperio Romano proprias, adjunctas, diviſiſſe, Italica prędia immunia, Provincialia, ſtipendiaria, & tributaria feciſſe. Etenim cuncta Italia, poſtquam civitate donata eſt, ſtipendiaria eſſe deſiit. Provincialium alii

vectigales, alii ſtipendiarii erant. Vectigales qui incertum vectigal pendebant, ut decimam partem frugum; unde *Decumani* dicti ſunt. Quod vectigal, quia pro ratione annorum, frugum copia aut inopia, minus aut majus eſt, certum eſſe non poterat, quamvis certum eſſet ut decima pars ſolveretur. Stipendiarii autem certum aliquid, in pecunia ſcilicet, vel frumento quotannis tribuere tenebantur. Qui ob inde *Tributarii* proprio vocabulo appellabantur. Atque illud certum quod pendebant, propriè ad ſolutionem militum pertinebat.

Pro augendo ærario publico *Acciſiæ* quoque va- 7
riis rebus impoſitæ à Principe fuere, illiuſque curæ ſervatæ. His tamen hodie civitates ſingulares, & communitates ob neceſſariam, communemve cauſam utuntur, non tamen vi juriſdictionis, aut imperii, ſed jure conventionis, vel quaſi, & pacti inter ſe initi; quocirca etiam acciſia, ſeu Gabella minor onus conſecutivum contractus dicitur; de quo idem judicatur, quod de contractu ipſo [a]. Nec obinde de conſuetudine acciſiæ regalia dici poſſunt, quia ut dixi, videmus civitates municipales, & nobiles
his eodem jure in civitate, & pagis ſuis uti. Exi- 8
guum fuiſſe, quidquid hoc fuit ipſum nomen evincit. Sunt enim origine ſuę Exciſię idem quod fuit apud nos **het ſtuyver-gelt** Stuferus autem idem apud nos

[a] L. 35. ff. de acq. hered.

nos quod aſſis; hinc corrupto nomine *Aſſiſia* dicta ſunt acciſia, vel exciſia pro idiomatis uſurpandi cō-
9 ſuetudine. Quoſdam nobiles pro impetrando hoc jure ad Cæſ: majeſtatem ſupplicaſſe, nec hoc impetraſſe, niſi edocto prius conſenſu ſuorum ſubditorum, refert Beſoldus [b], & obinde certo ſtatuendum, acciſias magiſtratibus inferioribus non competere, niſi quatenus eaſdem conventione, conſuetudine, conceſſione, privilegio, vel præſcriptione acquiſitas doceant.

b In theſaur. pract. lib. 5 n. 32.

Decimarum quoque ſolutio, quanquam ordine, atque religione aliis oblationibus publicis prior,
10 ac dignior, & hic merito ſibi locum vindicat. De quibus dicendum decimas, ſive fructuum partem decimam, quam aratores, agrum publicum colentes, vectigalis nomine ſolvunt, majeſtatis jure ſubjectas eſſe, tanquam Deo debitas [c]. Pro diſtinctione in perſonales, quæ ex induſtria perſonarum; in reales, ſive prædiales, quæ ex fructibus, & prædiis proveniebant. Et in primitivas, quę ex primis fructuum proventionibus, Deo offerendę veniebant,
11 diviſas [d]. Hæ decimæ, res ſpirituales ſunt, eccleſiæque reditus, ac proinde inviolabiles. Nemo à ſolutione earum eximi poteſt, quia divina conſti-
12 tutione debentur [e]. Harum cuſtodes ſi fraudoloſè in proprios uſus decimas ſuæ cuſtodiæ commiſſas,

c Num. 18. Exod. 29.

d Micha 6. verſ. 7.

e C. ſuis 25. X. de decimis.

contra datum juramentum doloſè alienent, duo perpetrant crimina, furtum nimirum, & perjurium. Et propterea aſperiore animadverſione, pœna coërceri hujuſmodi delinquentes conſuevere. Finis autem decimarum eſt, ut earum ſolutione 13
unuſquiſq; Deum ſempiternum univerſalem mundi dominum agnoſcat [a]. Inde clerici, & eccleſiaſtici alantur. Res ſacræ conſerventur, augeantur. Hæc igitur ſpernere, violare, impedire, ſceleratiſſimum erat. Qua etiam opinione olim nixi canoniſtæ, laicos decimas nec poſſidere, nec jus earum percipiendi acquirere poſſe, ſibi perſuadebant.
Quod tamen hodie ferè antiquatum, cum in his, 14
atque aliis innumerabilibus regionibus, Principes, civitates, nobiles, domini juriſdictionum ſingularium, aliique plebei, jus decumandi, conſuetudine, præſcriptione, aliiſque modis acquiſitum habeant. Sed decumandi jus, uti in ſuperiorum magiſtratuum perſona, inter regalia refertur, ſic in minorum gentium magiſtratibus, ac dominis, juriſdictionis tantum ſpecies eſt.

Addendum & illud, cum ſecundum Tacitum: 15
Aliquando fames in vulgus, inopia quæſtus, & penuria alimentorum extiterit, annonæ conſervandæ gratia, tributa realia ab Impp: olim inventa fuiſſe; nempe quinquageſimam partem hordei, ac frumenti; qua-

[a] C. tria nobis. de decimis.

quadrageſimam vini, & viceſimam lardi, hoc eſt, ſuilium carnium, exactam [b]. Hujuſmodi cenſus, & ſi quid aliud ſimilè ſolvitur, appellari annona conſuevit; licet hæc à tributis privatis nihil ferè, niſi
16 nomine, differant. Et quanquam annonę cauſa popularis ſit, & ſecundum Sapientem: *Is maledictus à populo qui frumenta [c] abſcondit*. Tamen hujus curam, mandatumque activum Impp: ſemper ſibi reſervarunt; ita ut grani, ſive hordei pretium, neque à decurionibus, neque ab ordinibus privatæ civitatis imponi potuerit, in quam rem Imperatores Antoninus, & Verus, Auguſti in hęc verba reſcripſerunt [d]: *Minimè æquum eſt Decuriones civibus ſuis frumentum vilius, quam annona exigit, vendere. Item ſcripſerunt, jus non eſſe ordini cujuſque civitatis, pretium grani, quod invehitur ſtatuere*. Curam annonæ ipſa neceſſitas ef-
17 flagitat. Adeò, ut interdum Magiſtratus & Princeps cogatur, propolia exercere. Ita Thales Sapientiſſimus, olearum inopiam extimeſcens, omnes coëmit, atq; anno inſequenti vendidit. Joſeph ſua providentia Ægyptiorum neceſſitati obvius fuit. Quod niſi factum fuiſſet, proculdubio fames continua omnes omnino abſumpſiſſet. Quare propolia inſtituta fuiſſe quis facilè conjecerit, ut caſu neceſſitatis obviæ, granaria & horrea publica aperiantur, ac teſſeræ frumentariæ civibus diſtribuantur.

[b] L. modios C. de ſuſcept. præpoſ. lib. 10.

[c] Proverb. 11. v. 26.

[d] l. fin. ff. ad l. Iul. de annon.

Digitized by Google

Et cum annonam adtemptare, & vexare vel maxi- 18
mè Dardanarii ſolebant, (à Dardano mago ſic ap-
pellati, qui maleficis artibus annonam in granaria
ſua vertere, menſuras in admetiendo ſolitus erat
minuere) earum avaritiæ obvium itum eſt, tam
mandatis, quam conſtitutionibus Principum; ne
aut ab his coëmptas merces ſupprimunt, aut à locu-
pletioribus, qui fructus ſuos æquis pretiis vendere
nolunt, dum nimis uberes proventus exſpectant,
annona oneretur. Quocirca & in eos, qui anno- 19
nam aggravant, pœna variè conſtituta. Interdum
negotiatione illis tantum interdicta, interdum re-
legati, humiliores ad opus publicum dati fuere[a].
Accuſationes propter publicam utilitatem ad an- 20
nonam pertinentes, admodum favorabiles adver-
ſus ejus flagellatores ſunt, ut mulieres ex reſcripto
Divi Severi, & Antonini, Famoſi quoq; accuſan-
tes, ſine ulla dubitatione admittantur. Et milites
qui alioquin cauſas aliorum defendere non poſ-
ſunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc ac-
cuſationem admittendi ſunt. Quin imò ſervi de-
ferentes[b] audiuntur. Quocirca & monopolia re- 21
gulariter in quavis ditione prohibenda ſunt, cum
commercia ſint juris gentium, & publicè interſit,
ut à quovis liberè exerceantur. Atque iniquum ut
vendendi, emendive copia monopoliis coärctetur,
ſingu-

a L. 6. ff. de extraord. crimin.

b L. 13. ff. de accuſ.

ſingulorum perverſa voluntate, vincendi injuſta libidine, vera rerum pretia tollantur; quippe quæ, ut dixi, cum jure gentium, & libertate commercio-
22 rum pugnare videntur[a]. Monopolia dicta ἀπὸ τοῦ *a L. unic. C. de monop.*
μόνον, κὰι πολίομαι, id eſt, vendo, quaſi ſolus emat,
23 ut ſolus vendere poſſit. Verum enim verò utilitas publica interdum depoſcit, ut vel Principi, vel magiſtratui, vel etiam privatis quibuſdam, ex certa, & urgente cauſa, monopolium quarundam rerum permittatur, idque maximè publicæ convenit auctoritati; præſertim ſi privati impenſis pro annona requiſita faciendis impares ſint, vel etiam utilitas publica hoc exigat, cum alioquin ſine monopolio conſervari civitas non potuiſſet. Et hoc modo monopolia licita cenſentur, ut in variis locis lupuli, calcis, cereviſiarum, vinorum exoticorum, piperis, pannorum, aliorumve rerum exercentur; idque etiam reipub: commodo, quod hiſce mediis mirum in modum ærarium publicum quandoq; ſuſtentetur, ut in India Occidentali fieri cernimus; & maximè populo inopi, ac improvido ſuccurratur, qui ex defectibus ſæpè ad tumultus excitandos non minus levis, quam pronus, promptuſq; eſt. Unde Tacitus: *Gnarus & irarum cauſas, & ſumma favoris annona momenta trahi.* Et de Auguſto, in ſumma rerum diſcordia teſtatur: *Militem donis, popu-*

populum annona, cunctos dulcedine otii pellexiſſe. Ea enim vulgi natura eſt, ut circa panem, ac Circenſes ipſorum animę requieſcant, in adverſis quam plurimum & adverſus magiſtratus ſuos crucientur.

CAP. XXXIIII.

REGALIA MINORA.

AC PRIMUM

DE ARMANDIÆ JURE.

1. *Ad minora regalia transgreſſio.* 2. *Qualè ſit armandiæ jus, & cui competat.* 3. *De Armorum ſcholis.* 4. *De Fabricenſium ordine.* 5. *Arma abſque fraude facienda.* 6. *Ex armamentario duces ſoluto pretio arma capiebant.*

IN hunc modum enumeratis regalibus majori-
bus, in quibus potiſſimum ſuprema poteſtas, 1
& dignitas Principis elucet; Et interjectis pro
re nata juribus, ſummæ poteſtati reſervatis; reſtat
minora regalia, quæ potius ad fiſcale jus, & pro-
ventus reipub: quam ad ſupremam dignitatem, &
poteſtatem ſpectant, breviter huic meo propoſito
annectere; ut hinc facili via ediſci reliqua jura
ſuperio-

ſuperiorum poteſtatum poſſint.

Minora igitur regalia diligentius perſcrutando, ea quadrupliciter deviſum imus. Aut enim ſunt ex publicis, aut communibus, aut privatis, aut nullius
2 bonis. Ex publicis bonis *jura armandiæ* ſunt, indubitatè inter regalia, ſi non majora, ſaltem minora collata[a]: Quod verbum aptè refertur ad jus arma fabricandi, vel officinas illas publicas habendi, in quibus arma fabricantur. Nec non ad armamentarium, id eſt, locum ubi arma ad bellum deſtinata, in uſum publicum deponuntur. Idque deſertiſſimis verbis indicat Imp: cum ait[b]: *Proſpeximus armiſacturæ opus nullum privatum operari: ſolos autem illos arma facere, qui in publicis deputati ſunt armifactoriis, aut qui dicuntur fabricenſii, eos autem qui operantur, arma nulli vendere privato.* Ideoque tales officinæ fabricæ ſacræ[c], devotiſſimæ ſcholæ[d], armorumque fabri,
3 Fabricenſes, nuncupabantur[e]. Scholæ hæ numero undecim ex relatu Imperatoris Juſtiniani erant[f], quas ibidem Gothefredus recenſet. Præerant in ſingulis ſcholis magiſtri officiorum[g]. His ſuberant ſcholaſtici, ſive ſcholares, arma ad miniſterium
4 Principis, & Imperii fabricantes, qui recipi tamen in ordinem Fabricenſium non poterant, niſi prius his, quorum intererat convocatis, armorū ſtudioſus acta conficiat, ſeſeque doceat, non avo, non patre

a C. *unic. Quæ ſunt regal.*

b *Nov.* 85. *c.* 1.

c *L. pen. C. de Fabricenſ.*

d *l. ult. C. de locat.*

e *Tot. tit. C. de Fabricenſ.*

f *d. l. ult. C. de locat.*

g *Tot. tit. C. de magiſt. offic.*

Digitized by Google

curiali progenitum: nihil ordini civitatis debere:
nulli ſe civi commanere obnoxium; *atque ita de-*
mum geſtis confectis (inquiunt Impp: Honor: &
Theodoſ:) *vel apud Moderatorem Provinciæ, vel ſi is*
abſit, apud defenſorem civitatis, ad militiam quam opta-
b L.4.C.de Fabricenſ. *verit ſuſcipiatur*[b]. Suſceptus verò: *Stigmata, hoc eſt*
nota publica fabricenſium brachiis, ad imitationem tyro-
i L. 3. C. eod. *num, infligantur, ut hoc modo poſſint latitantes*[i] *agnoſci.*
Et quo promptius Impp: Valentinianus, Theod: 5
& Arcad: adempta fraudibus facultate, commodo
publico conſulant; his puram ferri ſpeciem fabri-
candi cauſa præſtari jubent, non adærari, ne ea pe-
l L. 1. C. eod. cunia ſibi fortè vietum, vitiatumque ferrum [l] com-
parent. Ex quibus liquet quantum ſolicitudinis 6
Impp: paſſim impenderint, ut hęc arma rectè con-
fici, cuſtodiri poſſent, dataque occaſione populus
iiſdem provideri; eoque pertinet elegantiſſimum
Ciceronis elogium: *Eo tempore ex ædificiis, arma-*
mentariiſque publicis arma populo, C. Mario Conſuli diſtri-
buente data, ut imperium populi Romani, majeſtaſque con-
ſervetur. Et quoniam regalia minora ferè ad augen-
dum fiſcum inventa ſunt, vectigal armis in publicis
officinis fabricandis impoſitum videtur. Propriè
armandium dictum, quod illi ſolvebant, qui jura
armorum faciendorum publica auctoritate obti-
nuerant. Vel etiam, ſic res incerta ſe fortè habuit.

Quod

Quod cum arma omnia in armamentarium ducerentur, Duces pro armis ex armamentario in belli uſum ſuſcipiendis, certam pecuniæ vim, pro quantitate, ac qualitate armorum deſideratorum, in ærarium publicum deferre tenerentur. Et hoc noſtris moribus etiamnum obtinet. Quidquid eſt, armandiæ jus inter regalia à Frederico Imp: primo loco conſtitutum, aliis omnibus prælatum videtur, ut beneficio juſtorum armorum, ad certum ordinem redactorum, jura omnia, & ſequentia regalia tuta, ſarta, tectaque eſſe poſſint.

Cap. XXXIV.

VIA PUBLICA.

1. Quid ſit via publica. 2. Diſtinctio viæ publicæ, ac viæ privatæ. 3. Omnis via tuta eſſe debet. 4. Lege regia viæ liberæ ſervandæ. 5. An ſpoliato in via publica, ſubveniendum?

1 ET præſertim viæ publicæ ſecundo ordine regalibus adjectæ [a]. Via publica, quæ itidem iter publicum, via Regia, via Baſilica, via Conſularis, militaris, ſeu Prætoria dicitur, eſt cujus ſolum publicum probatur; in directum certis

[a] *C. unic. Quæ ſint regal.*

finibus latitudinis, ab eo qui jus publicandi habuit,
relictum, ut ea publicè iretur, commearetur; id-
circo viæ publicæ, Baſilicæ, hoc eſt, vię regiæ, ſive
regales appellatæ. Diſtinctæ à viis privatis[b], ac à 2
vicinalibus[c], quæ ex viis regiis ad vicos, pagoſve
deducant[a]. Hæ longo tempore pręſcribi, illę verò
à populo amitti non utendo non poſſunt[b], cum ad
populi non ſubjecti regalia pertineant. Si quæ ta- 3
men poteſtates inferiores viam quandam commu-
nem acquiſiverint, fecerintve, curare ea debent,
quæ ad ſecuritatem ejuſmodi viæ ſpectant, quo vi-
delicet à malis hominibus expurgentur, ne à latro-
nibus, plagiariis, & furibus infeſtentur. Ad Prin-
cipale reſcriptum etiam pertinet, ut per viam pu-
blicam ſine incommodo aqua ducatur[c]. Et ob-
ſervatum, nemini uſum viæ publicæ rectè inter-
dici. Quippe uſus viæ regiæ perinde, ut & naviga-
tionis, juris gentium eſſe videtur, quamvis propriè,
juris civilis ſit, hoc eſt ad relativam civitatem per-
tineat, reipublicæ dedicatus, atque omnibus iis,
qui per eandem viam iter faciendum ſibi propoſue-
runt: quocirca nec ſine Principis decreto quiſquam
ex via, ſive loco publico trahendus eſt[d]; niſi vecti-
galium ſolutioni ſeſe oppoſuerit, hoſtis ſit, aut alia
legitima cauſa prohibendi, extrahendive appareat.
Et cum hoc jus fructum ex via publica provenien-
tem,

b L.1.l.7. & 8. ff. de ſervit. ruſt. præd.
c L.2.§.22. ff. ne quid in loco publ.
a L.3. ff. de loc. & itin. publ.
b L.2. ff. de via publ. & itin.
c L.14.§.2. ff. de ſervit. l.18. in fin. ff. de aqua pluv. l.18. ff. de nov. oper. nunciat.
d L.1.§.42. ff. de aq. quotid.

tem, à tranſeuntibus ſolvendum, ſæpiſſimè reſpiciat, ab accipientis partibus in redhibitorium ſoluti vectigalis in fiſcum relati, obligationem activam producit, ut curent ea quæ ad tutelam, & ſecuritatem ejuſdem viæ ſpectant [e], & à facinoroſis hominibus iter tutum ſit [f]. Quod unicuiq; maximè curæ eſſe debet [g], ac præcipuè Principi, qui curam, ſecuritatemve populi in ſe recepit; ac proinde publico itinere conſervando, ſuo jure curatores inſtituit. Cujuſmodi curatorem generum ſuum Agrippam Auguſtus eſſe voluit, quos Cujacius *viocuros* appellat. Atque illud vocabulum apud Varronem reperiri ait Briſſonius, cum & ad offi-
4 cium Ædilium curam viarum pertinuiſſe. Cęterum neceſſitate urgente, rebus turbatis, Princeps euntes, redeunteſque tuto conducendos curat, viaſque ſuſpectas fortalitiis, ſive præſidiis minoribus provideri. Sic Philippus II. Hiſp: Rex, olim Brabantis ex conventione ſpeciali promiſit, ſe Provinciarum vias publicas expeditas, & liberas, citra fraudem ſervaturum, ita ut quiſque ſub legitimo vectigali, per eas ultro, citroq; commeare poſſit. Atque inſuper promittebat, eos qui prædiorum bonorumve ſuorum cauſa, vias aliquas, pontes, aut tranſitus expeditos ſervare tenerentur, ſtrictè compellaturum, compellendoſve curaturum, ut eas vias, pontes, & tran-

e *L.4.C.de privil.dom. Auguſt. lib.11.*

f *L.3.& 13.ff.de offic.præſid.*

g *L.1.§. quies.ff.de offic.præf. urb. d.l. 13.ff.de offic.præf.*

tranſitus de die in diem rectè reficiant, atque expeditos ſervent. In Gallia referente Petro Gregorio Tholoſano, peculiaris eſt Regius magiſtratus, qui curam viarum exercet, vocanturque, *Maiſtres des ports, paſſages, & chemins.* Neque in hac quęſtione 5
DDrum opiniones deficiunt, exiſtimantium damnum & latrocinium in publica via paſſum mercatoribus à ſumma poteſtate reſarciendum eſſe, ut in materia ſalvi-conductus ſuperius commonſtratum. Quod & Camerę imperialis judicato confirmatur[a]. Si nempe ſpontè à viis publicis ſpoliatus non [b] declinaverit (quod [c] nulli licet) aut poſtam, aut nuncium ordinarium præcedentem deſeruerit, cui etiam in mandatis eſt, ne per aliam viam tendat, niſi per quam curſus publicos deducere iter facientes dignoſcuntur.

[a] *Gail. 2. obſ. 60. n. 1.*
[b] *Idem 2. obſ. 64. n. 11.*
[c] *L. 2. & 5. C. de curſ. publ.*

CAP. XXXV.

POSTARUM, ANGARIÆ, ET PRÆANGARIÆ, FODRI, ATQUE *AVERGARIÆ JURA.*

1. *Poſtarum inſtitutio à majeſtate eſt.* 2. *Ratio inſtitutionis.* 3. *Ordo circa poſtas obſervatus.* 4. *Privatus olim*

olim poſtis uti non poterat. 5. Hodie ſine Principali auctoritate poſtæ non eriguntur. 6. Animadverſio in curſum publicum Romanorum. 7. De angariis, & præangariis. 8. Unde eædem dictæ. 9. Præſtationes hæ rebus, non perſonis indicuntur, privilegiatis ſolum exceptis. 10. Quo loco damnum in expeditione paſſum, repetendum. 11. Fodrum quoque inter regalia locum obtinet. 12. Quid ſit Fodrum. 13. Avergariæ jus.

1 EX viarum publicarum jure fluit poteſtas inſtituendi curſus publicos, per quos, equos intelligo publicos, onerum portandorum gratia, per vias publicas diſpoſitos; quos poſtas, quaſi certis in locis poſitos, collatoſque vulgò vocant. Poſtarum, ſive inſtituendi curſus publici jus Salomoni uſitatiſſimum, ac [a] gratiſſimum, etiam à majeſtate dependet [b]; cum non tantum ſummam utilitatem præſtet iter facientibus, ſed non parvum vectigal etiam fiſco inferat; ac quod plurimum, ad ſecuritatem reipub: quam maximè conducat. Sic ut à quibuſdam inter majora regalia [c] relatum
2 ſit. Intereſt quoque ex momento omnia Imperatoribus annunciari, & ab imperantibus ſtatim iis reſponderi. Nec magis è re poteſt eſſe cujuſvis Provinciæ ſive Principatus, quam ſi Princeps, quid in quocunque ejus angulo geratur, probè exploratum

a 3. Reg. 4.
b 1. Reg. 4. verſ. 28. Eſth. 3. v. 13. & 15.
c Arg. l. abſit. C. de privil. dom. Auguſt.

Digitized by Google

tum habeat. Qua de cauſa Gymnoſophiſtarum
non nemo Alexandrum monebat, ut in medio
regni ſedem ſibi eligeret, quod illic facilius, & motus
gliſcentes compeſcere, & quid ubique geratur,
intelligere poſſit. Quo & ſpectant illa quæ de tota
repub: curanda pulchrè Cicero exſequitur. In hunc 3
finem igitur ſtabula Provincialium ſumptu inſti-
tuta [d]. Equos fuſtibus, vel lignis cædi prohibi-
tum [e]. Ipſis curſoribus, magiſtri poſtarum, ſive
etiam *Curioſi*, ex eo appellati, quod curam curſus
publici ſuſtineant, prępoſiti ſunt. Sed his privatus, 4
ut privatus tempore Romanorum uti non poterat.
Nam inquiunt Impp: Arcad: & Honor: [f] *His tan-
tummodo utendi curſis publici facultas conceſſa eſt, qui
legati de diverſis gentibus ad noſtram clementiam properare
feſtinant*. Duces quoque poſtquam Ducatum ſuum
intraverant à curſu publico abſtinere, expeditio-
nemve militarem propriis jumentis exequi tene-
bantur [g]. Et judicibus faciendæ evectionis copia
erat denegata, excepto Præfecto, Prætorio, officio-
rumque Magiſtro [h]. Nemo itaque cujuſque digni-
tatis ſe ſuaque curſu publico movere poterat; *Niſi
ſpecialis*, inquit Anaſtaſius Imp: *Ei præſtita ſit noſtræ
ſerenitatis, quantitatem animalium continens evectio.
Exceptis proculdubio his qui pecunias publicas devehunt,
cum in hac parte, ſine noſtra quoque ſpeciali auctoritate*
tanta

d L.7.C.de curſ.publ.
e L.1.C.eod.
f L.16.C. eod.
g L.20.C. eod.
h L.9.C. eod.

tanta conveniat animalia moveri, quanta transvehendæ pecuniæ ſumma, & ejus tuitio depoſcit; quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque juſſa noſtra quolibet modo, ſeu tempore violaverint, ſeu
5 *violare conceſſerint*[a]. Multum hæc à jure noſtrarum gentium differunt, qui poſtarum uſum privatis quoque concedunt; quanquam jus illud curſus publicos inſtituendi, ſibi illæſum retineant. Unde cum piæ memoriæ Caroli V. tempore[b], privatorum audacia, vel ignorantia per Italiam, Belgiamque poſtæ erigi inciperent, ut primum ea res ad Cæſaris cognitionem veniſſet, iis ſeverius interdictum fuit. In Gallia quoque Principali auctoritate poſtas introduci, ac conſervari Petrus Gregorius
6 commemorat[c]. Animadvertendum porrò quod curſus publici ratio apud Romanos duplex fuerit, aut enim erant hominum ſingulorum, aut plurium, magnam rerum quantitatem ſecum in itinere habentum, quorum tranſvectio, ut non privati juris, nec privati negotii erat, publico nomine ex Principali mandato in uſum reipub: fiebat, ſtatim ad effectum producenda. Nam cum in lato Romanorum imperio continuis bellorum motibus agitati, agitantes Romani, ſuſtinendorum exercituum variorum cauſa, diſtributorumve in varias terras, tranſportare quædam de loco ad locum exterum

a *L. fin. C. eod.*

b *Anno* 1579.

c *Syntagm. lib.* 17. *c.* 12. *n.* 7. *&* 8.

Digitized by Google

tenebantur, poſtarum exemplo adinvectum medium, quo id minori impenſa, majori commodo ac celeritate, meliori ordine peragereturr. Scilicet 7
Angariæ, & *parangariæ*, ſive *præangariæ*, inſtituta ſunt inter regalia quoque comprehenſę [d]. Quarum jure cives obligabantur ilico equis, mulis, aſinis, curribus, & carrucis in viis, navibus per mare, fluvioſq; exercitibus, & exercituum neceſſitatibus aliiſve occaſionibus occurrentibus, reipub: cauſa datis in eam rem curatoribus [e], ſubvenire. *Angariæ* ab angendo 8
dictæ, quod aſtringant, vel conſtringant ſubditos, ut onus portandum per viam publicam procurent. Et *Perangariæ*, ſive *præangariæ*, quod per aliam viam, non ordinariam per mare, per fluvios navibus milites, arma, cibaria tranſvehantur; vel etiam Perangariæ appellatæ, quod præter angarias aliud oneroſius quidquam agere vel pati cives tenebantur, ne ſubida armorum tranſlatio in magno Ducis propoſito majori Reipub: diſpendio atque incommodo, impediatur [f]. Pręſtationes hę non perſona- 9
les, ſed patrimoniales, poſſeſſionibus patrimoniiſve indicuntur [a]; quę ſi ad publicę annonę tranſvectionem, pontium, viarum, portuum, aquæductuum & mœnium, aut aliam inevitabilem neceſſitatem injungantur, nemo ab iiſdem, quomodocunque etiam privilegiatus, excuſationem meretur [b], ait enim

d *C. unic. Quæ ſint Regal.*

e *L. 1. C. quemad. civil. muner. indicunt.*

f *l. fin. verſ. quoties ſaneC. de Fabric. cenſ.*

a *L. fin. §. patrimonii ff. de muner. & honor.*

b *L. nemini C. de SS. Eccleſ.*

Digitized by Google

enim lex: *Neminem ab angariis, & præangariis, vel plauſtris, vel quolibet munere excuſari præcipimus, cum ad fœliciſſimam expeditionem noſtri numinis omnium Provincialium per loca, qua iter arripimus, debeant nobis ſolida miniſteria exhiberi, licet & ad ſacroſanctas Eccleſias, poſſeſſiones pertineant.* Nam nec hujus oneris quiſquam præter eos, quibus principali beneficio id conceſſum eſt, excuſationem habet [c], ut ſunt milites, liberalium artium Profeſſores [d], & ſimiles. Generaliter alioquin omnes tenentur, ut levius portetur, quod multorum viribus mandatum eſt. Ve-
10 rum enim verò ſi tali expeditione, quorundam animalia ſuccumbant, naves tempeſtatis injuria pereant, aut hoſtium ſignis victricibus cædant, quanquam id damnum à Principe non reſarciatur, tamen manum mortuam adverſus univerſitatem, à qua onus angarii & præangarii illis impoſitum eſt,
11 inefficacem [e] Boërii patrocinio, non expandunt. Porrò & *Fodrum* inter regalia locum obtinere quidam voluerunt. Et Guntherus ait:

Vectigal, portus, cudendæ jura monetæ,
Cumque molendinis, telonia, flumina, pontes,
Id quoque quod Fodrum vulgari nomine dicunt.

12 Fodrum autem eſt pabulum, fœnum ſcilicet, frumentum, hordeum, & aliæ res ad alendum imperantis exercitum neceſſariæ, ac præcipuè alendis

c *L. 11. in fin. ff. de vacat. & excuſ. muner.*
d *L. 10. §. 1. ff. eod.*
e *lib. de Regal. c. 3. n. 249.*

equis inſerviens. Quod nos **voer/ voeder/** ſive **voeragie/** appellamus. Et fodrum idem eſt, quod alibi annona militaris, & extraordinaria collatio ad fœliciſſimam regalis numinis expeditionem dicitur, eoque ſenſu regalibus à Frederico Imp: expreſſis, quoque annumeratur; cujus etiam in jure ab Ulpiano *f* mentio fit. Atque olim conſuetudinis erat, ut quoties Reges Italiam ingredi ſibi propoſuiſſent, quoslibet ex familiaribus ſuis præmitterent, qui ſingulas civitates, ſive oppida peragrando, ea quæ ad fiſcum regalem ſpectabant, quæque ab incolis fodrum dicebantur, exquirerent. Huic 13 juri etiam onus Avergariæ (Gallis *Heberger* & *Herberger*, Belgis **Herbergen** idem ſonant) proximum fuiſſe conſtat, quod vulgò jus Hoſpitaturæ, ſive Hoſpitandi vocari ſolet; cum Principes, ſive etiam magiſtratus hoſpitia præparari, recipiendis amicis poteſtatibus, eorumque comitibus, civibus ſuis jura hoſpitandi præſcribere ſoleant.

f L. 27. §. 5. ff. de uſufr.

CAP.

CAP. XXXVI.

FLUMEN NAVIGABILE, MOLENDINUM, INSULA, PORTUS, *RIPATICA.*

1. Flumen navigabile publicum eſt. 2. Ibidem ſine auctoritate publica Molendinum non eſt ponendum. 3. Inſula in flumine nata, cujus ſit. 4. Cura ordinum circa flumina, ripas, portuſve. 5. Portus publicus eſt. 6. Quid portus, quid ſtatio, & quatenus ad regalia pertineat. 7. Ad quem portus vectigal ſpectet. 8. Ripa quid, & cui propria. 9. De Præfectis aggerum apud nos, & eorum conſiliariis. 10. Riparum publicarum apud nos maximus uſus. 11. Quomodo ripatica ad jus regale pertineant.

1 ET quoniam ad angariæ perangariæque præſtationes non ſemper viis publicis, ſed & fluminibus opus erat, rectè Imp: Fredericus, viis publicis *flumina* ſubnectit, & quod notandum, *navigabilia*; quandoquidem illa ſolum intelligimus publica eſſe, atque inter regalia[a] referri. Unde illud Marciani: *Sed flumina penè omnia & portus publica ſunt*[b]. *Penè*, cum dicat quædam excipere videtur, nempè ea quæ navigabilia non ſunt, qualia torren-

a *Comnic. Quæ ſint Regal.*
b *l. 4. ff. de rer. diviſ.*

tia, ſeu non perennia habentur. Atque hinc flumen, ripas, & portus perennè ac perpetuò ambiens, publicum dicitur[a]. Publicum paſſivè, ut quoad uſum omnibus civibus in eo navigare, piſcarive liceat[b], ac liberè uti; modo ſine injuria alterius, nec flumen inde deterior[c] fiat. Publicum activè, ut Principali auſpicio, quantum poſſibelè, ſuis limitibus contineatur, intra terminos ſuos agat, profundior quandoque reddatur, omne in fluvio impedimentum auferatur, & in ſolatium multifariæ moleſtiæ vectigalibus ſuis fiſco in adjutorium cædat, omniſque utilitas ex decurſu fluminis porveniens, ad Imp: pertineat. Quocirca quis rectè dixerit flumina non quorumlibet privatorum, per quorum terram fluunt, ſed ſolius ſupremæ poteſtatis, vel aliorum ſuperiorum non recognoſcentium propria, & in eorum dominio eſſe, ſive univerſaliter,
ſive particulariter conſiderentur. Dixi ex fluvio 2
omne impedimentum auferendum: unde patet privatum in fluvio publico propria auctoritate molendinum conſtituere non poſſe: quia fluvius tam quoad alveum, quam aquam profluentem, non privati, ſed publici juris eſt, in quo præter conſenſum publicum nihil efficaciter agitur; non magis quam ſi in aliena terra quiſquam ædificaverit[d]. Et hoc locum habet, tametſi nocivum non ſit, id quod

a *L.1.§.3. ff. de Flumin. & ne quid &c.*
b *§.Flumina Inſtit. de rer. diviſ.*
c *Tot tit. ff. de ripa muniend.*
d *L. quemadmodum. §.1.& ibi DD. ff. ad L. Aquil.*

Digitized by Google

quod fluvio publico impoſitum eſt: quoniam tali
ædificio particula reipub: invito, vel ſaltem inſcio
Principe occupatur, quod citra injuriam fieri non
poteſt[e]. Si quidquam igitur efficere privatus in
fluvio locove publico velit, ab Imperiali culmine
erit impetrandum, niſi ex facto injuſto damnum
3 ſentire velit~. Inſulam in flumine publico natam,
ſecta noſtri temporis, exploſa antiqui juris norma[f],
hodie de regalibus eſſe, nec ad privatos pertinere,
voluit; quaſi & publicum ſit, quod publico inna-
4 tum eſſe apparet. Flumina, ripæ, portuſve, adeò
Celſis Prępotentibuſque Dominis Ordinibus con-
fœderatarum Belgiæ Provinciarum cordi ſunt, ut
quotannis ex optimatibus viri ſpectabiles, decore
ſapientiæ inſigniti, & in ea ſcientia verſatiſſimi, ad
inſpectioné examinationemve eorundem perom-
5 nes Provincias noſtras liberas committantur. Poſt
Flumina par ratio portuum ab Imp: Frederico ha-
bita fuit; ſic ut tam portus, quam flumina naviga-
bilia inter regalia locum obtineant[a]. Hinc Imp:
ordine ſervato, poſt flumina portum regalibus ad-
dit; quaſi portus fluviorum natura, quibus ambi-
6 untur, non minus publica ſint[b], Portus ex defini-
tione Ulpiani eſt concluſus locus, quo importantur
merces, & inde exportantur, eaque nihilominus
ſtatio eſt concluſa, atque munita, inde angipor-
tum

e *L. 1. & 2. ff. ne quid in loc. publ.*

f *§. 22. Inſtit. de rer. diviſ.*

a *C. unic. Quæ ſint Regal.*

b *Arg. l. ad portus C. de oper. publ.*

tum dictum[c]. Statio rurſus locus eſt, ubi naves tuto ſtare poſſunt[d], ventis, procellis, & piratis ſecuræ. Quo pertinet illud: *in portu navigare*, pro in tuto eſſe. Et hoc modo portus conſideratus ad regalia pertinet, ratione ſcilicet vectigalis, quod ex navium ſtatione Imperatoris fiſco ſolvitur[e], qualè eſt vectigal portus. Navem tamen vi tempeſtatis eo, ſeu infortunio compulſam, aut relatam, ab hac ſolutione (ut ſuperius dixi) excipias. Nullum enim exinde navi portorium deberi, verius eſt[f]. Portuum naturalium, & artificialium quatenus vectigalium ſolutionem, nullo diſtinctio eſt. Nec 7
portus vectigal ad eum ſpectat qui portum artificialem exſtruxit, eumque ſumptu ſuo, atque opera conſervat; ſed ad eum qui Principali auctoritate prędituſ eſt. Verum enimvero cum naturalis æquitas poſtulet, ut qui commodum percipit, etiam onera ſuſtineat, æquum videtur ut in refectionem & reparationem horum portuum artificialium de vectigali Imperatoris aliquid collocetur, ac confeeratur. Sequuntur *Ripatica*, à ripis ſic dicta. Ripa 8
eſt quæ pleniſſimum flumen intra terminos cuſtodit[g]; vel id quod flumen, naturalem ſui curſus rigorem tenens, continet[h]. Propria eorum quorum prædiis hæret, adjacet, & vicina eſt. Ideoque arbores in iis natę eorundem ſunt[i]; quamvis riparum uſus

c L. 59. ff. V. S.
d L. 1. §. ſtatio. ff. de Flumin.
e L. 17. §. publica. ff. V. S.
f L. Cæſar. 15. l. ult. §. 8. ff. de Public. l. 3. C. de nautic. fœnor.
g L. 3. ff. de Flumin.
h L. 1. §. ripa ff. eod.
i L. riparum ff. de rer. diviſ.

uſus jure gentium publicus ſit, ſicut ipſius[l] fluminis. Unde additur, ſicut per ipſum flumen publicum navigare, ſic & ad ripas naves appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, pondus quodlibet in his reponere, cuilibet liberum eſt. Quibus concordat illud Ulpiani[a]: *Ne cui vis fiat, quo minus pecus ad flumen, ripamve fluminis publici appelletur.* Dum tamen ab ædificiis in ripa conſtitutis, quæ aliorum ſunt, abſtineant[b], & procurent ne eorum uſu navigatio deterior fiat[c]. Et tenendum uſum riparum publicum eſſe, niſi evidenter appareat, ſolum quibus ripæ impoſitæ ſunt, non ad privatos, ſed rempub: aut aliquam univerſitatem pertinere. Quibus ſæpiſſimè ripis, ut publici juris ſunt, privatis onus imponere, curribus ibidem incedere, iiſque uti aliquo modo, ſine prævia permiſſione non licet, atque interdum propoſitum eſt.

9 Quales ripę in his provinciis ferè pro aggeribus ſumuntur, maris fluviorumque impetum refrenantibus, impedientibus; pleræque à privatorum ſolo foſſis ſeparatæ, ac planè publicæ, aggerum comitibus, ſive judicibus, & pręfectis (quos **Dijckgraven** vocant) ex mandata juriſdictione commiſſæ. Judices enim, referente Grotio[d], antiquis Batavis idem quod **Graven** ſonabat. Hi præfecti curam aggerum publicorum, adjunctis ſibi conſiliariis

l §. *riparum Inſtit. eod.*

a L. 1. §. *fin. ff. ut in flum. publ. navig. lic.*

b L. *qui autem ff. de acq. rer. dom.*

c *Tot. tit. ff. de rip. muniend.*

d *Tr. de antiq. Batav.*

tum dictum[c]. Statio rurſus locus eſt, ubi naves
tuto ſtare poſſunt[d], ventis, procellis, & piratis ſe-
curæ. Quo pertinet illud: *in portu navigare*, pro in
tuto eſſe. Et hoc modo portus conſideratus ad re-
galia pertinet, ratione ſcilicet vectigalis, quod ex
navium ſtatione Imperatoris fiſco ſolvitur[e], qualè
eſt vectigal portus. Navem tamen vi tempeſtatis
eo, ſeu infortunio compulſam, aut relatam, ab hac
ſolutione (ut ſuperius dixi) excipias. Nullum
enim exinde navi portorium deberi, verius eſt[f].
Portuum naturalium, & artificialium quatenus
vectigalium ſolutionem, nullo diſtinctio eſt. Nec 7
portus vectigal ad eum ſpectat qui portum artifi-
cialem exſtruxit, eumque ſumptu ſuo, atque opera
conſervat; ſed ad eum qui Principali auctoritate
prędi tus eſt. Verum enimvero cum naturalis æqui-
tas poſtulet, ut qui commodum percipit, etiam
onera ſuſtineat, æquum videtur ut in refectionem
& reparationem horum portuum artificialium de
vectigali Imperatoris aliquid collocetur, ac confe-
ratur. Sequuntur *Ripatica*, à ripis ſic dicta. Ripa 8
eſt quæ pleniſſimum flumen intra terminos cuſto-
dit[g]; vel id quod flumen, naturalem ſui curſus ri-
gorem tenens, continet[h]. Propria eorum quorum
prædiis hæret, adjacet, & vicina eſt. Ideoque arbo-
res in iis natę eorundem ſunt[i]; quamvis riparum
uſus

c L. 59. ff. V. S.
d L. 1. §. ſtatio. ff. de Flumin.
e L. 17. §. publica. ff. V. S.
f L. Cæſar. 15. l. ult. §. 8. ff. de Public. l. 3. C. de nautic. fænor.
g L. 3. ff. de Flumin.
h L. 1. §. ripa ff. eod.
i L. riparum ff. de rer. diviſ.

Digitized by Google

uſus jure gentium publicus ſit, ſicut ipſius [l] fluminis. Unde additur, ſicut per ipſum flumen publicum navigare, ſic & ad ripas naves appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, pondus quodlibet in his reponere, cuilibet liberum eſt. Quibus concordat illud Ulpiani [a]: *Ne cui vis fiat, quo minus pecus ad flumen, ripamve fluminis publici appelletur.* Dum tamen ab ædificiis in ripa conſtitutis, quæ aliorum ſunt, abſtineant [b], & procurent ne eorum uſu navigatio deterior fiat [c]. Et tenendum uſum riparum publicum eſſe, niſi evidenter appareat, ſolum quibus ripæ impoſitæ ſunt, non ad privatos, ſed rempub: aut aliquam univerſitatem pertinere. Quibus ſæpiſſimè ripis, ut publici juris ſunt, privatis onus imponere, curribus ibidem incedere, iiſque uti aliquo modo, ſine prævia permiſſione non licet, atque interdum propoſitum eſt.
9 Quales ripę in his provinciis ferè pro aggeribus ſumuntur, maris fluviorumque impetum refrenantibus, impedientibus; pleræque à privatorum ſolo foſſis ſeparatæ, ac planè publicæ, aggerum comitibus, ſive judicibus, & pręfectis (quos **Dijckgraven** vocant) ex mandata juriſdictione commiſſæ. Judices enim, referente Grotio [d], antiquis Batavis idem quod **Graven** ſonabat. Hi præfecti curam aggerum publicorum, adjunctis ſibi conſiliariis

l §. riparum Inſtit. eod.

a L. 1. §. *fin. ff. ut in flum. publ. navig. lic.*

b L. *qui autem* ff. *de acq. rer. dom.*

c *Tot. tit.* ff. *de rip. muniend.*

d *Tr. de antiq. Batav.*

tum dictum[c]. Statio rurſus locus eſt, ubi naves tuto ſtare poſſunt[d], ventis, procellis, & piratis ſecuræ. Quo pertinet illud: *in portu navigare*, pro in tuto eſſe. Et hoc modo portus conſideratus ad regalia pertinet, ratione ſcilicet vectigalis, quod ex navium ſtatione Imperatoris fiſco ſolvitur[e], qualè eſt vectigal portus. Navem tamen vi tempeſtatis eo, ſeu infortunio compulſam, aut relatam, ab hac ſolutione (ut ſuperius dixi) excipias. Nullum enim exinde navi portorium deberi, verius eſt[f].

7 Portuum naturalium, & artificialium quatenus vectigalium ſolutionem, nullo diſtinctio eſt. Nec portus vectigal ad eum ſpectat qui portum artificialem exſtruxit, eumque ſumptu ſuo, atque opera conſervat; ſed ad eum qui Principali auctoritate prȩditus eſt. Verum enimvero cum naturalis æquitas poſtulet, ut qui commodum percipit, etiam onera ſuſtineat, æquum videtur ut in refectionem & reparationem horum portuum artificialium de vectigali Imperatoris aliquid collocetur, ac conferatur.

8 Sequuntur *Ripatica*, à ripis ſic dicta. Ripa eſt quæ pleniſſimum flumen intra terminos cuſtodit[g]; vel id quod flumen, naturalem ſui curſus rigorem tenens, continet[h]. Propria eorum quorum prædiis hæret, adjacet, & vicina eſt. Ideoque arbores in iis natȩ eorundem ſunt[i]; quamvis riparum uſus

c *L. 59. ff. V. S.*
d *L. 1. §. ſtatio. ff. de Flumin.*
e L. 17. §. *publica. ff. V. S.*
f *L. Cæſar. 15. l. ult. §. 8. ff. de Public. l. 3. C. de nautic. fænor.*
g *L. 3. ff. de Flumin.*
h *L. 1. §. ripa ff. eod.*
i *L. riparum ff. de rer. diviſ.*

uſus jure gentium publicus ſit, ſicut ipſius [l] fluminis. Unde additur, ſicut per ipſum flumen publicum navigare, ſic & ad ripas naves appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, pondus quodlibet in his reponere, cuilibet liberum eſt. Quibus concordat illud Ulpiani [a]: *Ne cui vis fiat, quo minus pecus ad flumen, ripamve fluminis publici appelletur.* Dum tamen ab ædificiis in ripa conſtitutis, quæ aliorum ſunt, abſtineant [b], & procurent ne eorum uſu navigatio deterior fiat [c]. Et tenendum uſum riparum publicum eſſe, niſi evidenter appareat, ſolum quibus ripæ impoſitæ ſunt, non ad privatos, ſed rempub: aut aliquam univerſitatem pertinere. Quibus ſæpiſſimè ripis, ut publici juris ſunt, privatis onus imponere, curribus ibidem incedere, iiſque uti aliquo modo, ſine prçvia permiſſione non licet, atque interdum propoſitum eſt.

9 Quales ripç in his provinciis ferè pro aggeribus ſumuntur, maris fluviorumque impetum refrenantibus, impedientibus; pleræque à privatorum ſolo foſſis ſeparatæ, ac planè publicæ, aggerum comitibus, ſive judicibus, & prçfectis (quos **Dijckgraven** vocant) ex mandata juriſdictione commiſſæ. Judices enim, referente Grotio [d], antiquis Batavis idem quod **Graven** ſonabat. Hi præfecti curam aggerum publicorum, adjunctis ſibi conſiliariis

[l] §. riparum Inſtit. eod.

[a] L. 1. §. fin. ff. ut in flum. publ. navig. lic.

[b] L. qui autem ff. de acq. rer. dom.

[c] Tot. tit. ff. de rip. muniend.

[d] Tr. de antiq. Batav.

Digitized by Google

tum dictum[c]. Statio rurſus locus eſt, ubi naves
tuto ſtare poſſunt[d], ventis, procellis, & piratis ſe-
curæ. Quo pertinet illud: *in portu navigare*, pro in
tuto eſſe. Et hoc modo portus conſideratus ad re-
galia pertinet, ratione ſcilicet vectigalis, quod ex
navium ſtatione Imperatoris fiſco ſolvitur[e], qualè
eſt vectigal portus. Navem tamen vi tempeſtatis
eo, ſeu infortunio compulſam, aut relatam, ab hac
ſolutione (ut ſuperius dixi) excipias. Nullum
enim exinde navi portorium deberi, verius eſt[f].
Portuum naturalium, & artificialium quatenus
vectigalium ſolutionem, nullo diſtinctio eſt. Nec 7
portus vectigal ad eum ſpectat qui portum artifi-
cialem exſtruxit, eumque ſumptu ſuo, atque opera
conſervat; ſed ad eum qui Principali auctoritate
prçditus eſt. Verum enimvero cum naturalis æqui-
tas poſtulet, ut qui commodum percipit, etiam
onera ſuſtineat, æquum videtur ut in refectionem
& reparationem horum portuum artificialium de
vectigali Imperatoris aliquid collocetur, ac confe-
ratur. Sequuntur *Ripatica*, à ripis ſic dicta. Ripa 8
eſt quæ pleniſſimum flumen intra terminos cuſto-
dit[g]; vel id quod flumen, naturalem ſui curſus ri-
gorem tenens, continet[b]. Propria eorum quorum
prædiis hæret, adjacet, & vicina eſt. Ideoque arbo-
res in iis natç eorundem ſunt[i]; quamvis riparum
uſus

c *L. 59. ff. V. S.*
d *L. 1. §. ſtatio. ff. de Flumin.*
e L. 17. §. *publica. ff. V. S.*
f *L. Cæſar. 15. l. ult. §. 8. ff. de Public. l. 3. C. de nautic. fænor.*
g *L. 3. ff. de Flumin.*
b *L. 1. §. ripa ff. eod.*
i *L. riparum ff. de rer. diviſ.*

uſus jure gentium publicus ſit, ſicut ipſius [l] fluminis. Unde additur, ſicut per ipſum flumen publicum navigare, ſic & ad ripas naves appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, pondus quodlibet in his reponere, cuilibet liberum eſt. Quibus concordat illud Ulpiani [a]: *Ne cui vis fiat, quo minus pecus ad flumen, ripamve fluminis publici appelletur.* Dum tamen ab ædificiis in ripa conſtitutis, quæ aliorum ſunt, abſtineant [b], & procurent ne eorum uſu navigatio deterior fiat [c]. Et tenendum uſum riparum publicum eſſe, niſi evidenter appareat, ſolum quibus ripæ impoſitæ ſunt, non ad privatos, ſed rempub: aut aliquam univerſitatem pertinere. Quibus ſæpiſſimè ripis, ut publici juris ſunt, privatis onus imponere, curribus ibidem incedere, iiſque uti aliquo modo, ſine prævia permiſſione non licet, atque interdum propoſitum eſt.

9 Quales ripę in his provinciis ferè pro aggeribus ſumuntur, maris fluviorumque impetum refrenantibus, impedientibus; pleræque à privatorum ſolo foſſis ſeparatæ, ac planè publicæ, aggerum comitibus, ſive judicibus, & pręfectis (quos **Dijckgraven** vocant) ex mandata juriſdictione commiſſæ. Judices enim, referente Grotio [d], antiquis Batavis idem quod **Graven** ſonabat. Hi præfecti curam aggerum publicorum, adjunctis ſibi conſiliariis

P p gerunt.

[l] §. riparum Inſtit. eod.

[a] L. 1. §. fin. ff. ut in flum. publ. navig. lic.

[b] L. qui autem ff. de acq. rer. dom.

[c] Tot. tit. ff. de rip. muniend.

[d] Tr. de antiq. Batav.

c L. 59. ff. V. S. tum dictum[c]. Statio rurſus locus eſt, ubi naves
d L. 1. §. ſtatio. ff. de Flumin. tuto ſtare poſſunt[d], ventis, procellis, & piratis ſecuræ. Quo pertinet illud: *in portu navigare*, pro in tuto eſſe. Et hoc modo portus conſideratus ad regalia pertinet, ratione ſcilicet vectigalis, quod ex
e L. 17. §. publica. ff. V. S. navium ſtatione Imperatoris fiſco ſolvitur[e], qualè eſt vectigal portus. Navem tamen vi tempeſtatis eo, ſeu infortunio compulſam, aut relatam, ab hac ſolutione (ut ſuperius dixi) excipias. Nullum
f L. Cæſar. 15. l. ult. §. 8. ff. de Public. l. 3. C. de nautic. fœnor. enim exinde navi portorium deberi, verius eſt[f]. Portuum naturalium, & artificialium quatenus vectigalium ſolutionem, nullo diſtinctio eſt. Nec 7
portus vectigal ad eum ſpectat qui portum artificialem exſtruxit, eumque ſumptu ſuo, atque opera conſervat; ſed ad eum qui Principali auctoritate prędit us eſt. Verum enimvero cum naturalis æquitas poſtulet, ut qui commodum percipit, etiam onera ſuſtineat, æquum videtur ut in refectionem & reparationem horum portuum artificialium de vectigali Imperatoris aliquid collocetur, ac conferatur. Sequuntur *Ripatica*, à ripis ſic dicta. Ripa 8
g L. 3. ff. de Flumin. eſt quæ pleniſſimum flumen intra terminos cuſtodit[g]; vel id quod flumen, naturalem ſui curſus ri-
h L. 1. §. ripa ff. eod. gorem tenens, continet[h]. Propria eorum quorum
i L. riparum ff. de rer. diviſ. prædiis hæret, adjacet, & vicina eſt. Ideoque arbores in iis natę eorundem ſunt[i]; quamvis riparum uſus

Digitized by Google

uſus jure gentium publicus ſit, ſicut ipſius [l] fluminis. Unde additur, ſicut per ipſum flumen publicum navigare, ſic & ad ripas naves appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, pondus quodlibet in his reponere, cuilibet liberum eſt. Quibus concordat illud Ulpiani [a]: *Ne cui vis fiat, quo minus pecus ad flumen, ripamve fluminis publici appelletur.* Dum tamen ab ædificiis in ripa conſtitutis, quæ aliorum ſunt, abſtineant [b], & procurent ne eorum uſu navigatio deterior fiat [c]. Et tenendum uſum riparum publicum eſſe, niſi evidenter appareat, ſolum quibus ripæ impoſitæ ſunt, non ad privatos, ſed rempub: aut aliquam univerſitatem pertinere. Quibus ſæpiſſimè ripis, ut publici juris ſunt, privatis onus imponere, curribus ibidem incedere, iiſque uti aliquo modo, ſine prȩvia permiſſione non licet, atque interdum propoſitum eſt.

9 Quales ripȩ in his provinciis ferè pro aggeribus ſumuntur, maris fluviorumque impetum refrenantibus, impedientibus; pleræque à privatorum ſolo foſſis ſeparatæ, ac planè publicæ, aggerum comitibus, ſive judicibus, & prȩfectis (quos **Dijckgraven** vocant) ex mandata juriſdictione commiſſæ. Judices enim, referente Grotio [d], antiquis Batavis idem quod **Graven** ſonabat. Hi præfecti curam aggerum publicorum, adjunctis ſibi conſiliariis

P p gerunt.

[l] §. riparum Inſtit. eod.

[a] L. 1. §. fin. ff. ut in flum. publ. navig. lic.

[b] L. qui autem ff. de acq. rer. dom.

[c] Tot. tit. ff. de rip. muniend.

[d] Tr. de antiq. Batav.

Digitized by Google

gerunt. Ab horum omnium ſententiis, niſi quod rerum capitalium damnatis, appellare vix conceditur, minimè ut per appellationem inceptum opus impediatur. Hi conſiliarii **Heem-raden** nuncupantur. **Heym** enim antiqua noſtra lingua, **Wout**/ ſive, campum ſignificat; unde & urbes munitiſſimę **Gornichheym**/ **Wornichheym**/ à campis amenis ibidem ſitis, appellatæ ſunt. Hi præfecti ſimul cum conſiliariis ſuis in mandatis habent, ut ſi grave damnum hiemalis glaciei decenſu, aut maris impetu acciderit, vel periculum evidens immineat, eorum ſolicitudine cominus reſarciatur, emendetur [e]; cum ripas fluminum publicorum reficere, munire [e], utiliſſimum ſit, nec ſæpiſſimè moras ferre poteſt. Quocirca in gravioribus neceſſitatibus territorii univerſalis Ordinibus, periculum eminens annunciatur, ut Principalis auxilii cenſu, iis opportunè provideatur;
dum riparum apud nos mag- 10
nus eſt uſus, idque ob terræ noſtræ concavitatem, quam **Hol-lant** vocamus. Ac proculdubio ſalus materialis noſtri territorii ab aggerum inviolata cuſtodia quodammodo dependet; ne riparum diminutione, ablatione, fluviorum limites curſuſve mutentur, ne tota penè Hollandia, cum munitis ingentibus muris oppidis, flumen, vel mare fiat. Quod in altioribus terris, ut Ægypto, non admodum,

e *L. unic. §. 1. ff. de ripa muniend.*

dum, quam Batavia noſtra, apprehenditur. Ripa-
11 tica itidem jure Romano ad regalia pertinuiſſe indubitatum, dum Imperator Ripatica, & non ripas quaſlibet inter regalia repetat; claro argumento, quod Principale deſiderium hic occupatum non ſit, in ripis acquirendis, ſed in hac conſtitutione illud velit, ut proventus, & commoda, quę tanquam vectigal quoddam, occaſione rerum in ripis poſitarum, vel per ripas vectarum, percipiuntur, Principis ſint pro repub:, reficiendiſve aggeribus, & regalibus annumerentur; eaque ſignificatione ripatica appellantur jura riparum Principi competentia, & jus quod occaſione riparum percipitur.

CAP. XXXVII.

ARGENTARIÆ.

1. *Argentariæ quid.* 2. *De damnatione in metallum.* 3. *Metalla varia ſunt.* 4. *Juſtiſſima metallorum acquiſitio.* 5. *De metalli comitibus, & metallariis.* 6. *De metallis in loco publico, vel privato repertis.* 7. *Differentia.* 8. *Ex metallis vectigal ſolvitur.* 9. *De metallis in fundo privato repertis.* 10. *De metallorum inſpectoribus.* 11. *Loci conſuetudo ſemper intuenda.*

Digitized by Google

INTER Publica bona Argentariæ ſunt, quæ à 1
juris publici interpretibus, auri, argentique,
ſive metallorum fodinæ, appellantur; non im-
a C. unic. Quæ ſint Regal. merito inter regalia ab Imp: Frederico[a] relatæ. Et
quamvis ab Imp: de Argentariis ſolum mentio fiat,
rationi tamen conſentaneum eſt, argentariæ voca-
bulo plura mineralia, præſertim pretioſiora, reique
publicæ inſervientia contineri: nam in his quoq;
utilitas verſatur, quæ teſtimonio Impp: Valent. &
b L. 1. C. de metall. Valens. In metallis ſpectari ſolet[b]. Quin imo in 2
legibus generaliter de metallis agitur. Et criminis
rei non ſolum in auri, argentique fodinas, ſed &
quælibet metalla damnantur, cum pœna metalli
c L. 8. §. 4. ff. de pœnis. generalis ſit, & de omnibus metallis intelligatur[c].
Quod magis elucet, dum ſalinarum quoque Imp:
Fredericus meminerit. Quibus alii adhuc inven-
tionem lapidum pretioſarum, gemmarum, mar-
morum, aliorumque ejus generis ornamentorum
d Arg. l. 17. §. fin. ff. V. S. vectigalia addere ſolent[d]. Metalla varia, & multa 3
numero ſunt[e]. In ſpecie, variis juris Romani locis,
e d. l. 8. §. 4. ff. de pœnis. varia metalla dignoſcuntur; loquunturque leges
non tantum de auri, argentiq; fodinis, verum etiam
f Tot. tit. C. de metall. & metallis. de æreis, ſtanneis, plumbeis, cupreis, & ſimilibus[f].
Et quidem duodecim genera metallorum repe-
riuntur. Octo perfecta, ut aurum, argentum, æs,
electrum, cuprum, ſtannum, plumbum, ferrum.

Qua-

Digitized by Google

Quatuor verò imperfecta, ut argentum vivum, marmor album, ſal ſubterraneum, & minium, naturaliſtæ commemorant. Horum inveniendorum ſtudium commendatiſſimum Athalarico regi fuit, dum ait: *Decet ut inter tanta bona, nec illa deſint, quæ putantur eſſe præcipua. Cur enim jacebit ſine cultu, quod honeſtum poteſt eſſe compendium? Aurum ſi quidem per bella quærere nefas eſt. Per mare periculum. Per falſitates opprobrium. In ſua verò natura, juſtitia.* In uſum enim hominum per juſtitiam, juſtiſſima tellus id hominibus debet, quod in ſe reconditum habet.

5 Metallis Comites pręficiebantur, quos alii procuratores metallorum nuncupatos fuiſſe putant [a]. Metallarii non alii erant, quam qui metallum fodiebant. Horum quidam liberi, quidam ſervi erant. Liberi, qui propria voluntate, pro mercede, in metallis operabantur. Servi, qui ex voluntate dominorum ſuorum metallis intererant, vel in metallum, vel in opus metalli, in perpetuum damnabantur. Hi adeò puniuntur, ut libertatem cum pœna amittant, communi ſervitute majorem, ſervique pœnæ obinde fieri dicantur [b]. Sed hoc genus pœnę antiquatum eſt [c]. Atque hæc quidem de metallis, metallorumque operatoribus.

6 Locum quod attinet in quo metallum reperitur, in eo diſtinguendum. Locus enim aut publicus, aut privatus eſt. Si pu-

[a] L.4.C.de metall.

[b] L.8.§.4. &.8. l.17. l.36. ff. de pœnis.

[c] Nov.22. §.quod autem. l. ult. C.de metall.

blicus, ſimpliciter conſtat fodinas metallicas eſſe
publicas, hoc eſt, totum metalli proventum ad fiſ-
cum pertinere; propriéque metalla ibidem inventa
nominantur patrimonium Principatus, fiſcale, pu-
blicum, & imperii bona. In privato loco fodinæ
inventę privatis cędunt, à privatis poſſidentur, qui
fructum inde percipere poſſunt, cum in eorum fun-
dis inveniantur[d]. Quocirca etiam Ulpianus[e] hanc
ob cauſam ſubjicit alienationem earum fodinarum
prohiberi, ſi in pupilli fundo ſint, niſi decretum
magiſtratus interveniat; ut in alienatione omnium
immobilium ad minores pertinentium de jure re-
quiritur. Sed differentia inter fundum privatum, 7
& fodinas in agro privato inventas, hæc eſt; quod
ad metallum eruendum, contra communem juris
normam alienum fundum ingredi, & ibidem fo-
dere permiſſum ſit[f], modo à fundamentis aliarum
ædium abſtineant[g], & abſque magno proprietarii
incommodo, damnove, pro reipub: tamen neceſ-
ſitate maxima, fieri poſſit. Idque ſingulariter in- 8
tuitu publicæ utilitatis in hac, metallaria materia
introductum eſt; ut nempè metalla eruantur, &
fiſco ex fodinis in agro privato repertis, jure regali
certa pretia ſolvantur[h], quæ ſolutio alibi canon[i],
alibi decima[l] appellatur. Eoque & illud Ulpiani
applicandum[m]. *Publica vectigalia intelligere debemus,*
ex

d *L. 3. §. ult. & l. ſeq. ff. de reb. eor. qui ſub. tut. & curat.*

e *L. magis puto. ff. eod.*

f *L. cuncti. l. quoſdam. C. de metallar.*

g *L. 6. C. eod.*

h *L. 2. & 3. C. eod.*

i *d. l. 2.*

l *d. l. 3.*

m *L. 17. §. 1. ff. V. S.*

Digitized by Google

ex quibus vectigal fiſcus capit: quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum. Item Salinarum, & metallorum, & Picariarum. Picariæ autem ſunt loca è quibus pix foditur: Nam & picem foſſilem inveniri Plinius commemorat[a]. Sic ut clarè conſtet, fiſco hoc jus ex fodinis deberi, ejuſque intuitu fodinas in privatorum quoque venis, ubicunque locorum repertas, ad regalia pertinere. Nec omittendum, quod ſi in
9 alieno fundo metalla fodiantur, non ſolum fiſco canonem, de quo ſupra dictum eſt, ſed & domino fundi decimam deberi[b]. Non tanquam decimam, ſed quaſi pro certò intereſſe, pro quaqua læſione. Porrò, ex fodinis privatorum quidquid præter decimam fiſco dominove fundi debitam reſiduum, inventoris quidem eſt, ſed ea conditione, ut id ipſum quod reſiduum eſt, debito pretio fiſco prius offeratur, qui omnibus aliis, proximioribus etiam agnatis potior, eſt ac prefertur[c]. Nam cum reipub: interſit auri, argentique materiam rudem, aliis non communicari, præſertim iis in regionibus, ubi earundem acquiſitio difficilis, atq; rara eſt, ut inde moneta cudi poſſit, fraudibuſq; monetariis provideri, & ferri fodinę maximè bello, armandięq; juri inſerviant, æquiſſimum fuit, neminem auro, argento, ferro, aliiſque metallis in repub: neceſſariis, provideri, priuſquam ipſa reſpub: plenariè hiſce quibus

a *Lib. 16. c. 12.*

b *L. cuncti. C. de metall.*

c *L. 1. C. eod.*

quibus indiget, inſtructa ſit; ut habita prius omnium cauſa, demum privatorum uſibus, atque utilitatibus accommodentur. Quod reliquum eſt ne 10
fraus aliqua hiſce negotiis fiat, vel privatorum negligentia metallorum fodinę corrumpantur, inſpectores metallorum publici conſtituebantur [d]. Negligentes earum poſſeſſione exuebantur, quod & juri communi conſentaneum videtur [e], quo olim agrorum deſertores puniebantur, & poſſeſſionibus quas reliquerant, privabantur. Et quamvis hæc, 11
atque alia plura jure Romano abtinuerint, juris ſtudioſo tamen neceſſarium eſt diligenter proſpicere, quid hujus, vel illius loci conſuetudine de fodinis, quoad prædictam decimam ab inventoribus fiſco, ac proprietario ſolvendam, receptum ſit [f], an eadem conſuetudo rationabilis appareat, temporiſq; immemorabilis ſpatio introducta reperiatur. Præſertim quando conſuetudo tendit contra jura imperii; cujuſmodi ſunt, conſultationes contra fiſcum de fodinis in loco publico repertis, & decima ex fodinis in privato loco inventis, aliaque regalia minora Principi reſervata. Quę tamen, cum tempus immemoriale habeat vim privilegii, & conceſſionis Imperatoriæ, merito & præſcriptioni immemoriali eadem vis tribuetur, quam ejuſmodi privilegium, ac conceſſionem habere dixi; quod videlicet metalli

d *Arg. l. ſi it. §. 1. ff. de uſu. & habit.*

e *L. quicunque. C. de omn. agro. deſert.*

f *L. venditor. 50. §. 1. ff. comm. præd. l. 2. C. de metallar.*

talli fodinæ per eam præſcriptionem, contra Principem etiam acquirantur, ut decimæ nomine nihil fiſco debeatur.

CAP. XXXVIII.

SALINARUM REDITUS.

1. *Sal aliud coctile, aliud foſſile.* 2. *Salinarum reditus inter regalia recenſentur.* 3. *Quando & qua de cauſa inſtitutus.*

1 Sequuntur ſalinarũ reditus. Et in ſalinis diſtinguendum, quod ſal aliud ſit coctile, aliud foſſile, ſive ſubterraneum. Coctile, quod ex aqua ſalſa hominum beneficio, atque induſtria, coquitur; vel etiam quod à ſolis calore, in coculo ſalinario coaleſcit, ac paulatim ex aqua ſalſa in terram, ſicco loco, deducitur, poſtmodum purificandum. Unum in his Provinciis, alterum in Gallia, aliiſve pluribus regionibus uſitatiſſimum. Foſſile autem eſt, quod è terræ meatibus effoditur, montibuſque eruitur, Polonis quotidianum; quibus illud ratione redituum ſalinis impoſitarum magno regni commodo cedit; utque inter fodinarum regalia
2 ibidem relatum. Et exemplo earum (veluti proximè animadverſum) ſi in privato loco inveniantur

ſalinæ, jure civili privatorum permanent. Soluto
ſcilicet Principi canone, ſalinis publico nomine
impoſito. Nam ſalinarũ reditus, & non ſalinas pri-
vatas Imperator inter regalia [a] recenſet; quod juri
communi etiam congruit: ſcilicet ſalinarũ reditum
privatum, pro parte fiſco deberi, quod in eo vecti-
gal appellatur, & inter publica vectigalia, quę fiſco
debentur, refertur [a]. Et hoc niſi ſalinæ in publico
loco inveniantur; Nam tum licet eædem inter
regalia numerentur, quatenus proventibus ſuis
ærarium publicum maximè augent, vectigal tamen
nullum ſolvunt; quia fiſcus ab omnium vectiga-
lium præſtationibus immunis eſt [b], nec ſibi debi- 3
tor creditorve eſſe poteſt. Reditus hic ſalinarum,
auctore Livio, apud Romanos antè imperium etiam
fuit inſtitutum, ea ratione, quod populo per quam
neceſſarius eſſet, tam reſpectu ſalis, quam commo-
da ex ſalis reditu provenientia; ſummoperè verò,
ut ſoluto canone quoad annonam conſtare poſſit,
num populus alio fortè, vel etiam extraneo adhuc
ſale, indigeat. Quę conſideratio quamvis in abun-
danti rerum copia à multis parum ad animum re-
vocatur, tanquam anima majeſtatis per omnia rega-
lia continuo verſatur. Et obſervandum in ſalinarũ
materia non minus quam in reliquis fodinis, con-
ſuetudinem hujus vel illius loci, attendi debere.

a C. unic. Quæ ſint Regal.

a L. 17. §. fin. ff. V. S. L. 1. ff. quod quiſq. univerſ. nom.

b L. 9. §. fin. ff. de public. & vectig.

CAP.

CAP. XXXIX.

AGRORUM, PRÆDIORUM, ET *PALATIORUM JURA.*

1. De rebus ab Hoſtibus captis. 2. Princeps de ædificandis Palatiis ſolus diſponit. 3. De jura Palatii. 4. Judices olim in Palatiis habitare cogebantur. 5. Palatia, & prætoria quomodo diſtinguantur. 6. De Palatii comitibus. 7. De eorum dignitate hodierna. 8. De Palatiis majorum, minorumve urbium.

1 Publicis bonis alii quoque agros, & prædia, tanquam regalia ingerunt, qui hoſtibus eripiuntur; cum ſpolia Ducibus, res mobiles militibus in prędam concedantur; quandoquidem per ejuſmodi prædia, lucrave ex iis provenientia ærarium publicum mirum in modum adaugetur; atque inde agrorum vectigalium inſtitutio, magno reip: Romanæ commodo, ſecundum Ciceronem producta creditur. Proculdubio tunc temporis introducta, cum vel ab hoſtibus agri caperentur, vel inculti atque deſerti colonum non reperirent. Nam cum quidam impendium magnum in illorum cultura atq; inſitione, ſive ut nunc loquuntur melioratione, feciſſent & ab iiſdem diſcedere cogerentur, adinven-

Digitized by Google

tum medium fuit, quo non ad exiguum. Sed in perpetuum, vel ſaltem ad longiſſimum tempus hi agri locarentur, ea lege ut quamdiu merces ſive penſio Quæſtoribus publicis ſolveretur, retinerentur. Et lege Zenoniana lata Emphiteuſeos[a] contractus naturam hæ conventiones inducere, de quibus in ſequentibus plura. Et agros quoſdam à Romanis publicatos fuiſſe cum Italiam totam ſubegiſſent illa Plutarchi in vita Gracchorum evincant, ubi inquit: *Romani finitimorum agrum bello captum partim vendebant, partim publicabant eumque tenuibus civibus fruendum dabant: qui tributum non magnum in ærarium referrent.* Et Appianus[b]: *Agros autem bello captos, ſibique in perpetuum reſervatos, eo quidem qui culti erant colonis continuo dividebant, vendebant, elocabant. Eos verò qui propter bellum inculti ac deſerti erant, quorum magna erat copia, quia nondum illis vacabat in ſortem mittere, auctionabantur, eiſque addicebant, qui colere vellent, vectigali impoſito, minutarum quidem frugum decuma, reliquorum fructuum quinta.* Sed quoniam horum prædiorum Fredericus Imp: in regalium capitulo non meminit, libens ea prætereo.

a §. adeò autem. 3. Inſtit. De locat. & cond.

b De bell. civ. lib. 1.

2 Poſtremo & inter bona publica, numero regalium Palatia in civitatibus conſuetis ædificata, ædificanda, recenſentur. Magis tamen ad jura majeſtatis, quam regalia minora, (quæ fiſci ſunt, & lucrum

Digitized by Google

crum pro objecto habent) pertinentia. Hæc palatiorum jura antiquitati Romanæ, jurique Romanorum Civili congruà ſunt. Antiquitus enim Auguſtus, aliive Impp: Romani in monte Palatino (qui una cum aliis ſex montibus, ſive collibus, pomerio urbis Romæ incluſus fuit) ſedem ſuam, & Palatium habuerunt. Atque hinc paſſim pala-
3 tium pro ſede Imperatoria interpretantur [a]. Jus in eo conſiſtebat, quod palatio Principis nulla cohererere ædificia privata deberent [b]. Et ſolus Princeps palatia excellſæ magnitudinis, ac ſplendore eminentia, in modum fortalitiorum, in civitatibus exſtruere poſſit; cujus juris admodum ſuperſtitioſi Ottomannici, ſive Turcici Imperii Principes ſunt, ut extraordinariè omnes ſuſpendant, qui hujus legis ſive perverſi, ſive improvidi tranſgreſſores reperiuntur. Nec in his Palatiis habitandi locum alii obtinebant, quam quos legitimus majeſtatis uſus, & reipub: diſciplina expreſsè delegiſſet: quales erant judices Provinciarum [d]. De quibus Imp:
4 Leo [e]: *Nulli judicum, qui Provincias regunt in civitatibus, in quibus ſacra palatia, aut prætoria ſunt, licet his relictis privatorum domos ad habitandum, veluti prætoria vindicare: Sed ſacratiſſima modis omnibus habitare palatia, ſeu prætoria cogantur, ut hac neceſſitate compellantur eorum reparationi providere. Ubi autem & palatium eſt, &*

a *L. unic. C. de palat. & dom. dominic. l. quicunq. C. de oper. pu. l.*
b *d. l. quicunq.*
d *D. l. quicunq.*
e *L. ult. C. de offic. rect. Provin.*

Digitized by Google

prætorium : palatium quidem habitationi Præſidis, prætorium autem vel ſuſcipiendis, conſervandiſque ſpeciebus publicis, horreorum vice, vel aliæ neceſſariæ rei deputetur.
Ubi palatia, & prætoria diſtinguuntur; nam ut li- 5
quet palatii appellatione in conſtitutionibus denotantur domus magnificæ, præſidum, judicumve cauſa in civitatibus exſtructæ [a]. Prætorium autem præterquam quod conſervandis ſpeciebus inſerviret [b], ſæpè etiam pars villæ appellabatur, in habi-
tationem patrisfamilias accommodata [c]. Ceterum 6
ab hoc palatio Imperatorio Comites ſacri palatii, Comites divinæ domus, & Palatini dicti ſunt, qui in palatio Imperatorio militabant, & ad aliquod Principis miniſterium procurationem ſibi commiſſam habebant; quorum ut officia varia exiſte-
rent [d], in jure ſacratiſſima habentur. Imo Palatii 7
Comites qui ad Rhenum in Germania ſunt, ad tantam dignitatem evecti, ut non ſolum ſint Principes, ſed & inter ſeculares Imperii Electores primas ſedes teneant. Sede vacante, Imperii ſint vicarii, una cum Electore Saxoniæ; atque in controverſiis inter Imperatorem & alios exortis, judices ſunt; ita tamen ut non in ſua, ſed ipſius Imperatoris Curia, ubi & Imperatoria majeſtas præſens exſtiterit, judicium inſtituatur, & ibidem de cauſa cognoſca-
tur. Porrò quod de palatiis in civitatibus exſtru- 8
endis

a L. 3. C. de oper. publ. l. 3. C. de metallar.
b d. l. ult. C. de offic. rect. Prov.
c L. plenum ff. de uſu. & habit. l. re conjuncti §. 1. & l. prædiis. §. 1. ff. de legat. 3.
d l. 1. C. de privil. eor. qui in ſac. palat. milit.

endis dicitur, de majoribus, ſive matricularibus urbibus intelligendum eſt. Ut in Italia Roma. In Turcico Imperio Conſtantinopolis[e], & quę alia capita rerum publicarum indubitanter habentur. Quamvis in Provincialibus civitatibus conſtet Imperatores ſua palatia habuiſſe[f], quæ exemplo aliorum præſcribi[g] non poſſunt; niſi totaliter ac notoriè deſerta[h] fuerint.

e Arg. l. quicunq. C. de oper. publ.
f L. ult. C. de offic. rect. Prov.
g L. ſi quæ loca C. de fund. & ſalt. rei domin. l. fin. C. de SS. Eccleſ. l. præſcriptio. C. de oper. publ.
h L. qui agros. ff. de om. agro. deſert.

CAP. XL.

PISCATIONUM REDITUS.

1. De regalibus, ex bonis communibus deſumptis. 2. De Piſcatione libera. 3. Conſuetudo, piſcationis reditum regalibus adjicit. 4. Piſcationis nova prohibitio rationalis eſſe debet, & legibus munita.

1 Atque hęc de regalibus ex bonis publicis deſcendentibus. Sequuntur piſcationum reditus, venationumve commoditas, quorum jura ex bonis communibus deſumpta ſunt. Quippè piſcationum uſus in fluminibus jure gentium communis per ſe eſt, ut & in mari[a]. Ideoque etiam
2 piſcari in eo cuilibet licet; injuriarumque actione tenetur, qui piſcationem prohibere conatus fuerit[b].

Quod

a §. & quidem. 1. & §. flumina. 2. Inſtit. de rer. diviſ.
b L. injuriarum. §. ult. ff. de injur.

Digitized by Google

Quod itidem ſic in feris beſtiis, & volatilibus obtinet. Nam *feræ beſtiæ*, inquit[c] Imp: *& volucres, & piſces, & omnia animalia, quæ mari, cælo, ac terra naſcuntur: ſimul atque ab aliquo capta fuerint, jure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. Quod enim antè nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur.* In contrarium ta- 3
men apud pleroſq; populos conſuetudine invaluit, ut uſus quidem fluminis communis, fructus verò, id eſt piſces piſcationeſve, quę fiſco pro conceſſione juris piſcandi debentur, ad Principem pertineant, interque regalia referantur[d]; ut jam non amplius tam de jure quærendo, quam quæſito tuendo, diſceptetur. Nam cum longi temporis uſu, quo quis in aliquo diverticulo fluminis publici ſolus piſcatus eſt, & quaſi ibidem poſſeſſionem juris piſcandi acquiſivit, alios prohibere poteſt, ne alii iſto diverticulo utantur[e], quid ni Princeps præſcriptione temporis immemorabilis, eum modum piſcationi in fluminibus publicis ſtatuat, qui fiſco commodus, reſpectu præſcriptionis nulli injurioſus ſit? Præſertim populo tacitè conſentiente, veteri jure conſtituente.[f] *Lacus quoque piſcatorios, & portus in cenſum dominus debet deferre.* Illud enim in hoc regali præcipuum, ut piſcationes omnes publicè locentur, & ex mercatura piſcium fluvialium, marinorumve proventus modici in ærarium deducantur.

Quo-

c §. 12. *Inſtit. de rer. diviſ.*

d C. *unic. Quæ ſint Regal.*

e *L. ſi quiſquam. ff. de diverſ. temp. præſcript.*

f *L. forma. 4. §. 6. ff. de cenſib.*

Quorum tamen numero piſces hamis in fluminibus capti non veniunt; quandoquidem jure gentium hamorum uſus in quacunque civitate receptus, in aquis publicis ab omni exactione liber eſt.
4 Ubi autem piſcationum reditus ad fiſcum nondum pertinent, requiritur ut earũ prohibitio in flumine publico rationalis ſit, quo caſu Principi permiſſum modum piſcationi præſcribere; ac ſimul quomodo, quibus retibus, vel quo tempore piſces demum capi velit. Nam ad conſervationem earum rerum quæ licet juris gentium ſunt, ſine gentium læſione, reipub: alicujus bono ćonducunt, Princeps leges propoſito ſuo congruas, ferre poteſt; ut in halecum captura Ordinum Hollandię placito edictum eſt.

CAP. XLI.
DE VENATIONE.

1. *Venatio publici juris facta.* 2. *Quare venationes prohibitæ quibuſdam ſint.* 3. *Venationis jus, lege regia omnibus Brabantis reſervatum.* 4. *Ratio tamen quandoq; contrariũ ſuadet.* 5. *Aucupia apud nos publici quoq; juris ſunt.*

1 DE venatione proximè dicere incepi. Et conſtat exemplo piſcationum Principes quoque venationum, aucupiorumve jura ſibi vindicaſſe;

Digitized by Google

ſic ut communiter de una ad alteram valida procedat argumentatio, & venationis jus per conſequentiam quandam, ad minora regalia pertineat; quod ſaltus, & nemora, in quibus feræ vagantur, loca publica pleraque ſint, quorum locorum uſurpationem Princeps privatis prohibere poteſt[a]. Et hoc adeò invaluit moribus, & conſuetudine, ut ferè nullus Principatus, nullum regnum, nulla reſpublica exiſtat, quin hoc jure venandi publico gaudeat, plebe excluſa. Nobilibus namque nominatim ditioribus, aut aliis belli, paciſve virtute claris hominibus, vel jure proprio, vel actis ſpecialibus à Principe impetratis, impetrandis, venatio limitativè libera concedatur. Interdictæ venationis 2
rationes penè ſunt; ne genera animalium innoxiarum continua venatione extirpentur. Tenuioris fortunæ homunculi impenſarum ad venationem pertinentium effuſione abſtineant. Ruſtici agriculturam pro venatione non deſerant, cujus reipublicę intereſt[a]. Atque etiam ut agreſte genus armis arceatur, quorum uſus, atque aliis extra nobilitatem, atque militiam degentibus, interdictus[b] eſt. Et operatores diligentes pro reipub: commodo, familiæ ſuæ ſuſtentaculo artes ſuas exerceant, ne venationis atque otii dulcedine capti, interim ſe, ſuaque capi ab inopia, dum capere ſtudent, Acteonis

a L. 2. ff. de Flumin.

a Auth. agricultor. C. quæ res pignor. l. 2. C. de feriis.
b Tot. tit. C. ut armor. uſus.

Digitized by

3 nis exemplo, patiantur. His tamen rationibus, obſervationibuſq; Brabantia ſibi proſpexit, cum Principe eligendo, ſive confirmando regalia etiam ei, & in eum tranſmitterentur; ac ſpoſpondit Philippus II. Hiſp: Rex. *Quod deinceps quicunque Equeſtris ordinis, nobiles, aliique etiam quicunque Brabantiæ incolæ, impunè per omnem Brabantiam, prout tempus feret, venari poterunt quaſcunque magnas feras; præterquam in vivariis, nemoribus, ſilvis dictis* **Zomen / Zaventerloo / Grootheyſt / Meerdale / Grootenhoute.** Inſuper addens, *ſe nunquam edicturum, aut interdicturum, aut etiam tributum petiturum, aut conſtituturum, aut ullo modo fieri paſſurum, per quæ hæc aliquo modo labefactari, aut impediri poſſent.* Quin imò & hoc adjectum erat: *Unicuique licere fundos ſuos cuſtodire, cuſtodiendoſque curare, atque eo impunè canes alere non acciſis unguibus. Et ſi qua fera à canibus aut lædetur, aut occidetur, ea ut erit, in ſuo loco relinquetur. Poterit etiam unuſquiſque per totam Brabantiam lepores, atque vulpes venari, & ſimiliter cuniculos extra libera vivaria: atque etiam ubicunque aucupibus avibus, ad volatile aucupium uti.* Hæc

4 in Brabantia obtinuerunt. Cæterum ſi neceſſitate ſuadente, tam ratione populi, ne ſtudia ſua deſerant, quam ærarii, ut honeſtè locupletetur, quæſtio intercidat, quomodo Principes ex piſcium venationis, & aucupii emolumento, in fiſcum quidquam

Digitized by Google

conferant, illud animadvertant, ut ærarium publicum, quantum fieri poſſit ſine ulla civium ſuorum injuria adjuventur. Cujus rei cauſa lacus, ſtagna, fluvii, atque aliæ aquæ publicæ, ſylvæ, montes, locave publica, paſcendis jumentis non admodum utilia, applicari poſſunt, ut in patria mea alendis cuniculis, colles quidam arenacei (quos **Duynen** vocamus) deſignati ſunt; Ex quibus proventus maximi in Camera rationum ſingulis annis inferuntur. Habita quoque apud nos aucupii ratione, 5
ac præſertim anatum, quibus capiendis, privilegio ab ordinibus ipſis impetrato (quod **Octroy** appellamus) loca in eum finem conſtituta, inſtruant; ac ductu anatum manſuefactorum, ſæpenumero una die centena aucupum inſidiis cædunt. Qualia inventa ſtudioſa, & quæ plura ejus claſſis eſſe poſſunt, noſtris Belgis magis, quam aliis nationibus familiaria ſunt. Quo inſtituto facilè quiſquis copiam omnis generis animalium, quolibet tempore, & quolibet elemento verſantibus, tolerabili pretio, abſq; ullius incommodo, idque adhuc honeſto reipub: lucro ſibi acquiſitam habet. Quod magis amplectendum, cum ſingulis interſit, ſufficientiam omnium rerum, ad victum civium procurari; nec non, ut tam ſtudio publico, quam privato Reſpublica damno nullius, omnium lucro, piſcatione, venatione, aucupio, legitimo occupetur.

CAP. XLII.

MULCTARUM POENARUMVE COMPENDIA.

1. *De regalibus ex bonis privatorum quærendis.* 2. *Pœnarum introductarum ratio.* 3. *Differentia mulctarum, pœnarumve.* 4. *Ærarium ex pœnis mulctiſve locupletatur.*

Proximè examinatis regalibus ex bonis com-
1 munibus deſumptis, ſubſequuntur jura quibus
fiſcus ex bonis privatorum commodum capit: ut ex commiſſo delicto ſunt; *Mulctarum pœnarumve compendia, bona quæ ut ab indignis, legibus auferuntur, bona contrahentium inceſtas nuptias, bona damnatorum, & proſcriptorum, ac ſimul bona committentium
2 crimen læſæ majeſtatis*[a]. Ratio prima quare pœnæ
mulctæve introductæ ſunt, hæc eſt, ut tali modo perverſi homines maleficiis abſtineant, & reſpectu tranſgreſſorum procuretur, ne delicta maneant impunita[a]. Secunda verè ut per eas fiſcus augeatur. Nam inquiunt[b] Impp: Valent. Theodoſ. & Arcad. *Mulctarum ſevera compendia ærario noſtro protinus eſſe
3 quærenda, nullus ignoret.* Mulctarum extraordinariæ,
& incertæ coërcitiones ſunt. Pœnarum verò certiſſi-

a C. unic. Quæ ſint Regal.

a L. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.

b L. 5. C. de mod. mulct. quæ à jud. inflig.

Digitized by Google

tiſſimę[c]. Et ob certitudinē omnibus judicibus pœnarum executio committitur; mulctarum verò non eadem natura eſt, niſi limitativè, nempe ut pœnam certam non excedant. Hinc procuratori Cæſaris[d], curatori reipub:[e], civitatum Duumviris[f] generaliter mulctarum irrogandarum poteſtas inhibita fuit; quanquam magiſtratibus municipalibus eam poteſtatem competiiſſe quidam exiſtimarint. Non 4
ut ſanguine & carne delinquentium officiales gauderent, ſatiarentur, ſed fructibus fiſci mulctarum, pœnarumve proventus cęderent; juncto mandato, ut exindè Palatia, Prętoriave[g] reficiantur. In uſum operis, vel curſus publici aliarumve neceſſitatum applicentur[h]. Multis mulctarum pœnarumve compendia fructus juriſdictionis ſunt, quamvis illud alienum prorſus à lege ſit. Nec dubio caret, cui pœna quæ ex popularibus actionibus reo infligitur, applicari actori, an fiſco debuerit, an verò inter utrumque fuerit diviſa. Et vulgò convenit diſtinguendo, ut ſi actio civilis intentaretur parti agenti; ſin criminalis, fiſco adjudicaretur. Moribus noſtris majoris vigilantiæ, melioriſque ordinis cauſa, fiſco una, officiali altera, delatori tertia pars mulctarum, pœnarumve ſæpiſſimè legibus, ſtatutiſque attributa, ne ullo modo, & adhuc cum lucro fiſci, delicta maneant impunita.

c *L.244.& l. aliud eſt. §. inter mulctarũ. ff. de V.S.*
d *L.2.C.de mod.mulct.*
e *L.curator C. eod.*
f *L.unic.pr. ff.ſi quis jus dicent. nõ obtemp.*
g *L.fin.C. de offic. rect. provinc.*
h *L.5.C.de mod.mulct. quæ à jud.*

CAP.

CAP. XLIII.

BONA INDIGNIS ABLATA.

1. Quæ bona indignis auferantur. 2. Quis ſit indignus. 3. Differentia indigni & incapacis. 4. Quibus modis quis indignus fiat. 5. Quomodo & quando bona indignis ablata, privatis cædant.

1 Inter regalia fiſci (ut dixi) etiam referuntur bona indignis ablata [o]. Sunt autem ejuſmodi, ut acquirantur quidem iis, quibus relicta ſunt, ſed acquiſita auferantur, & eripiantur; ideoque ereptitia ab Ulpiano appellantur [a]. Adeò verò certum eſt, fiſco deberi bona, quæ ut indignis auferuntur, ut fiſcus non tantum ipſam rem, ſed etiam omnes
2 fructus perceptos auferat [b]. Indignus igitur eſt, qui ex teſtamento capere poteſt, attamen indè nullum emolumentum percipit, quoniam id quod relictum erat, ei aufertur, & confiſcatur; ut ne quidem indigni de legatis Falcidiam, aut Trebellianicam
3 deducant [c], nec legitimam detrahant [d]. Unde & regalia appellantur [e]; ab incapace differens, quod relicta indignis jure valeant, ac proindè ea acquirere ipſi poſſunt, & acquirunt etiam, ſed ex cauſa eis rurſus auferuntur. Incapaces verò ſunt, quibus relicta

o C. unic. Quæ ſint Regal.
a In fragm. tit. 17.
b L. 17. & 18. ff. his quæ ut indign. l. 1. C. eod. l. 17. §. 2. ff. de uſur.
c L. 3. §. fin. l. 6. §. 3. ff. ad S. C. Trebell. l. 59. ff. ad l. Falcid.
d l. 8. ff. de inoffic. teſtam.

Digitized by Google

relicta ab initio inutilia ſunt, & pro non ſcriptis
habentur; cujusmodi ſunt peregrinorum occupa-
tiones, hoc eſt, eorum qui cives Romani non ſunt,
eoq; teſtamenti factionem paſſivam non habent[e].
Deportati, & in opus publicum perpetuò damnati[f].
Et indigni quidam fiunt lege, aut teſtatoris volun- 4
tate. Lege qui mortem teſtatoris inultam reliquit[g],
quod & fœminas concernit, minoribus tamen an-
nis XXV. excuſatis[h]. Qui teſtatorem necarunt[i],
teſtatorem teſtari prohibuerunt, coëgerunt[l]. Nec
tamen coactio quælibet id operatur, ſed ea quæ in
conſtantem virum cadit[m]. Quod ſi maritus inter-
ficiat uxorem, vel uxor maritum, utrum indignus
vel indigna reddatur defuncti hereditate, eaque ad
fiſcum pertineat diſcrepant DD^es. Quod etſi ne-
gent alii, plurimi tamen Boërii, & Peregrini ſen-
tentias veriores putant. Teſtatoris itidem volun-
tate indigni ſunt, ſi teſtator heredem prius inſtitu-
tum repudiaverit, malens incapacem eſſe, quam
capacem[n]; vel ſi ſcriptis heredibus ideò hereditas
ablata eſt, quod teſtator aliud teſtamentum mutata
voluntate facere voluit, quare impeditus ab ipſis
eſt, ab univerſo judicio priore receſſiſſe videtur[o]. 5
Et quamvis regulariter bona indignis ablata fiſco
vindicentur, tamen Fredericus Imp: caſus quoſ-
dam excepit, quibus bona quæ indignis aufe-
runtur,

e L. 1. C. de hered. inſtit.
f L. 17. §. 1. ff. de pœnis.
g L. 10. C. de his quæ ut indign.
h L. ſi e.a. l. minoribus. C. eod.
i L. lucius. ff de jure fiſci.
l Tot. tit. ff. & C. ſi quis aliq. teſtat. probib.
m L. metum ff. quod met. cauſ.
n L. 12. ff. his quib. ut indign.
o L. 19. ff. eod.

runtur, non fiſco, ſed privatis cædant; cum diſertis verbis inquit: *Niſi ſpecialiter quibuſdam perſonis conceduntur*[p]. Idque etiam ex inſtituto Juſtiniani, dum alibi tam aliarum perſonarum, quam fiſci memor, ea quæ antiquis legibus de iis conſtituta ſunt, ſervari pręcipit[a]. Et hi caſus ſpeciales ex ipſis legibus partim antiquis, partim ex jure novellarum deſumendi; ut nempè ſi teſtamentarius tutor, ſe à tutela excuſaverit, privetur legato ſibi relicto, ut indignus. Ipſum tamen legatum ad fiſcum non transfertur, ſed ipſi pupillo relinquitur[b]. Relictum incapacibus pro non ſcripto habetur[c], nec proindè ad fiſcum pertinet[d], ſed vel ad ſubſtitutum[e], vel ad coheredes ſcriptos[f], vel his deficientibus ad proximos heredes, agnatos & cognatos[g]. Et liberi aut parentes, agnati, aut cognati, vel etiam extranei heredes, in redemptione teſtatoris captivi negligentes ſi fuerint, ſucceſſione careant; nam his ſi heredes nihilominus ſcripti ſint, ſucceſſio tanquam indignis denegatur, nec tamen fiſco debetur, ſed eccleſiæ ejus civitatis, ut etiam hereditatem conferat, & expendat in redemptionem captivorum[h]. Et ejuſmodi caſus ſpeciales ſunt plures, quos omnes hic referre mei non eſt inſtituti, ſive propoſiti.

p C. unic. *Quæ ſint Regal.*

a *L. unic. §. quæ autem antiquis. C. de caduc. tollend.*

b L. 5. §. *amittere ff. his quæ ut indign. l.* 25. C. *de legat. l.* 28. *§.* 1. *ff. de excuſ. tutor.*

c L. 1. C. *de hered. inſtit.*

d *L.* 3. *ff. his quæ pro non ſcript.*

e L. 1. *C. eod.*

f *L. unic. §.* 3. *C. de caduc. tollend.*

g *L.* 70. *ff. de acq. vel omit. hered.*

h *Auth. ſi captivi* C. *de Epiſc. & cler. nov.* 115. *c.* 3. *§. ſi autem.*

Digitized by Google

CAP. XLIV.

INCESTÆ NUPTIÆ.

1. Quinam inceſtas nuptias contrahere dicantur. 2. Quinam inutiles. 3. Pœna contrahentium inceſtas nuptias. 4. Jus antiquum limitatum. 5. An natis ex complexu nefario alimenta debeantur.

AD bona contrahentium inceſtas nuptias igitur tranſeo, quæ itidem regalibus fiſci interponuntur[i]. Inceſtæ nuptiæ contrahuntur jure gentium, cum ex gradu aſſendentium, & deſcendentium quis uxorem ducit, quam propter ejus prohibitionem ducere non poteſt. Inceſtæ dictæ, quod ob ſanguinis conjunctionem vel affinitatem prohibeantur[l]. Reliquę nuptię quibus conſanguinitatis vel affinitatis impedimentum non obſtat, & tamen illicitæ ſunt, vulgò inutiles dicuntur. Sic jure civili inter cognatos affineſq; nuptiæ prohibitæ ſunt[m]. Matrimonium inter tutorem & pupillam inhibitum[n], nec tamen inceſtæ, ſed inutiles tantum cenſentur. Inceſtas nuptias contrahentium pœnę varię ſunt, & multiplices; nimirum ut qui adverſus leges contrahunt, nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligatur[a]; ita

1 (beside "igitur tranſeo…") · 2 (beside "prohibeantur…") · 3 (beside "les tantum cenſentur…")

i C. unic. Quæ ſint Regal.

l L. fin. ff. de rit. nupt. l. 5. ff. de Quæſtion. C. lex iſta. 36. q. 1.

m D. l. fin. ff. de rit. nupt.

n Tot. tit. C. de interd. matr. inter tutor. & pupill.

a §. ſi adverſus. Inſtit. de nupt.

ita ut exigi non poſſit, nec ulla actio de iis competat, ſed bona eorum fiſco applicentur [b]. Tanquam inceſtas nuptias contrahentes indigni ſint, ut bona
4 quædam poſſideant. Quod tamen ex jure Juſtinianeo limitationem recipit, quo cavetur, ut bona ipſorum legitimis heredibus, nempè liberis, uſque ad tertium gradum relinquantur; atque illis deficientibus eorum parentibus, uſque ad gradum ſecundum; Et his non exſtantibus, fratribus, ſororibus, patruo, amitæ tribuantur; his autem omnibus deficientibus fiſco inferantur [c]: ſi nempè ſecundum quoſdam copula carnalis ſequuta ſit; alioquin pœ-
5 nitentiæ adhuc locus putatur. An verò liberis ex complexu nefario natis ex parentum bonis alimenta denegari poſſint, controvertitur. Jure enim civili expeditum talibus liberis nihil donari, vel teſtamento relinqui, ne alimenta quidem poſſe [d]; adeò ut etiam ſtatutum in contrariam partem promulgatum non valeat, eo quod fornicandi, & ſic turpitudinis occaſionem præſtaret [e], quod à lege debet eſſe alienum, quæ ſancta eſt atque honeſta, ſua natura prohibens contraria. His tamen non obſtantibus juris canonici placitum de his [f] liberis alendis, juris civilis rigori communiter præfertur: maximè ſi ex inceſtu nati non habeant unde vivant; nam licet ſpurii ſint, filii tamen jure ſanguinis ſunt,

b D. c. unic. Quæ ſint Regal.

c Nov. 12. c. 1. & 2.

d Auth. ex complexu C. de inceſt. nupt.

e L. 5. ff. de pact. dotal.

f C. cum haberet. De eo qui duxer. in matrim. quã pellex. per adult.

jura verò hæc nullo jure civili dirimi poſſunt[g]. Et ſicuti patri non licet occidere filium ſpurium, ita nec alimenta ei denegare, quia ea denegans necare filium videtur[h]. Et tenendũ ſi bona paterna amicis data, aut confiſcata ſunt, ab amicis, aut à fiſco filium natum ex inceſtu ali debere. Si bona Principali beneficio patri reſtituta ſunt, à patre nutriendum; ſi non civiliter, ſaltem naturaliter, habita ſolum ratione ne pereat, ut eruditè ſuperioribus annis ab acuti ingenii JCto Mæſtertio, Academiæ Leidenſis juris Profeſſore, reſponſum[i] eſt.

g L. iura ſanguinis ff. R. I.

h L. 4. ff. de agnoſc. & alend. liber.

i Tr. de juſtit. Rom. ll. lib. 2. cap. 7. n. 4.

CAP. XLV.

DE BONIS DAMNATORUM PROSCRIPTORUMVE, NEC NON committentium crimen læſæ majeſtatis.

1. *Damnati, proſcripti qui dicantur.* 2. *De confiſcatione rerum ad proſcriptos pertinentium.* 3. *Hodie extra crimen læſæ majeſtatis, & Hæreſeos confiſcationes quoque extenduntur.* 4. *Legitima tamen filiis debetur.* 5. *Quæ ea ſit.* 6. *Excipitur crimen læſæ majeſtatis.* 7. *Hoc crimen ſceleratiſſimum.* 8. *Quinam crimen læſæ majeſtatis committere dicantur.* 9. *Pœna hujus criminis acerbiſſima, ac varia.* 10. *Ex hoc ſcelere pro hominum delictis etiam loca patiuntur.*

Bona

1 Bona contrahentium inceſtas nuptias ſequuntur bona damnatorum proſcriptorumve. Damnatos dicimus eos, qui ultimo ſupplicio per ſententiam afficiuntur; vel qui ob crimen aliquod capitale damnati, tacito jure ipſa damnatione bona ſua amittunt. Proſcriptos, qui metu ſummi ſupplicii contumaces, ac latitantes ſunt, pecunia in ipſorum apprehenſione ac morte conſtituta, cummodo judex bona eorum confiſcanda expreſsè pronunciavit. Proſcribere enim idem eſt, quod palam expreſsè, ac claris litteris aliquid ma-
2 nifeſtare[a]. Olim dimidiam tantum proſcribebant, unam partem fiſco, alteram liberis relinquendo. Verum jure Novellarum liberi ac parentes ad tertium uſque gradum fiſcum excludunt[c], qui non obſtantibus collateralibus, tunc bonis & non perſonis ſuccedit. Nec tamen omnia in hoc regali in confiſcationem veniunt; ea ſi quidem quę in extraneum heredem non tranſeunt, fiſco non vindicantur, cum fiſcus pro extraneo quodam herede habeatur, quatenus de aliorum bonis agitur. Unde manifeſtum, Feuda in confiſcationem bonorum non venire, ſed pro qualitate eorum ad agnatos, vel dominum reverti, cum ad extraneum heredem non tranſeant. Quod & Imperii Germanici conſtitutione confirmatur, nec non in judicio con-

a *L. 11. §. 2. 3. & 4. ff. de Inſtit. act.*
b *L. 1. §. liberis ff. de bon. damn. l. 10. C. de bon. proſcript.*
c *Nov. 134. c. fin.*

tradictorio ſic deciſum; atque inſuper ut fructus feudales, actori damnum paſſo reſtituantur[d]. Quorum exemplo quoque bona extra familiam alienari prohibita confiſcationi exempta permanent, etiamſi ſint allodialia. Item bona Emphyteutica, quæ quis ab eccleſia ex contractu Emphyteutico poſſidet, cum ad extraneos non tranſeant. Idem obtinet in Emphyteuſi, non ab eccleſia, ſed à privato conceſſa, ſi eo pacto conceſſio facta ſit, ne ad extraneos perveniret. De bonis filiorum caſtrenſibus quidem videtur, ut confiſcationi ſubjiciantur, cum eorum omni ex parte propria ſint, & ipſe in iis bonis pro patre familias habetur[a]: ſed ſpecialiter datur patriæ poteſtati, contra regulas communes, ut pater in ejuſmodi bonis filii ſui fiſco præferatur[b]. Quod idem de bonis quaſi caſtrenſibus affirmandum[c]. Et hoc jus eo magis in adventitiis bonis locum habet, quod ea bona non ſunt ſimpliciter, & omni ex parte filiorum, ſed pater in iis uſumfructum habeat[d]. Imò in caſibus etiam quibus patri de jure non debetur uſusfructus in bonis adventitiis, verum ea pleno jure filii familias ſunt, confiſcationi bonorum locum non eſſe
Peregrinus alibi affirmat. Hodie eo deventum, 3
ut multi putent præter crimina majeſtatis, & hæreſeos à confiſcatione generaliter receſſum eſſe, inter

quos

d Gail. 2. c. 14. n. 6. de pace tenend.

a L. 2. l. miles præcipuè §. actionem ff. de caſtrenſ.
b L. 3. C. de bon. proſcr. & damn.
c §. fin. Inſtit. de milit. teſtam.
d §. quod nobis. Inſtit. Per quas perſ. cuiq. acquir.

quos Julius Clarus, ſupradictuſve Peregrinus præcipui ſunt; aſſerentes per totum mundum, excepto caſu læſę majeſtatis, abolitam eſſe quamvis confiſcationem, niſi ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto aliud introductum ſit. Quorum ſententias merito alii improbant, indicantes in Gallia, Lotharingia, ac pluribus aliis regionibus, quin imò & in Scotia magis ſtrictè quam jure Romano expreſſum eſt, conſuetudinem juri conſentaneam, ad unguem obſervari.

4 Et tenendum quod licet bona confiſcata ſint, legitimam tamen filiis reſervari[e], cum macula patris filiis nociva eſſe non debeant, niſi de crimine læſæ majeſtatis parentes convincantur. Et quamvis omnia publicari primis Romanorum temporibus ſolebant[f], tamen pro delictorum qualitatibus id poſtmodum immutatum. Unde Tacitus de damnatione P. Suilii verba faciens, ſic ait: *Igitur adempta bonorum parte (nam filio & nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam, quæ teſtamento matris, aut avi acceperant) in inſulas Baleares pellitur.*

e *L. 1. & l. cum ratio. ff. de bon. damnat.*

f *Alex. ab Alex. Genial. dier. cap. 23. in pr. lib. 3.*

5 Sed ſcrupulum obortum quanta legitima filiorum eſſe debeat in publicatione bonorum. Dimidiam alii indiſtinctè. Alii, ſi tres pluresve liberi fuerint, vel minores, omnia deberi exiſtimant, cum inquit Imp: *Se malle imperium hominum adjectione ampliari, quam pecuniarum copia.* Nec deſunt opiniones conſu-

len-

Digitized by Google

lentium, ſi bona adeò exigua ſint, ut vix ad alimenta unius vel duorum ſufficiant, omnia etiam unico filio relinquenda eſſe. Quæ ſententia Chriſtianis probari debet, cum apud eos non minus
charitas, quam gratia abundet. Excipiuntur ta- 6
men, ut dixi, bona committentium crimen læſæ majeſtatis, quæ in totum fiſco addicuntur [a]. Crimen hoc tam atrox, & enormè eſt, ut primum ac
maximum dicatur [b], ſceleratiſſimum [c], omnium 7
peſſimum [d], ac patricidio pejus, cum hic patrem proprium occidiſſe, ille omnium civium parentem necaſſe videatur; quocirca abolitione omnium criminum impetrata, hujus abolitio non cenſetur conceſſa. Et cum crimen lęſę majeſtatis quam plurima habeat ſingularia, exiſtimavit Imp: ſe rectè facturum, ſi peculiariter, & ſeorſim hujus criminis meminiſſet, bonaque illud committentium, fiſco deberi, & inter regalia referenda eſſe oſtenderet. Ejus autem reus fit ſecundũ Imp: Arcad: & Honor: [e]
Quiſquis cum militibus, vel privatis, vel Barbaris, 8
ſceleſtam inierit factionem, aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramentum, vel dederit. De nece etiam virorum illuſtrium, qui conſiliis, & conſiſtorio Principis interſunt, Senatum etiam (nam & ipſi pars corporis principalis ſunt) vel cuilibet poſtremo qui Principi militat, cogitaverit, eadem enim

a *D. c. unic. Quæ ſint Regal. l. fin. ff. de crim. læſæ. majeſt.*

b *L. religio. C. Theodoſ. de indulg. crimin.*

c *L. fin. C. ad l. jul. majeſt.*

d *Nov. 22. de nupt. §. ſi igitur.*

e *L. 5. C. ad l. jul. majeſt.*

Digitized by Google

enim ſeveritate voluntatem ſceleris, quam effectum puniri, ac præcipuè in hoc delicto, jura voluerunt, cum alia commiſſa, quæ carent effectu, nomine carere credantur. Quod de crimine majeſtatis hic dicitur, ad quoſvis, ſive Imperatores, Reges, Principes, atque omnes alias ſuperiorem non agnoſcentes poteſtates, pertinet. In ceteros qui ſuperioribus ſubſunt, non committitur, niſi id quidem deſertim, directè, ac principaliter in odium ipſius Principis, vel imperii factum ſit, qui tunc ex commiſſo delicto quaſi perduellionis rei vulgò appellantur. In hoc crimen itidem incidunt cives, qui ſibi aſſumunt quæ ſolius majeſtatis ſunt; ut ſi quis injuſſu Imperatoris adverſus aliquem exercitum belli gerendi cauſa delegerit, dilectumve habuerit [f]. Jure Romano qui ſtatuam Principis conflaverit [a]. Per genium Principis non juraverit [b]; vel ſi quis injuſſu Imperatoris monetam cudat, monetamve probam adulteret [c]. Obſides populi abſq; ejuſdem, Principiſve juſſu dimittat [d]. Ac precipuè is demum ſupplicio legis Juliæ afficiendus, qui interitum reipub: procurat, arma in rempub: comparat, & cum audaciſſimis quibuſdam conſilia ſecreta exercet. Qui hoſtibus ſignum dederit, feceritque dolo malo, quo hoſtes conſilio juventur contra rempub: [e]. Qui manum Principi (in quo

f *L. 3. ff. ad l. Iul. majeſt.*
a *L. 6. ff. eod.*
b *Sueton. in Calig.*
c *L. 1. & 2. C. de falſ. monet.*
d *L. 1. §. 1. ff. ad l. Iul. majeſt.*
e *L. 1. 3. & 4. ff. eod.*

T t con-

conſiſtit ſalus reipub:) intulit, aut inferre niſus eſt, qualia quæ facit, perduellionis propriè reus habetur. Pœna hujus criminis legibus, & conſuetudine 9
acerbiſſima eſt. Leges reum majeſtatis gladio feriri volunt, bonis ejus omnibus fiſco addictis; ut filii innocentes, ſpeciali adhuc Imperatoria lenitate, vitam tantum retineant. Mors ipſis ſolatium, vita ſupplicium ſit. Idque ſi non proprio amore, ſaltem cauſa filiorum à tali facinore parentes abſtineant. Conſuetudine inductum, ut alibi in fruſta quatuor ſcindantur. Equis in partes quatuor divellantur. Et ex conſtitutione Caroli V. Imp: in terram proſternantur, & per plateas ad locum ultimi ſupplicii raptati, forcipibus lacerentur, poſtmodum in ſimiles portiones quatuor dividendi. Membra eorum in ſpectaculum, ac terrorem portis, porticibus, aliiſve locis publicis affiguntur. Quod ferè populos, hujuſve criminis ſpecies, tot varia ſupplicii genera in hoc delicto reperias; quorũ unum ut alterum aſperitate longè exſuperat, ſic ſeverius, mitius in tam immenſi criminis reos animadverti cernimus, prout frequenter committitur, vel ſecundum placidos, rigidoſque populorum mores, ubi hæc delicta committuntur. Nec dubium quin pro perſonarum qualitate, criminumve præmeditatorum atrocitate augeantur, vel minuantur. Et quod 10

reli-

reliquum, eouſque etiam in hoc crimine exacerbatur, ut reorum longè, atque inſignis honorum paginę mergantur. Ædificia, ac ſtatuę licet ſplendidiſſimæ, reſtem ſequantur, funditus diruantur. Inſignia, ac nomina perduellionum ita exſtirpentur, ut ne memoria quidem eorundem ſuperſit, aut ſupereſſe poſſit. In templa, & civitates ipſas quandoque etiam ſervitum, judicia acerrima ex hoc crimine lata ſunt. Urbs Caria Peleponenſium tota deleta eſt, viri ad unum interfecti, matronæ in ſervitutem redactæ, quod cum Perſis adverſus Græcos fœderatos conſilia belli iniiſſet. Exſciſſa, & deleta Carthago ob rebellionem & exarata eſt.

—Urbibus ultimæ
Stetere cauſæ cur perirent
Funditus; imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Teſtis apud nos *Nardenum* oppidum, teſtes veteres aquæ, & alia funeſta Albani Ducis monumenta, majeſtatem lęſam, prout fingebat, nimium quam ſupra homines, ipſaſque belluas crudeliter ulciſcentis.

CAP. XLVI.

BONA CADUCA ET VACANTIA.

1. De bonis nullius ad fiſcum deductis. 2. Quid ſit caducum. 3. Quænam bona dicantur vacantia. 4. Quomodo bona fiſco applicentur.

Sequitur nunc pars quarta diviſionis, quæ eſt, 1
ut ex bonis nullius fiſcus quoque commodum
ſentiat. Quorum numero bona caduca, ſive
vacantia, derelicta, mari ejectorum, & ad oras lit-
toris noſtri appulſorum jura, ac demum etiam bona
ἀδέσποτα, repetuntur. Caducum dicitur, non id 2
quod cedidit, ſed quod proculdubio caſurum eſt.
Unde generaliter in jure bona caduca vocantur,
omnia ea, quæ ex aliqua cauſa in fiſcum cadent[a],
poſtquā nullo extante herede à proprietario, morte
quaſi deſerta fuerint, quæ tunc vacantia appellan-
tur, ac jure regali in fiſcum transferuntur[a]. Quo- 3
modo indignis bona auferantur, ſuperius oſtenſum.
Hic citra indignationem fiſcus locupletatur. Sunt
autem bona vacantia, bona illius defuncti, qui nul-
lum ex qualibet ſanguinis linea, vel juris titulo,
aut ſanguinis, aut legitimi juris heredem, poſſeſſo-
remve habet[b], & bona relinquens, nullo extante
herede, moritur[c]. Per ſanguinis lineam Impp.
ſigni-

a L. 3. in pr. ff. de his quę in teſtam. delet. l. 9. ff. ad S.C. Syllan.

a C. unic. Quæ ſint Regal.

b L. 4. C. de bon vacant.

c L. 1. C. eod. l. pen. C. de præpoſ. ſacr. cubic.

ſignificant cognationem omnem, ſcilicet ſuperioris & inferioris ordinis. Item ex transverſo, ſive à latere, id eſt: parentes & liberos, agnatos & cognatos. Qui ultra gradum agnationis, & cognationis decimum conſtituti ſunt, quorundam opinione admittuntur, aliorum rurſus ſententia à fiſco excluduntur; quod meo quidem judicio ſolum à relativis populorum moribus, legibuſve dependet. Preterea & legitima teſtamenti factione tam activa quam paſſiva carentes, excluduntur; bonaque quę alioquin ipſis debita fuiſſent, vacantia fiunt, ac fiſco inferuntur: qualia ſunt bona antiquitus pegrinis relicta, de quibus latè in ſuperioribus egi. Itidem bona eorum qui apud hoſtes [d] decedebant: nam de captivis obſervatum, ut jure Romano [e], teſtari non poſſint, quia hoſtium ſervi facti [f], incapaces factionis teſtamenti activæ efficiebantur. Hujus generis & obſides erant [g], quia ut eo jure inter captivos recenſentur, dominum rerum ſuarum amiſerant [h]. Sed jus illud poſtmodum à Leone Cæſare [i] immutatum, ita ut nunc quoque captivi teſtari poſſint; quod ita æquius viſum eſt, ne afflicto detur afflicto; ut proximi filii, aliiq; promptius impellantur ad captivum liberandum. Et ne inimici ei heredes fiant, quos ne aſpicere quidem dignaretur. Quod tamen intelligendum, niſi in

d L. facere. & l. 1 c. ff. de milit. teſtam.

d L. ejus qui apud hoſtes. ff. de teſtam.

f §. 2. Inſtit. de jure perſon.

g L. obſides. ff. de teſtam.

h L. divus ff. de jure fiſci.

i Nov. 40.

CAP. XLVI.

BONA CADUCA ET VACANTIA.

1. *De bonis nullius ad fiſcum deductis.* 2. *Quid ſit caducum.* 3. *Quænam bona dicantur vacantia.* 4. *Quomodo bona fiſco applicentur.*

Sequitur nunc pars quarta diviſionis, quæ eſt, 1
ut ex bonis nullius fiſcus quoque commodum
ſentiat. Quorum numero bona caduca, ſive
vacantia, derelicta, mari ejectorum, & ad oras littoris noſtri appulſorum jura, ac demum etiam bona
ἀδέσποτα repetuntur. Caducum dicitur, non id 2
quod cecidit, ſed quod proculdubio caſurum eſt.
Unde generaliter in jure bona caduca vocantur,
a L.3. in pr. ff. de his quæ in teſtam. delet. l. 9. ff. ad S.C. Syllan. omnia ea, quæ ex aliqua cauſa in fiſcum cadent[a],
poſtquã nullo extante herede à proprietario, morte
quaſi deſerta fuerint, quæ tunc vacantia appellantur, ac jure regali in fiſcum transferuntur[a]. Quo- 3
a C. unic. Quæ ſint Regal. modo indignis bona auferantur, ſuperius oſtenſum.
Hic citra indignationem fiſcus locupletatur. Sunt
autem bona vacantia, bona illius defuncti, qui nul-
b L.4. C. de bon vacant. lum ex qualibet ſanguinis linea, vel juris titulo,
c L. 1. C. eod. l. pen. C. de præpoſ. ſacr. cubic. aut ſanguinis, aut legitimi juris heredem, poſſeſſoremve habet[b], & bona relinquens, nullo extante
herede, moritur[c]. Per ſanguinis lineam Impp.
ſigni-

Digitized b

ſignificant cognationem omnem, ſcilicet ſuperioris & inferioris ordinis. Item ex transverſo, ſive à latere, id eſt: parentes & liberos, agnatos & cognatos. Qui ultra gradum agnationis, & cognationis decimum conſtituti ſunt, quorundam opinione admittuntur, aliorum rurſus ſententia à fiſco excluduntur; quod meo quidem judicio ſolum à relativis populorum moribus, legibuſve dependet. Preterea & legitima teſtamenti factione tam activa quam paſſiva carentes, excluduntur; bonaque que alioquin ipſis debita fuiſſent, vacantia fiunt, ac fiſco inferuntur: qualia ſunt bona antiquitus pegrinis relicta, de quibus latè in ſuperioribus egi. Itidem bona eorum qui apud hoſtes[d] decedebant: nam de captivis obſervatum, ut jure Romano[e], teſtari non poſſint, quia hoſtium ſervi facti[f], incapaces factionis teſtamenti activæ efficiebantur. Hujus generis & obſides erant[g], quia ut eo jure inter captivos recenſentur, dominum rerum ſuarum amiſerant[h]. Sed jus illud poſtmodum à Leone Cæſare[i] immutatum, ita ut nunc quoque captivi teſtari poſſint; quod ita æquius viſum eſt, ne afflicto detur afflicto; ut proximi filii, aliiq; promptius impellantur ad captivum liberandum. Et ne inimici ei heredes fiant, quos ne aſpicere quidem dignaretur. Quod tamen intelligendum, niſi in

d L. facere. & l. 1c. ff. de milit. teſtam.

d L. ejus qui apud hoſtes. ff. de teſt.

f §. 2. Inſtit. de jure perſon.

g L. obſides. ff. de teſt.

h L. divus ff. de jure fiſci.

i Nov. 40.

favorem hoſtium diſpoſuiſſet, nam & tunc teſtamentum à captivo factum irritum eſt, eoq; ſpectat vox *incorporationis*, cujus ab Imp: in jure mentio fit[l], quod nihil aliud eſt, quam bona in fiſcum referre. Horum bonorum denunciationem qui faciunt delatores dicuntur[m]. Nec ut bona fiſco acquiſita ſint illud ſufficit, ut caduca, ſive etiam vacantia ſint, verum actu publico intercedente, fiſco debita appareant, publicè fiſco adjudicentur. In cauſa porrò deficientium, ſive non apparentium amicorum consanguineorum, & diſcuſſione, & inquiſitione de amicis opus eſt; ita quidem ut proclamatio, publica affixio cum denunciatione, *ut ſi qui defuncti ſibi deberi hereditatem putent, appareant, ſeſeque ſiſtant*, fiat; ac tum demum nemine, apparente, per ſententiam publicam bona vacantia fiſco addicuntur. Quod legibus Romanis[a], reſcriptove[b] Impp: confirmatur. Et in Gallia teſte Rebuffo ſic obſervatur. Non tamen ut ſimpliciter fiſco cædant, ſed cum onere ſuo tranſeant[c], ut debitoribus defuncti fiſcus ſatisfaciat[d], nec non legata & fidecommiſſa à defuncto relicta, quoque ſolvat[e], obligatione ſe non ultra vires hereditarias extendente, ſi legitimo modo, ac tempore inventarium confectum ſit[f]; quod de neceſſitate non requiri Peregrinus aliquando exiſtimavit.

4

l L. 3. C. de bon. vacant.

m Tot. tit. C. de delator.

a L. 8. C. de remiſſ. pign.

b L. ult. C. de bon. vacant.

c L. 114. §. qui ab inteſtato. ff. legat. 1.

d L. 31. in pr. ff ſolut. matr.

e L. 96. §. 1. ff. de legat. 1. l. 9. ff. ad S. C. Syllan. l. 6. §. 2. ff. ad S. C. Trebell. l. 14. ff. de jure fiſci.

f L. fin. §. & ſi præfatũ. C. de jure delib.

CAP.

CAP. XLVII.

BONA DERELICTA, ET THESAVRVS INVENTVS.

1. *Bona derelicta occupantium fiunt.* 2. *Quænam circa occupationem hanc neceſſaria ſint.* 3. *In theſauris quædam exceptio eſt.* 4. *Quid verè theſaurus ſit.* 5. *De theſauro in alieno loco reperto.* 6. *Quid ſi magicis incantationibus inventus?* 7. *An theſaurus alibi repertus ad fiſcum pertinere poſſit.*

1 Bonorum vacantium nomine bona derelicta quoque veniunt, hoc eſt, quæ primum ab aliquo poſſeſſa fuere, ſed poſtmodum eo animo abjecta, derelicta, ut antiquus dominus ea nolit amplius habere, nec ad ſe pertinere velit[g]. De quibus JCtus Ulpianus rectè ait[h]: *Si res pro derelicto habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit, & occupantis ſtatim fit: quia iiſdem modis res deſinunt eſſe noſtræ, quibus acqui-*
2 *runtur.* Hoc eſt animo. Igitur ut occupentur tria requiruntur, primo animus derelinquendi, derelicta nullius ſint, & dum in nullius domino ſunt, occupandi animo arrepta, occupanti pleno dominio cędant[a]. Et hoc niſi ſpecialiter quidam caſus dè bo-
3 nìs derelictis, privatis acquirendis, excepti ſint, ut de

[g] *L. nemo l. ſi quis merces ff. pro derelict.*
[h] *L. 3. ff. rer. diviſ. §. fere igitur Inſtit. eod. l. quæcunq. ff. de acq. rer. dom.*

Digitized by Google

favorem hoſtium diſpoſuiſſet, nam & tunc teſtamentum à captivo factum irritum eſt, eoq; ſpectat vox *incorporationis*, cujus ab Imp: in jure mentio fit[l], quod nihil aliud eſt, quam bona in fiſcum referre. Horum bonorum denunciationem qui faciunt delatores dicuntur[m]. Nec ut bona fiſco acquiſita ſint illud ſufficit, ut caduca, ſive etiam vacantia ſint, 4
verum actu publico intercedente, fiſco debita appareant, publicè fiſco adjudicentur. In cauſa porrò deficientium, ſive non apparentium amicorum, conſanguineorum, & diſcuſſione, & inquiſitione de amicis opus eſt; ita quidem ut proclamatio, publica affixio cum denunciatione, *ut ſi qui defuncti ſibi deberi hereditatem putent, appareant, ſeſeque ſiſtant*, fiat; ac tum demum nemine, apparente, per ſententiam publicam bona vacantia fiſco addicuntur. Quod legibus Romanis[a], reſcriptove[b] Impp: confirmatur. Et in Gallia teſte Rebuffo ſic obſervatur. Non tamen ut ſimpliciter fiſco cædant, ſed cum onere ſuo tranſeant[c], ut debitoribus defuncti fiſcus ſatisfaciat[d], nec non legata & fidecommiſſa à defuncto relicta, quoque ſolvat[e], obligatione ſe non ultra vires hereditarias extendente, ſi legitimo modo, ac tempore inventarium confectum ſit[f]; quod de neceſſitate non requiri Peregrinus aliquando exiſtimavit.

l L. 3. C. de bon. vacant.

m Tot. tit. C. de delator.

a L. 8. C. de remiſſ. pign.

b L. ult. C. de bon. vacant.

c L. 114. §. qui ab inteſtato. ff. legat. 1.

d L. 31. in pr. ff. ſolut. matr.

e L. 96. §. 1. ff. de legat. 1. l. 9. ff. ad S.C. Syllan. l. 6. §. 2. ff. ad S.C. Trebell. l. 14. ff. de jure fiſci.

f L. fin. §. & ſi præfatū. C. de jure delib.

CAP.

CAP. XLVII.

BONA DERELICTA, ET THESAURUS INVENTUS.

1. Bona derelicta occupantium fiunt. 2. Quænam circa occupationem hanc neceſſaria ſint. 3. In theſauris quædam exceptio eſt. 4. Quid verè theſaurus ſit. 5. De theſauro in alieno loco reperto. 6. Quid ſi magicis incantationibus inventus? 7. An theſaurus alibi repertus ad fiſcum pertinere poſſit.

1 Bonorum vacantium nomine bona derelicta quoque veniunt, hoc eſt, quæ primum ab aliquo poſſeſſa fuere, ſed poſtmodum eo animo abjecta, derelicta, ut antiquus dominus ea nolit amplius habere, nec ad ſe pertinere velit[g]. De quibus JCtus Ulpianus rectè ait[h]: *Si res pro derelicto habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit, & occupantis ſtatim fit: quia iiſdem modis res deſinunt eſſe noſtræ, quibus acqui-*

2 *runtur.* Hoc eſt animo. Igitur ut occupentur tria requiruntur, primo animus derelinquendi, derelicta nullius ſint, & dum in nullius domino ſunt, occupandi animo arrepta, occupanti pleno dominio cedant[a]. Et hoc niſi ſpecialiter quidam caſus de bo-

3 nis derelictis, privatis acquirendis, excepti ſint, ut de

g L. nemo l. ſi quis merces ff. pro derelict.

h L. 3. ff. rer. diviſ. §. fere igitur Inſtit. eod. l. quæcunq. ff. de acq. rer. dom.

Digitized by Google

favorem hoſtium diſpoſuiſſet, nam & tunc teſta-
mentum à captivo factum irritum eſt, eoq; ſpectat
vox *incorporationis*, cujus ab Imp: in jure mentio fit[l],
quod nihil aliud eſt, quam bona in fiſcum referre.
Horum bonorum denunciationem qui faciunt de-
latores dicuntur[m]. Nec ut bona fiſco acquiſita ſint 4
illud ſufficit, ut caduca, ſive etiam vacantia ſint,
verum actu publico intercedente, fiſco debita ap-
pareant, publicè fiſco adjudicentur. In cauſa porrò
deficientium, ſive non apparentium amicorum
conſanguineorum, & diſcuſſione, & inquiſitione
de amicis opus eſt; ita quidem ut proclamatio, pu-
blica affixio cum denunciatione, *ut ſi qui defuncti
ſibi deberi hereditatem putent, appareant, ſeſeque ſiſtant*,
fiat; ac tum demum nemine, apparente, per ſen-
tentiam publicam bona vacantia fiſco addicuntur.
Quod legibus Romanis[a], reſcriptove[b] Impp: con-
firmatur. Et in Gallia teſte Rebuffo ſic obſervatur.
Non tamen ut ſimpliciter fiſco cædant, ſed cum
onere ſuo tranſeant[c], ut debitoribus defuncti fiſcus
ſatisfaciat[d], nec non legata & fidecommiſſa à de-
functo relicta, quoque ſolvat[e], obligatione ſe non
ultra vires hereditarias extendente, ſi legitimo
modo, ac tempore inventarium confectum ſit[f];
quod de neceſſitate non requiri Peregrinus ali-
quando exiſtimavit.

l L. 3. C. de bon. vacant.
m Tot. tit. C. de delator.
a L. 8. C. de remiſſ. pign.
b L. ult. C. de bon. vacant.
c L. 114. §. qui ab inteſtato. ff. legat. 1.
d L. 31. in pr. ff. ſolut. matr.
e L. 96. §. 1. ff. de legat. 1. l. 9. ff. ad S.C. Syllan. l. 6. §. 2. ff. ad S.C. Trebell. l. 14. ff. de jure fiſci.
f L. fin. §. & ſi præfatũ. C. de jure. delib.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XLVII.

BONA DERELICTA, ET THESAVRVS INVENTVS.

1. Bona derelicta occupantium fiunt. 2. Quænam circa occupationem hanc neceſſaria ſint. 3. In theſauris quædam exceptio eſt. 4. Quid verè theſaurus ſit. 5. De theſauro in alieno loco reperto. 6. Quid ſi magicis incantationibus inventus? 7. An theſaurus alibi repertus ad fiſcum pertinere poſſit.

1 Bonorum vacantium nomine bona derelicta quoque veniunt, hoc eſt, quæ primum ab aliquo poſſeſſa fuere, ſed poſtmodum eo animo abjecta, derelicta, ut antiquus dominus ea nolit amplius habere, nec ad ſe pertinere velit[g]. De quibus JCtus Ulpianus rectè ait[h]: *Si res pro derelicto habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit, & occupantis ſtatim fit: quia iiſdem modis res deſinunt eſſe noſtræ, quibus acqui-*
2 *runtur.* Hoc eſt animo. Igitur ut occupentur tria requiruntur, primo animus derelinquendi, derelicta nullius ſint, & dum in nullius domino ſunt, occupandi animo arrepta, occupanti pleno dominio cedant[a]. Et hoc niſi ſpecialiter quidam caſus de bo-
3 nis derelictis, privatis acquirendis, excepti ſint, ut de

g L. nemo l. ſi quis merces ff. pro derelict.
h L. 3. ff. rer. diviſ. §. ſere igitur Inſtit. eod. l. quæcunq. ff. de acq. rer. dom.

Digitized by Google

favorem hoſtium diſpoſuiſſet, nam & tunc teſtamentum à captivo factum irritum eſt, eoq; ſpectat vox *incorporationis*, cujus ab Imp: in jure mentio fit[l], quod nihil aliud eſt, quam bona in fiſcum referre. Horum bonorum denunciationem qui faciunt delatores dicuntur[m]. Nec ut bona fiſco acquiſita ſint 4
illud ſufficit, ut caduca, ſive etiam vacantia ſint, verum actu publico intercedente, fiſco debita appareant, publicè fiſco adjudicentur. In cauſa porrò deficientium, ſive non apparentium amicorum, conſanguineorum, & diſcuſſione, & inquiſitione de amicis opus eſt; ita quidem ut proclamatio, publica affixio cum denunciatione, *ut ſi qui defuncti ſibi deberi hereditatem putent, appareant, ſeſeque ſiſtant*, fiat; ac tum demum nemine, apparente, per ſententiam publicam bona vacantia fiſco addicuntur. Quod legibus Romanis[a], reſcriptove[b] Impp: confirmatur. Et in Gallia teſte Rebuffo ſic obſervatur. Non tamen ut ſimpliciter fiſco cædant, ſed cum onere ſuo tranſeant[c], ut debitoribus defuncti fiſcus ſatisfaciat[d], nec non legata & fidecommiſſa à defuncto relicta, quoque ſolvat[e], obligatione ſe non ultra vires hereditarias extendente, ſi legitimo modo, ac tempore inventarium confectum ſit[f]; quod de neceſſitate non requiri Peregrinus aliquando exiſtimavit.

l L. 3. C. de bon. vacant.

m Tot. tit. C. de delator.

a L. 8. C. de remiſſ. pign.

b L. ult. C. de bon. vacant.

c L. 114. §. qui ab inteſtato. ff. legat. 1.

d L. 31. in pr. ff ſolut. matr.

e L. 96. §. 1. ff. de legat. 1 l. 9. ff. ad S. C. Syllan. l. 6. §. 2. ff. ad S. C. Trebell. l. 14. ff. de jure fiſci.

f L. fin. §. & ſi præfatū. C. de jure delib.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XLVII.

BONA DERELICTA, ET THE- SAURUS INVENTUS.

1. Bona derelicta occupantium fiunt. 2. Quænam circa occupationem hanc neceſſaria ſint. 3. In theſauris quædam exceptio eſt. 4. Quid verè theſaurus ſit. 5. De theſauro in alieno loco reperto. 6. Quid ſi magicis incantationibus inventus? 7. An theſaurus alibi repertus ad fiſcum pertinere poſſit.

1 Bonorum vacantium nomine bona derelicta quoque veniunt, hoc eſt, quæ primum ab aliquo poſſeſſa fuere, ſed poſtmodum eo animo abjecta, derelicta, ut antiquus dominus ea nolit amplius habere, nec ad ſe pertinere velit[g]. De quibus JCtus Ulpianus rectè ait[h]: *Si res pro derelicto habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit, & occupantis ſtatim fit: quia iiſdem modis res deſinunt eſſe noſtræ, quibus acqui-*
2 *runtur*. Hoc eſt animo. Igitur ut occupentur tria requiruntur, primo animus derelinquendi, derelicta nullius ſint, & dum in nullius domino ſunt, occupandi animo arrepta, occupanti pleno dominio cędant[a]. Et hoc niſi ſpecialiter quidam caſus de bo-
3 nis derelictis, privatis acquirendis, excepti ſint, ut de

g L. nemo l. ſi quis merces ff. pro derelict.

h L. 3. ff. rer. diviſ. §. fere igitur. Inſtit. eod. l. quæcunq. ff. de acq. rer. dom.

ſavorem hoſtium diſpoſuiſſet, nam & tunc teſtamentum à captivo factum irritum eſt, eoq; ſpectat vox *incorporationis*, cujus ab Imp: in jure mentio fit[l], quod nihil aliud eſt, quam bona in fiſcum referre. Horum bonorum denunciationem qui faciunt delatores dicuntur[m]. Nec ut bona fiſco acquiſita ſint 4
illud ſufficit, ut caduca, ſive etiam vacantia ſint, verum actu publico intercedente, fiſco debita appareant, publicè fiſco adjudicentur. In cauſa porrò deficientium, ſive non apparentium amicorum conſanguineorum, & diſcuſſione, & inquiſitione de amicis opus eſt; ita quidem ut proclamatio, publica affixio cum denunciatione, *ut ſi qui defuncti ſibi deberi hereditatem putent, appareant, ſeſeque ſiſtant*, fiat; ac tum demum nemine, apparente, per ſententiam publicam bona vacantia fiſco addicuntur. Quod legibus Romanis[a], reſcriptove[b] Impp: confirmatur. Et in Gallia teſte Rebuffo ſic obſervatur. Non tamen ut ſimpliciter fiſco cædant, ſed cum onere ſuo tranſeant[c], ut debitoribus defuncti fiſcus ſatisfaciat[d], nec non legata & fidecommiſſa à defuncto relicta, quoque ſolvat[e], obligatione ſe non ultra vires hereditarias extendente, ſi legitimo modo, ac tempore inventarium confectum ſit[f]; quod de neceſſitate non requiri Peregrinus aliquando exiſtimavit.

l L. 3. C. de bon. vacant.

m Tot. tit. C. de delator.

a L. 8. C. de remiſſ. pign.

b L. ult. C. de bon. vacant.

c L. 114. §. qui ab inteſtato. ff. legat. 1.

d L. 31. in pr. ff ſolut. matr.

e L. 96. §. 1. ff. de legat. 1 l. 9. ff. ad S.C. Syllan. l. 6. §. 2. ff. ad S.C. Trebell. l. 14. ff. de jure fiſci.

f L. fin. §. & ſi præfatũ. C. de jure. delib.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XLVII.

BONA DERELICTA, ET THESAVRVS INVENTVS.

1. Bona derelicta occupantium fiunt. 2. Quænam circa occupationem hanc neceſſaria ſint. 3. In theſauris quædam exceptio eſt. 4. Quid verè theſaurus ſit. 5. De theſauro in alieno loco reperto. 6. Quid ſi magicis incantationibus inventus? 7. An theſaurus alibi repertus ad fiſcum pertinere poſſit.

1 Bonorum vacantium nomine bona derelicta quoque veniunt, hoc eſt, quæ primum ab aliquo poſſeſſa fuere, ſed poſtmodum eo animo abjecta, derelicta, ut antiquus dominus ea nolit amplius habere, nec ad ſe pertinere velit[g]. De quibus JC[tus] Ulpianus rectè ait[h]: *Si res pro derelicto habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit, & occupantis ſtatim fit: quia iiſdem modis res deſinunt eſſe noſtræ, quibus acqui-*
2 *runtur*. Hoc eſt animo. Igitur ut occupentur tria requiruntur, primo animus derelinquendi, derelicta nullius ſint, & dum in nullius domino ſunt, occupandi animo arrepta, occupanti pleno dominio cedant[a]. Et hoc niſi ſpecialiter quidam caſus de bo-
3 nis derelictis, privatis acquirendis, excepti ſint, ut de

g L. nemo l. ſi quis merces ff. pro derelict.

h L. 3. ff. rer. diviſ. §. fere igitur Inſtit. e. d. l. quecunq. ff. de acq. rer. dom.

de dimidio theſauri in loco Cæſaris, vel religioſo non data opera inventi, Imp: Fredericus edixit [b]. 4
Theſaurus eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Quod ſi à quoquam qui vivit, reconditus ſit, theſaurus non eſt, licet impropriè quoque theſaurus appelletur [c]. Ac proinde JC[tus] Scęvola rectè reſpondet; *Si non Theſauri fuerint, ſed pecunia fortè deperdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat non ablata, nihilominus ejus eam eſſe, cujus fuerat. Et ſi ablata fuerit, ejus rei non minus, quam aliarũ rerum furtum ſit* [d]. 5
Theſaurum tamen quem quis in loco ſuo invenerit, Divus Hadrianus naturalem æquitatem ſequutus ei conceſſit, qui eum invenit [e]. Quod & ſacrarum litterarum auctoritate confirmatur, dum ait Chriſtus: *Homo qui invenit theſaurum vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum.* In totum ergo inventori debetur, ſi in ſuo ſolo invenerit; pro parte dimidia, ſi in alieno; unde rectè Imp: *In Cæſaris loco inventus, dimidium Cæſaris, dimidium inventoris eſſe ſtatuitur* [f]. Ut & ſi in loco religioſo publico, in uſum totius populi ordinato inveniatur; ex conſtitutione Divorum fratrum judicio communi dividundo inventor ſubjicitur [g]. Nec tamen invitis & ignorantibus ſoli dominis in alieno ſcrutari licet; nam & tunc ſi quidquam inveniretur, pleno jure ſoli dominis

b *C. unic. Quæ ſint Regal.*
c *L. 15. ff. ad exhib.*
d *L. 31. §. 1. ff. de acq. rer. dom.*
e *§. 39. Inſtit. de rer. diviſ.*
f *D. §. 39. Inſtit.*
g *L. 3. §. 10. ff. de jure fiſci.*

Digitized by Google

minis in alieno ſcrutari licet; nam & tunc ſi quidquam inveniretur, pleno jure ſoli domino acquire-
6 retur. Minimè verò lucri quidquam expectet, qui ſceleratis, & puniendis ſacrificiis, precibus diabolicis, nec non incantationibus magicis, aut alia qualibet arte legibus odioſa, homine Chriſtiano indigna, ſpiritus ſive bonos ſive malos conjurando,
7 theſaurum aperuit, cum fiſco vindicetur.[b] Porrò quamvis à Thyphonio[i] JCto, *Theſaurus donum fortunæ*, ſeu rectius ab Imp: Leone[l] *beneficium Dei* dicatur. Et in hanc rem cum Atticus Imperatori Nervæ ſcripſiſſet: *Theſaurum domi meæ Imp: reperi, quid de eo faciendum jubes?* Nerva reſcripſit; *utere iis quæ inveniſti.* Cum Atticus non acquieſceret, ſeſeque magnitudine inventi theſauri ſuperari reſcriberet, etiam hoc addidit; *Abutere igitur invento, quod tuum eſt;* In quibuſdam tamen civitatibus receptum, ut theſaurus ubicunque inventus, pro reipub: utilitate (exemplo bonorum vacantium, de quibus Princeps ad ſalutem & utilitatem publicam ſuo jure diſponit, quo exercendo nemini injuriam facit[a]) in totum fiſco acquiratur. Sic Angliæ Rex Richardus II. nobilem inſequutus, quod theſaurum inventum tradere noluiſſet. Gothorum Reges theſauros repertos ſibi reſervarunt. In Hiſpania lege Regia conſtitutum, ut quinta tantum pars in-

b L. unic. C. de theſaur.
i L. 63. §. 1. ff. de acq. rer. dom.
l L. unic. C. de theſaur.
a L. 55. ff. de rer. jur. l. injuriarũ. §. 3. ff. de jure jurand.

ventori relinquatur, reliqua in fiſcum conferantur. Procurator Regius in Gallia pro integro Regi theſauro adjudicandi concludit. Et denique Camera Rationalis Hollandiæ jus illud inviolatum in hunc uſque diem ſuſtinuit, pręſtito laboratoribus inventoribus, libellum ſupplicem offerentibus, ratione paupertatis (nam plerumque à pauperibus laborando caſualiter inveniri ſolent) fœlicitatis ſuæ juſta remuneratione; ut non [b] ita diu de theſauro Hagæ Comitis invento adhuc accidit.

[b] Anno. 1636.

CAP. XLVIII.

BONA NAUFRAGA.

1. *Bona naufraga Principes quidam ſibi retinent.*
2. *Quomodo his penes nos proviſum.*

Derelictorum bonorum numero etiam ſunt bona mari, aut vi fluminis ejecta, & ad oras littoris, ripęve appulſa; de quibus Principes Siciliæ, Galliæ, Anglięque ſibi perſuaſum habent, ut quæcunque ad oras ſuas deveniunt, jure regali ad ſuperiorem poteſtatem pertineant, qui littoribus imperant. Sed hoc à vera ratione, omniq; humanitate prorſus alienum, multis haud immeritò vide-

videtur. Iniquiſſimum enim & abſurdiſſimum eſt, ex re omnino calamitoſa, & luctuoſa emolumentum capere, & quem noſtris opibus ſublevare debuiſſemus, ei reliquias, quas ad littus, vel ripam ejectas, bona fide reſtitui oportebat, diripere. Quare ſi in ea re, non verò errore, ſed ſcientia peccetur, ſcelus eſt, quod falſa erroris ſpecie prætenditur.

2 In his regionibus, ne domini rebus ſuis, boniſve in hoc caſu miſerabili amiſſis relictiſve fraudentur, publicæ curæ bona ejecta, appulſave mandantur. Quæſtor aliique ſubminiſtri rerum mari ejectarum, & ad oras noſtri littoris appulſarum, ex Edicto[a] conſtituti ſunt, providentes ne bona naufraga mari excerpta auferantur, ab aliis occupentur; ut ciſtæ clauſæ, onera colligata non reſerantur. Nemo ad maris littus accedat, properetve. Serventur bona inventa mercatoribus, & dominis; aut fiſco ſi nemo intra annum ea vindicanda appareat, & dominium probet. Probando enim ſua recipit, intra annum bona ipſa; Poſt annum, nummos ex venditione eorundem procuſos, ſolutis, deductiſve prius impenſis, pro conſervatione, retentione, & venditione rerum deperditarum effuſis. Quod ſi bona eadem tanto tempore ſervando ſervari non poſſint, à Quæſtore prædicto ſubhaſtantur, venduntur; ac pretium ab

[a] 10. Decemb. 1447 & ſimill.

Digitized by Google

alienatione ejuſmodi proventum, in ærarium publicum deducitur, nulloque apparente, fiſco retinetur.

CAP. XLIX.

ERRATA, REPERTA.

1. *Bona errantia reperta, reſtituuntur.* 2. *Quomodo his rebus apud nos edictum.*

AD claſſem derelictorum bonorum, rerum erratarum, repertarumve compendia quoq; pertinent. De quibus Ulpianus ait[a]: *Qui alienum quid jacens lucri faciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur, ſive ſcit cujus ſit, ſive ignoret; nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cujus ſit ignoret.* Erat quondam Stagiritarum lex. *Quod non depoſuiſti, ne tollas*[b]. Et *Biblii,* inquit Ælianus[c], *ſi in via inciderint in aliquid, nihil tollunt, quod non depoſuerunt.* Contrarium qui fecerit non inventum, ſed furtum eſſe arbitrantur. Judæorum moribus qui alienum quid reperiſſet, vel aberrans pecus cæpiſſet, præconis voce palam facere, & cuſtodire id tenebatur, donec à domino repeteretur[d]. Alii tales res ad Epiſcopum ferendas voluerunt[e], ut ille vendat, & redactum pretium pau- 1

a *L. falſus creditor. §. qui alienũ. 4. ff. de furtis.*
b *Ælian. lib. 3. var. hiſtor. c. 46.*
c *Lib. 4. cap. 1.*
d *Deuter. c. 22.*
e *Bald. in l. 1. ff. de rer. diviſ.*

2 pauperibus diſtribuat[a]. Sed ſcrupulum eorum mores noſtri nunquam admiſerunt. Itaque ſi pecus aberraverit, vel alia res mobilis ita exciderit, ut à proprietario defecerit, & non inveniatur, protinus deſinet ab illo poſſideri corporaliter, licet à nullo alio poſſideatur[b]; quamvis dominium ejus non ſtatim amittat. Inventos autem, ſive is qui alienum pecus in agro ſuo deprehenderit, retinere horas diurnas, nocturnaſve continuas, non plures quam viginti quatuor, ſine fraude doloque, ſuo jure licet[c]; reſervatis verò domino in factum actionibus propriis[d], ad id quod intereſt; ideoque magiſtratui, ſive cuſtodiæ publicæ id quod deperditum inanimatum, erratum animatum repertum eſt, tradere tenetur, niſi deterrimę ſuſpicioni, quod furandi animo rem retinuerit, ſubjectus eſſe velit. Tradita verò re, magiſtratus eam retinet, donec damnum (ſi fortè illatum fuerit) reſarciatur à proprietario, probaveritq; eam rem quam prætendit, ſuam eſſe, vel ex cauſa judicati, eadem res ipſius eſſe appareat. Damni dati, expenſarumve, nec non juris pro retentione publica, in hac actione ratio habetur; dominuſque territorii hoc quod debetur, à proprietario recuperat. Quod niſi ex inſtanti ſolutum fuerit, retinendi pecoris, ſive rei deperditæ jus acquirit, ut tanquam ex pignore ſibi obligato

b *L. 3. §. 13. ff. de acq. poſſeſſ.*

c *Arg. l. 25. ff. ad l. jul. de adulter.*

d *L. falſus creditor §. alienum ff. de furtis.*

 per

per diſtractionem inde redigat, quod deberi ſibi, aliiſve tam jure quam facto, putà impenſis neceſſariis in rei conſervationem factis, putaverit, probaveritque; habita inſuper varietatis, locorum, perſonarum, & temporum ratione, quæ inducere varietatem actuum, & pœnarum ſolet. Nullo apparente qui rem ſuam vindicet, ex certo tempore, (quod pro cujuſque territorii conſuetudine aliud quadraginta, aliud majorum minorumve dierum eſt) tribus edictis publicis, ſuper eam rem ritè promulgatis, vendi ſolet; deductoque impenſarum ære, quod reliquum eſt, publicè cuſtoditur ut tunc demum cenſeatur, in nullius bonis eſſe, quod tanto tempore, tantiſque actibus intervenientibus non agnoſcitur. Emergente poſtmodum domino, res venditas Prætor præſtare non-tenetur, quamvis reſtitutioni reſidui pretii ex ea re proventi, obſtrictus ſit [a]. Apparitor ſi greges quaſdam pratis, viiſve publicis immiſerit, occaſionemve dederit quo immitterentur, & procuratorum venalis conniventia, ut id deinceps tentetur admiſerit, fiſco ad pœnam, parti ex reſcripto Impp: Valent: Theodoſ: & Arcad: tenentur ad [b] intereſſe.

[a] *L. 20. in pr. ff. de hered. petit.*

[b] *L. 1. C. de fund. & ſaltib. rei domin. lib. 11.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. L.

DESERTA ET INCULTA.

1. *Bona vacantia ad Principem pertinent. Princeps eorum culturam procurat.* 2. *Privilegiis conceſſis loca paludoſa hominum uſibus accommodantur.* 3. *De agro novali.* 4. *Immunitates pro colendo agro deſerto conceduntur.* 5. *Hic locupletandi ærarii publici modus antiquiſſimus.*

1 Alia adhuc ſpecies bonorum derelictorum, bona deſerta, & inculta ſunt. Quæ ſi ab aliqua univerſitate nondum ſint occupata, inſtar vacantium, ad dominum vel Principem territorii, Principatus nomine pertinere, non obſcurè à multis, & præſertim Peregrino JCto eximio, docetur. Quorum inquiſitioni in lato Romanorum imperio olim conſtituebantur inquiſitores diligentes, qui ea inventa dominio adjungerent Imperatorum, ut ſic ſteriles deſertique agri inventi colonis colendi pro partibus committerentur: ab initio quidem gratis, aut ſecundum agrorum qualitates ſolutis decimis, poſtea verò ſoluta penſione. Quippe omnes naturæ opes, quibus communis hominum vita ſuſtentatur, telluris diligentiſſimo cultu continetur. Et cum Principum opes, & poten-

tentia reipub: à fortunis ſubditorum dependeat, horum verò ex prædiis, fundis, aliiſve fructibus ex iiſdem provenientibus, juſtiſſimè ſumma poteſtas hanc curam ſuſcipit, ut quæ alioquin neglecta forent, imperantis beneficio, ſumma diligentia, maximo reipub: commodo, nullius jactura, omnium ſolatio, ſubditorum laborantium duplici lucro, & operarum, & annonæ eruantur; huc illuc in varias regiones transferantur. Quo etiam pertinet, 2
ut conceſſis privilegiis loca paludoſa, uliginoſa, & quaſi Neptuno extorta ad culturam redigantur, & his locis aquis publicis provideatur, quibus merces & fruges ad civitates proximas commodè deriventur. Agri ita primo ligone eradicati novales, & 3
novalia propriè dicebantur, eo quod novam faciem induebant; quamvis & magis impropriè ager novalis appelletur, quæ anno ceſſavit [a], noſtra lingua **braeck gelegen heeft**. Idque ut poſtmodum majori proventu fructus producerentur. Magno 4
ſemper ſtudio Impp: hæc loca deſerta fructifera efficere conaverunt, immunitatibus, privilegiis ad ea colenda ſubditos ſuos adhortando. Sic Ælianus Pertinax Imp: teſte Herodiano, quidquid inculti ſoli vacabat, occupantibus adjudicavit, decemque annorum immunitatem, ac perpetuam libertatem agricolis ſubjectis conceſſit. Sic jure Romano præ-

[a] *L. 30. §. 1. ff. de V. S.*

prædia deſerta, ſub certa immunitate puta triennii, eorum cultoribus addicebantur [a], dummodo pignoribus vel fidejuſſoribus cavebant, ſe damno publico eoſdem agros minimè deſerturos [b]. Hoc pacto agri colendi certa penſione, vel cum parte dabantur, ut ſteriles ad fecunditatem reducerentur [c].
5 Hic locupletandi ærarium modus nec veteres fugit, cum ait Joſeph populis fame [d] ſuppreſſis: *Accipite ſemina, & ſerite agros, ut fruges habere poſſitis. Quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familiis, & liberis veſtris.* Quæ cum ita ſint, & deſerta loca ad Fiſcum domini in cujus territorio inventa fuerint, pertinere pro communi bono, ſtatuendum eſt.

a *L. 1. C. omn. agr. deſert.*
b *L. 6. C. eod.*
c *L. 1. 3. & 6. C. de omn. agr. deſert.*
d *Geneſ. 47. verſ. 24.*

CAP. LI.

BONA ADESPOTA.

1. *Bona quædam omnibus æquè proxima.* 2. *Quædam hominum poſſeſſioni ſubjecta.* 3. *Reperta ex littore bona, per ſummam poteſtatem præcedenti lege rectè fiſco addicuntur.* 4. *Omnis terra inhabitata, vel nondum poſſeſſa, occupanti cedit.* 4. *Civis tamen ſummum in ea jus Principi ſuo acquirit.* 6. *Et pro reipub: bono tradere tenetur.* 7. *Privatis potius terra prius incognita, poſtmodum reperta, linquitur colenda.*

SED de bonis adeſpotis repertis, hoc eſt do- 1
minum non habentibus, quæque nullius ter-
ritorio ſubjecta ſunt reſpondendum, quædam
ita univerſaliter nullius, & ex eo quod nullius ſunt,
pro omnium libertate, atque uſu inviolabili omni-
bus communia eſſe, ut in totum alicujus eſſe non
poſſint, ſed tantum ex poſſeſſione præcedenti, pro
parte homogenia. Sic aqua pluvialis cœlo dela-
bens, tanquam donum Dei ei competit, qui pro ea
recipienda in libero aëra manus liberas expandit,
vaſa exponit. Sic immenſum mare, mandato Dei
ex diverſis aquis ſub cœlo in unum locum congre-
gatum tanquam via divina mercaturæ, mercanti-
umve uſibus, hominum omnium neceſſitatibus
medendis accommodata, eorum juri particulariter
cædit, qui locum in eo navigando, piſcando, aliiſ-
ve actibus carinis, retibuſve ſuis poſſident, quaſi
quoad uſum & poſſeſſionem loci ſtatim induat na-
turam ejus à quo naturaliter iſta loca poſſidentur.
Sic Aër, Ventus, Sidera, ſimiliaque cœli beneficia,
ſolius Dei, nullius alterius dominio ſubjecta, tan-
tum eorum propria ſunt, quorum capitibus circum
volant, à quibus hauriuntur, quorumve uſibus apta
creatave in ſalutem totius generis humani proban-
tur; ita tamen ut iis utendo non minuantur, non
deteriora, minuſve conſpicua fiant; nec ex parti-
cula-

Digitized by Google

culari unius pluriumve ſub una eademq; poteſtate degentium uſu, quiſquam ſibi eadem elementa certave Dei omnipotentis ſigna cœleſtia propria, excluſis omnibus aliis, eodem jure uti volentibus, præſumat, niſi divinæ majeſtatis vindictam in ſe, ſuoſque perverſę opinionis coôperaneos redundare velit; tanquam invidia ducti omnia ſoli poſſidere deſiderent, quæ omnium neceſſitatibus à mundo condito inſeparabiliter appropriata ſunt, ac de ſæculo in ſæculum uſque ad finem mundi, ab hominum ſubjectione, libera permanebunt, à quibus illud diſcrepat quod populus aliquis præſcriptione ab hominum memoria, ſive imperio quendam maris ſinumſuum fecerit, ut Veneti mari Hadriatico dominantur, Genuenſibus mare Liguſtricum ſervit.
2 Quædam rurſus ita nullius ſunt, ut occupantibus, quatenus occupant in totum concedantur. *Nam cum Deus hominem ad imaginem ſuam condidiſſet, benedixit illi Deus, dixitque creſcite, & multiplicamini.* Ac mox[a]: *Replete terram, & ſubjicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſupra terram.* Hæc ſunt igitur quibus Deus ſubjectionem indixit, firmans libertatem continuam earum rerum quę pręcedenti divina repetitione non continentur. De animantibus quæ nullius ſunt, capientium fieri, omnium

[a] *Geneſ. 1. verſ. 28.*

 quo-

Digitized by Google

quoque Juriſconſultorum conſenſu evincitur. Verum reipub: lege poſtmodum à Principe lata, modus his rebus ſubjiciendi quandoque præſcribitur, ut exinde magis reſpub: quam privatus commoda ſentiat; quemadmodum de gemmis, & lapidibus pretioſis, littoribus appulſis, inquit Poëta: 3

Quidquid conſpicuum, pulchrumque ex æquore toto
Res Fiſci eſt ubicunque natat.

Quod & apud varios populos maritimos hoc noſtro tempore ſic obſervatur, ſecundum ea quæ à me proximè prolata ſunt. De inſula in mari nata, 4
quę nullius erat, quoq; conſtat, occupātis eam fieri. Et ſimilitudine inſulæ, omnis terra inhabitata, & quæ nullius dominio ſubjecta probatur, occupantium juri cædit; nimirum ſi appareat eandem orbis partem ad alterius populi territorium, ſive dominii, ſive poſſeſſionis jure, non pertinere, idque pręſertim ſi quis ibidem ſigna ſua, & ſtatuas fixerit, arma arboribus inſculpenda, ac ſuſpendenda curaverit, ea nimirum intentione apparenti, ut acquiſitam ejus loci poſſeſſionem, continuo, & in perpetuum ſibi retinere voluerit; qualia nobis jura in Spitsbergiam, Groenlandiamque ſunt. Inquit enim Deus hominibus, *Replete terram, & ſubjicite eam.* Ubi tamen obſervandum, quod licet, quoad 5
dominium & proprietatem terra inventa inventori, atque

atque occupanti competat, quoad juriſdictionem nihilominus eam Principi acquiri; cum privatus ut privatus nullum in ea exercendi imperii jus habeat, nec ritè exercere poſſit, quippe ſubditus maje-
6 ſtatis ejus, cui ſe ſuaque in totum ſubjecit. Quin imò ſi reipub: interſit, exemplo rerum vacantium, derelictarumve, publicari ejuſmodi terra noviſſimè inventa, vi ac jure ſummæ poteſtatis citra injuriam poterit, refuſis ſcilicet impẽſis in navigatione ad eandem expreſsè factis; nec non habita ratione fœliciſſimæ fortunæ, præter, aut propter expectationem oblatæ. Et hoc fieri poſſe in civem civilis ratio dictat, quæ publica commoda, privatorum lucris præferre ſolet. Et bono civi convenit, ut talem ablationem æquo animo ferat, fortunam ſuam libens lubenſque Patrię chariſſimę offerat; niſi ex-
7 centricus ſalutis reipub: videri velit. Suadent tamen prudentiores maximam partem loci eum in modum reperti, occupative culturæ ſingulorum civium deſtinari, ac præcipuè inventori, ſi velit addicendam eſſe: quandoquidem major pars hominum in repub: ex agricolis conſtat, & agrorum cultura, ſi ad ſolius lucri finem inſtituatur, Principe viro, ac majeſtate indigna eſt. Quare Tacitus de Tiberio antequam in nequitias delaberetur, eum laudibus afficiens, ita ſcribit: *Pauci per Italiam Cæ-*

ſaris agri. Ratio in promptu eſt: quoniam ſi Princeps oppidis, civitatibus, lacubus, fluviis, exercitibus, omnium denique obedientia, ac veneratione perfruitur, æquitati conſentaneum videtur, ut ſubditos cæteris rebus uti frui permittat; præterquam quod omnibus iis regalibus ac vectigalibus ſemetipſum exuit, quibus fruiturus fuiſſet, niſi ſua ea bona fuiſſent. Tum etiam, quod ea non tam exactè per miniſtros, quam dominos ipſos temporibus, modiſve oportunis, procurantur.

CAP. LII.

REGALIUM CONCLUSIO.

1. Regalia ſtricti juris ſint. 2. Regalia quædam intranſmiſſibilia ſunt. 3. Quædam communicantur. 4. De regalibus contractu communicatis. 5. Modi quibus regalia amittantur. 5. Cautio pro minoribus regalibus conſervandis, in hiſce Provinciis interpoſita. 7. Regalibus memoratis pro cujuſque reipub: neceſſitate, & alia adjici poſſunt. 8. Repetitio quorundam prærogativorum quæ ad dignitatem majeſtatis pertinere videntur.

Regalium memoratorum de una ſpecie ad alteram extenſio nulla eſt; ac generales eorum allegationes effectu carent, niſi ſpecialis rerum nomina- 1

Digitized by Google

minatio, ſive expreſſio acceſſerit; quocirca etiam hæc regalia ſtricti juris eſſe dicuntur. Nec in his mutatio, ſive alienatio pręſumenda, ſed probanda;
2 præſertim in iis quæ majora vocantur; quia ea ferè omnia intranſmiſſibilia ſunt, ſi non particulariter, ſaltem univerſaliter. Nam leges dare, magiſtratum creare, pœnas infligere, præmia bene merentibus, & ſimilia indiſtinctè elargiri, majeſtati inſeparabiliter, ut anima corpori, inhærent. Unde Baldus ait: *Si Imperator jura ſuperiora, vel merè regalia à ſceptro, vel corona divellat, homicida propriæ dignitatis habetur.* Et ſicut territoria in detrimentum rerum publicarum alienari non poſſunt, ſed aliis quidem committi, ſimili modo nec juribus iſtis Princeps populum liberum jure ſuo privare poteſt, dicto interpretum egregio: *Ditiones, & Regiones facilius à Principe, quam regalia avelli.* Non quod aliis committi eorum executio non poſſit, ſed quod non conveniat ſummę poteſtati, ea ſic aliis inferioribus privativè communicare, ut ſe iiſdem exuat. Cæterum particula-
3 riter, quandoque aliis conſuetudine, conceſſione, privilegio & præſcriptione conceduntur; ut in rebus minoris momenti, vi juriſdictionis conceſſæ leges quaſdam locales, ſive municipales condere, in territorio ſingulari magiſtratus inferiores creare, confirmare, pluraque alia majeſtatem non minuentia

Digitized by Google

entia facere poſſint, ſalvo tamen jure majeſtatis: Nam ſi quidquam controverſi evenerit, cognitio litis ortæ ad Principem, ſive judices à Principe extra ordinem eum in finem conſtituendos, ſi velit, pertinet, ac Princeps juſta nixus ratione, pro imperii ſalute, de plano in iis ſtatuit, quidquid populo ſalutiferum, ſubditis proſperum, ſibi non nocivum, territorio neceſſarium eſſe videbitur. Ea inſuper regalium natura eſt, ut ſumma poteſtas ſemper penes concedentem permaneat; ita etiam ut per concedentis voluntatem exercitium juris conceſſi omnino non impediatur. Niſi per modum contractus 4
regalia impetrata, eorumve pars in alium tranſlata ſit; nam ſi vel ob benemerita, vel per contractum, & pactiones conceſſa, vel præſcriptione etiam alijs acquiſita fuerint, tunc irrevocabilia ſunt.
Et cum privativè quandoque regalia concedantur, 5
modi eorum rurſus amittendorum ferè ſunt, revocatio facta ab eo, qui ex mera gratia eadem conceſſit. Præſcriptio ab alio completa, adverſus eum, qui prius regalia habebat [a]. Telonia, ſi nempè in feudum data, vel cum feudo conceſſa ſint regalia. Delictum, & ſævitia nimia in ſubditos. Venditio, vel alienatio facta in alios, ſine conſenſu ejus, à quo regalia obtinuerat; ut enim in tranſlatione feudi requiritur domini conſenſus, ſic quoque in regalium alie-

a *C. ſuper quibuſdam §. præterea. de verb. ſign. l. 3. §. ductus aquæ ff. de aq. quotid. & æſtiv.*

alienatione. Proſcriptio idque adeò verum, ut procedat etiam quando ob ſolam contumaciam, quis in bannum eſt condemnatus. Et civitas propter crimen aliquod ſolo æquata & aratrum paſſa, regalibus privatur. Ratio eſt, quod pro omnino mortua, & quæ in rerum natura non ſit, habeatur [b], & ſublato principali, ipſum etiam acceſſorium, cujuſmodi indubitanter regalia, aliaque jura ſunt, ſublatum & extinctum eſſe putetur [c]. Sed limitatur hoc jus ut non procedat, ſi qua urbs vi hoſtium everſa ſit, tunc ei nihilominus regalia ſarta tecta remanent, quamvis regalium exercitium civibus impediatur. Similiter & aliis modis res interire poteſt, ſi nempè chaſmate, incendio [d], terrę motu,
6 & inundatione perierit [e]. Minora autem regalia quod attinet, in quorum communicatione fiſci pręcipuè æs, non tantum periculi, quam in majoribus verſatur, ſimili modo, quam præcedentia acquiruntur, amittuntur. Sed cum horum conſervationi maximè reipub: interſit, atque alienatione jurium principalium reſpub: diris temporibus non minimum incommodum ſentiat, in his Provinciis edicto olim [a] proviſum fuit: *Ut nemo de proprietate aliquorum jurium dominicorum Principis litiget, non interpellato Procuratori Generali pro accuſatione & defenſione, neque cum parte tranſigat, cum ullo Principis præjudicio*;

b *L.21.ff. quib.mod. uſufr. amitt.*

c *L. cum principalis 178 ff.de reg. juris.*

d *§.fin.Inſt. de uſufr. l. 15.ff.locat.*

e *L.30.§. 3.ff.de acq. poſſeſſ.*

a *2.decemb. 1511.*

Digitized by Google

*dicio; ſine ſimili interventu Advocati, & Procuratores his
non interveniant, ſed omninò denuncient, ſub pœna arbi-
traria.* Atque hæc regalia illa quorum à Frederico 7
Imp: mentio fit, & quæ inſuper iiſdem accingi
poſſunt. Reliqua fiſci jura, & privilegia ex jure
civili Romanorum peti poſſunt; quamvis non ne-
gem quædam regalia quæ olim non fuerunt, nec
apud alios ſunt, uſu conſuetudine, lege poſtmo-
dum lata ex relativi populi plena poteſtate, in ter-
ritorio proprio introduci poſſe; qualia apud nos
ſunt jura Trapezitica, aggerum, foſſarumve majo-
rum extructiones. Apud Venetos montes pietatis,
aliaq; ſimilia jura ſunt, de quibus ut extra propo-
ſitum meum, & ne nimis longum hoc inſtitutum
foret, reticebo. Illud addam, quod ſummę poteſtati 8
quædam adhuc jura annexa, & reſervata ſunt, quæ
dignitatem, reverentiam, auctoritatem, ac pote-
ſtatem ſolius majeſtatis extra regalia repetita con-
cernunt. Quorum numero habentur: Auguſtum
vocari, Cydarim gerere rectam, in ſella regia ſe-
dere, aurea miſſilia ſpargere in vulgus, ſacramen-
tum dare legionibus, geſtamen purpuræ, jus ban-
ni, venia expeditionum ſacrarum, aſyla ut inſtitu-
antur, aperiantur, ſtatuæ in publicum erigantur,
novi operis faciendi poteſtas, abſque alterutrius
interventu concedatur, feriæ ex rebus proſperè
geſtis,

Digitized by Google

geſtis, indicantur, privati abſque Principali permiſſione collegia aliaſve congregationes ordinarias non inſtituant. Quæ omnia, & quæ hujus ordinis plura ſunt, paſſim in jure Juſtinianeo, tanquam vera majeſtatis Symbola, ac certa ſidera majeſtati inſeparabiliter divinitus circumdata, adhærentia, atque elucentia eo conducunt, ut exinde continuò ac dilucidè intelligatur, quantum ſupremæ poteſtati reverentiæ, atque obedientiæ tribuendum ſit, ſine qua maritus nec uxor, pater nec filius, dominus nec ſervus, magiſtratus nec ſubditi, ſuperantes nec ſubjecti, non inquam majeſtas, neque id quod majeſtati ſubditum, non mundus, nec qui in eo ſunt, ſubſiſtere poſſunt.

CAP. LIII.

LIBERTATIS PARECBASIS SECUNDA.

1. Enumeratio earum quæ hac parecbaſi continentur. 2. Summa poteſtas in ſe, ſuaque omnia liberè abſolvit. 3. Abdicatione juris ſui. 4. Modo ſe ſine alterius incommodo ſubmittat. 5. Abdicationis cauſa impulſiva. 6. Quomodo populi uniantur. 7. Jura ſua alteri tradant, & ab alterius dominio ſeſe eximant. 8. De collatione juris in alium. 9. De migratione. 10. Hominum peccata ſubjectionum cauſæ ſunt. 11. Bello inteſtino vel extraneo maxima regna pereunt.

IN hunc modum enumeratis regalibus, & juribus imperio reſervatis, reſtat ut ad parecbaſin libertatis alteram nos conferamus. Abdicationem nimirum juris ſui, ejuſque in alterum collationem. Migrationem ultroneam in terras ſubjectas. Delictum, & hinc ortum belli jus. Succeſſionem. Jura patrimonialia. Legem fundamentalem. Occupationem pro derelicto habitorum, ac titulum præſcriptum, quæque plura hujus claſſis eſſe poſſunt. 1

Quoad

2 Quoad poteſtatem, nec non eos qui reipub: præſunt, notum eſt illud Taciti: *Cunctas nationes, & urbes, populus, aut primores, aut ſinguli regunt.* Pari ſcilicet omnes poteſtate, ac libertate in ſe ſuoſque, ut vi poteſtatis, Imperii, Regni, utilitatis publicæ cauſa, Italis *Ragione di ſtato*, jure ſuo conſervando, abdicando, in extraneum populum, aut Principem conferendo omnia agant, quæ pro civium tutelæ, & cura proſpera, pro temporum calamitate neceſ-
3 ſaria, ac ſalutifera videbuntur. Summum citra ſubjectionem hujus generis abdicatio juris ſui eſt, ut ſuo jure populus deſiſtat: ac ſpontanea traditione alium cognoſcat ſuperiorem, eique ſeſe in totum ſubmittat. Nam ut inquit Ulpianus [a]: *Si ſe ſubjiciant aliqui juriſdictioni, & conſenteant: inter conſentientes cujuſvis judicis, qui tribunali præeſt, vel aliam*
4 *juriſdictionem habet, eſt juriſdictio.* Modo ſeſe ſine alterius præjudicio ſubmittere poſſint; quoniam in præjudicium alterius quod geritur, altero non interveniente, nullum eſt; Atque obedientia, & ſubmiſſio extraneo præſtita reſpectu Principis in præjudicium populi liberi, reſpectu populi in prejudicium Principis ſui, nihil operatur [b], nullius momenti eſt. Et velut Vaſallus in prejudicium Domini ſui prorogare non poteſt juriſdictionem ratione duntaxat certæ litis, & cauſa [c]; ſic nec Princeps poteſt

a *L. 1. ff. de judiciis.*

b *C. ea re. De jurejurand. c. pervenientes. c. cũ contingat. eod.*

c *C. 1. verſ. habito De proh. feud. alienat.*

teſt regna, & ditiones ipſius curę commiſſas pro li-
bitu & arbitrio oppignorare, alienare, permutare:
quia Imperiali ſolertię incumbit, ita reipub: curam
gerere, & ſubditorum commoda inveſtigare, ut
regni utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum
ſtatus jurgiter ſervetur illæſus; non ut abdicatione
juris quod populo univerſo competit, reſpub: mi-
nuatur. Nec detrimenti quidquam, ex alterius in-
juria capiat. Quod de non alienando citra populi
conſenſum Imperio dicitur, id intelligendum, ſi
populi plenariè Regi, vel Principi ſubjecti non ſint;
vel apertius loquendo non ſubjecti, ſed ſubditi vo-
centur. Nam ſi bello victi fuerint, dummodo in
captivitate, vel ſervitute ſunt, pro ſuo arbitrio Im-
perator agit [d]: quia jure belli quod acquiritur, ac-
quirentis [e] eſt, cum libera poteſtate, ut de iis ſecun-
dum voluntatem victor diſponat [f]. Rectè igitur,
ſi abdicatio juris proprii facienda ſit in libero po-
pulo, communi civium voto fiet, niſi aliter conve-
nerit; quandoquidem accidere poteſt ut abdican-
di jus in Principem expreſsè collatum, vel aliis ex
commiſſo mandatum ſit. Abdicationis cauſę ple- 5
ræque ex abdicantium diſcordiis, & juſtitia ejus
proveniunt, in quem ejuſmodi poteſtas confertur.
Sic in admirationem ingenii prudentięq; Salomo-
nis, Reges vicinarum gentium amicitiam ab eo,
fœduſ-

d A.g. l. 11. ff. de evic-tion.
e § item ea. 17. Inſtit. de rer. diviſ.
f L. 12. C. mandat.

fœduſque petiere, parati imperata facere; Sic Syri
imperium crevit, & auctum eſt, Romanorum faſ-
ces extenſæ, cum plures exiſtimarent melius tutiuſ-
ve ſe ſub eorum poteſtate victuros, quã in propria
& antiqua ſed afflicta libertate. Et multos populos
Arniſęus [d] recenſet, qui ſeſe alteri ſpontè obtulerunt
& ſubmiſerunt; quam ſubjectionem ſpontaneam
6 omnium juſtiſſimam cenſet Connanus [i]. Alio rur-
ſus modo poteſtates non iiſdem, ſed aliis incom-
modis laborantes, ac magis libertati ſuæ conſulen-
tes, non quidem eam amittunt, retinentve liberta-
tem, ſed mixto quaſi genere communicant, ſi con-
junctis poteſtatibus (quod plerumque inter mino-
res poteſtates, defendendi ſui cauſa, contra majo-
rem impetum accidit) liberè conveniant, ut non
amplius diverſi populi, ſed indiſtinctè σύμμαχοι,
unus populus, unius legis, unius ſalutis fiant, idem
velle, atq; idem nolle communè habeant, in unius
coëuntes imperium. Quod pacti genus veteribus
uſitatiſſimum fuit, cum non admodum firmati le-
gibus, inſtructi civibus, opibus, armis, Civitates,
Ditiones, Reſpublicæ, Regna, Populi eſſent [a]. Ab
Ariſtotele συμμαχίαν appellatum, quaſi iiſdem de-
fenſionum offenſionumque pactis inter ſe uniti,
alter pro alterius defenſione, conſervatione, ſepa-
ratim conjunctim, ſe ſuoque offerre paratus ſit.

Et

d Lib. 1. de Repul. cap. 3. ſect. 6. n. 15. & 16. & ſect. 7. circa fin.

i Lib. 1. comm. cap. 1. n. 6.

a Heſech. c. 37. verſ. 16. & ſeq.

Et hæc ex paribus auxilii cauſa inventa ſocietas tanto potentior, quanto pluribus & fortioribus
b Ioſue c. 9. v. 1. & 2. conſtat *b* munimentis, æqualibus illis, & ideò duraturis. Hæc unio etiam accidit cum fine non admodum libero, ſed dubio duello finiendam ſuperioritatis queſtionem ſummæ poteſtates mutuo paciſcuntur. Vincentibus dominationis munere, victis non ſubjectorum, ſed ſubditorum conditione prepoſitis. Sic cum regnante Tullio Hoſtilio arma inter Romanos Albanoſque moverentur, trigeminis Horatiis Romanorum, & trigeminis Curiatiis Albanorum res hoc pacto commiſſa, ut civitas pro qua pugnaretur, que viciſſet, alteri imperaret. Vicerunt Horatii, Albani igitur ab eo tempore ſub imperio Romano fuere, & Romanis uniti; ſublata perſonali, realique Albanorum majeſtate, partibus vincentium obediendo tantum conſiſtentibus. Alii potentiam alterius populi timentes, 7
non ſeſe dedunt, ſed liberè ſeſe alteri tradunt, ut tanquam ſubditi ab eorum potentia protegi, defendique poſſint, licet poteſtatem hanc ſuperiorem
a Ioſue c. 9. ſuſpectam habeant [a]; preſtat enim amicitie umbra tegi, & à Deo miſericordiæ gratiam ſperare, quam continuò hoſtium inexorabilem formidare ferociam; Licet ex ſubjicientium ſuperbia aliquando parum diſcriminis inter liberè tradentes ſeſe, & vi armo-

armorum ſubjectas intercedat, hoc tamen jure hos uti poſſe viſum, ut ſi juris ſui permanſerint, prævia ac ſæpius iterata monitione, poſt probatam ſævitiam, ilico Populus protegens protectorum infortunio non ſubveniat, ad libertatem indefenſi proclamantes, vel ſemet ipſos in libertate ſua defendant, vel populum alium ad defenſionem civitatis ſuæ aſſumant. Et ſic Princeps indeſinenter à ſubditis, vel etiam populo ſubdito, & omnimodam ſubjectionem non paſſo, interpellatus, ut ipſorum calamitati proſpiciat, eoſdem à ſæva tyrannide liberet, adverſus aliorum iniquitates protegat ac defendat, ſi per impotentiam, malitiem, negligentiam, vel abſentiam populo afflicto itidem libero non ſubveniat, eo ipſo tanquam derelicto, deflectendi poteſtatem tribuere videtur, eamq; liberam, ut quoque modo velit, quoque modo poſſit, hic populus libertatem propriam tueatur, licitè alterius Principis protectionem amplectatur. Quamvis etenim per ſubmiſſionem alterius defenſioni ſeſe commiſerit, non tamen hoc conveniſſe apparet, ut aliorum libidini cædat, verum alterius juſtitiæ ac protectioni committeretur; quæ cum conjunctim ſeparatim deficiunt, factum iniquum nullus ſibi proponat, ſi ab his fœdiſſimis invaſoribus oppreſſi
8 indefenſique deceſſerint. Alii rurſus populi liberi,

juſtitiam alterius populi admirantes, tranquillitatis juſtæ alterius potentiæ rivos deſiderantes, propriam libertatem deperditam iri gliſcente licentia, intuentes

(Libertas enim Populi, quem regna coërcent
Libertate perit)

inteſtinis diſſentionibus, exterarum gentium bellis fatigati, vel etiam ſoli paterni inopia laborantes, ſeſe liberrimè abſque ulla conventione alterius poteſtati ſubjiciunt. Unde Cicero pro lege Manilia: *Nunc imperij ſplendor illis gentibus lucet. Nunc intelligunt non ſine cauſa majores ſuos tum cum hac temperantia magiſtratus habebamus, ſervire populo Romano, quam im-*
perare aliis maluiſſe. Alii denique migratione ul- 9
tronea leges accepturi, non daturi, terras exterorum
b Geneſ. 26. petunt [b]. Laudi exiſtimantes pacificè ſub juſto Davidis, aut Salomonis imperio degere. Unde Poëta:

Laus maxima nobis
Tam placido parere viro.

Nulla inter migrantes, & recipientes interpoſita lege, niſi tacita, quę ipſorum ſaluti inſervire poſſit. Certi de imperantium conſtanti juſtitia, & averſione à tyrannide; ita ut ſub umbraculo ejus velint habitare cætus gentium plurimarum, & patroci-
a Heſech. c. 31. verſ. 6. nium ejus unanimi [a] voto amplectantur. Et velut 10
Deus juſtos convocat, ut clypeus fidelium fit, thro-
num

num populi ſui firmiſſimum, ac perpetuum reddat, juſtitia gentem ſuam elevet, victoria, regnorum acquiſitione, imperii ſui limites, fuſis fugatiſque hoſtibus extendat; Sic miſeros, ignominioſos, ac ſuperbia tumentes Pharaones excidio afficit, dum per ſuperbiam, odium, atque invidiam Principes populoſq; peccato obnoxios ex commiſſo delicto deplorandis eventibus exponit, ut in magno populo deterrimis vitiis ut plurimum abundante, maximè obſervatum. In quam rem [b] Ezechiel: *Verbum Dei me appropinquavit, dicens annuncia Pharaoni Regi Ægipti, & populo ejus: Cui ſimilis factus es in magnitudine tua. Ecce Aſſur, quaſi Cedrus in Lybano pulcher ramis, & frondibus, nemoroſus, excelſus altitudine. Aquæ nutrierent illum, abyſſus exaltavit eum, flumina manebant in circuitu radicum ejus, & rivos ſuos miſit ad univerſa ligna regionis. Propterea elevata eſt magnitudo ejus, & cum extendiſſet umbram ſuam, in ramis ejus fecerunt nidos, omnia volatilia cœli. Quoniam ſpecioſum feci enm, & ſublimatus eſt in altitudine, & elevatum eſt cor ejus in altitudine ſua: tradidi eum in manus fortiſſimi gentium, faciam ei juxta impietatem ejus, & ejeci eum.* Sic enim ſemper in tyrannorum exemplis obſervatum, nempè illorum exitus calamitoſos fuiſſe, & propter crudelitatem pernitioſos eventus, & commutationes in republica exitiales accidiſſe, quin

b *Daniel.4. C.31.verſ. 27.&28.*

imò ſimilibus de cauſis Romanos Reges exactos, hiſtoricorum libri nobis commonſtrant. Delictum igitur ejus generis eſt, ut bellum trahat[c], ſive populus adverſus Deum, ſive exterum quendam peccaverit. Adverſus Deum committentes Iſraëlitas variorum variis temporibus bellis petitos fuiſſe ſacrarum paginarum narrationes evincunt, dum ſecundis rebus immemores cœleſtium beneficiorum, idola colentes, deſtituti divino auxilio, à Rege Meſopotaniæ ſubderentur; in libertatem reſtituti, rurſus corrupti longæ pacis malo, ab Eglo Rege Moabitarum, deinde etiam per Regem Chananeorum, Jabin nomine, ſubjicerentur. Hujus argumenti exempla ſi quis plura cognoſcere velit, perfectius ex ipſo fonte capiet. Adverſus exterum verò ſi quis commiſerit pro delictorum magnitudine belli anſam in ſe trahere adeò cunctis innoteſcit.

c 2. Reg. c. 17.

Ut pueri ſciant, & qui nondum ære levantur.

Quin imò in honorem Dei, pro defenſione, ac propagatione legis divinæ bellum quandoque ſuſcipitur. Pro extero læſo facit, quod iniquitas partis adverſæ juſta bella ingerit gerenda, imò & neceſſaria. In cujus iniquitatis vindictam poteſtatem populi, *non ſolum legibus armatam, ſed & armis decoratam eſſe oportet, ut utrumque belli, & pacis tempus rectè poſſit gubernari, & populus liber, non ſolum per legitimos trami-*

tramites calumniantium iniquitates expellat, ſed etiam in hoſtibus, prælius victor exiſtat, & fiat tam victis hoſtibus, quam juris religioſiſſimus triumphator magnificus. Pro lege Dei facit id quod Iſraëlitis à Rege Seſac obvenit. Verba textus[a] ſunt: *Cum roboratum fuiſſet regnum Roboam, & confortatum, dereliquit legem domini, & omnis Iſraël cum eo. Anno autem quinto regni Roboam, aſcendit Seſac Rex Ægipti in Jeruſalem, quia peccaverant domino, cumque mille ducentis curribus, & ſexaginta millibus equitum, & cæpit civitates munitiſſimas in Juda, & venit uſque ad Jeruſalem; Semejas autem Propheta ingreſſus eſt ad Roboam, & Principes Judæ, dixitque eis. Hæc dicit dominus; vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac. Conſternatique Principes Iſraël, & Rex, dixerunt; Juſtus eſt dominus.* Sic quoque ob neglectum Dei cultum bellum olim populis illatum fuit[b]. Populi in omnem ventum diſperſi, donec continuis precibus, peccatorumve pœnitentia, abſtinentia, vel in ſtatum priſtinum Dei omnipotentis miſericordia reſtituerentur, vel totum regnum, vel ditio peccans alterius populi poteſtate ſubjiceretur; indubitato quatuor ſummorum imperiorum eventu, de quibus ſecundum legem propoſitam dicendum, quod liberi poſt cladem ſummam non fue-
11 rint; nimirum quia alterius poteſtati ſubjecti. Et hæc clades (ſepoſito peccato) plerumq; ex duabus

[a] 2. *Paral.* 12.

[b] 2. *Paral.* 13.

cauſis mediis provenit, quæ exitium vulgò omnibus regnis, & imperiis inferunt, inteſtinæ ſcilicet diſcordiæ, & vis externa. Hoc eſt, cum vel populus inter ſe diſſeptatur, vel vi externa premitur. Quoad primum, illud multis modis evenit; inter Principes imperii ob ſuperbiam, ob invidiam, ob odium non nunquam ex re nihil contractum. Quandoq; & hi qui vulgò prę ſunt, ignavia torpent, poteſtatem ſuam augere injuſtè ſtudent, nec tam publicæ utilitati, quam privatis commodis proſpiciunt; unde vel in politia, vel religione oritur mutatio quędam, vel in forma regiminis clam, dolo malo, eam ſibi acquirere auctoritatem alii laborant, quæ legibus in eam rem latis, minimè convenire probatur. Inter minores quoq; novitatis ſtudium crudelem ſæpè belli occaſionem præbuit, dum res novas cupiunt. Ita nimirum pręſentia faſtidio, inſueta deſiderio ſunt. Vetera aſpernamur ſtudia, ſtudemus novis ſimultate mutua, & diſſenſione ipſi nobis inferimus bellum, atque intus nos prius lethaliter vulneramus, quam ab hoſte trucidamur foris. Externa vi labefactantur, qui peregrinarum gentium vires patiuntur, dum vel bello opprimuntur, vel nova domicilia, novas ſedes alterius populi dominantis quęrere coguntur, ut cum Vandali Africam, Gothi Italicam invaſiſſent. Ita Romanum à Gallis, Longo-

gobardis, & tandem Germanis, ereptum eſt imperium. Omnium tamen peſſimum ſi utroque malo interno ſcilicet, & externo ſimul quis laboret, afficiatur; quia ex mali tanti concurrentia, certum exitium, certa ſubjectio, per confuſiones expectanda, quę vix impediri, aut tolli poſſunt, niſi divina majeſtas his miſeriis ſuccurrat, horum calamitatibus ſeſe interponat; vix à magnis imperiis excluduntur, niſi divinitus cõſerventur, cum Dei opus ſit violentiam omnem atque injuſtitiam vindicare, atque inter gentes præclaras diſtribuere virtutes; quibus imperium atq; imperio juſti confirmantur.

CAP. LIV.

DE SUCCESSIONE, LEGIS OBSERVANTIA, AC LEGE FUNDAMENTALI.

1. *Succeſſione imperia transferuntur.* 2. *Modi ſucceſſionum varij.* 3. *Lex firmamentum popularis libertatis eſt.* 4. *Diffuſa libertate ad legem confugiendum.* 5. *Non ſimpliciter Principes in repub: ſuſcipiuntur.* 6. *De lege imperiorum fundamentali.* 7. *Imperii lex juſta,* &

& antiqua eſt. 8. Quibus caſibus Romani hac lege fuerint uſi. 9. Modus creandi Principes. 10. Leges regiæ ferè omnibus populis communes factæ. 11. Aliæ puræ, aliæ conditionales ſunt. 12. Conſuetudine hodierna omnis reſpub: legibus conſtat. 13. Conditiones imperii tacitæ, ac communes. 14. Leges, regiæ majeſtati impreſſæ præſumuntur. 15. Capitulationum formulæ vulgares. 16. Capitulationes aliæ novæ, aliæ patrimoniales. 17. De lege regia juramento confirmanda. 18. Tyranni, ſpreti juramenti pœnas metuant. 19. Lex regia majeſtate indigna non eſt. 20. Principis intereſt ut eam ſervet. 21. Lex regia boni Principis imago. 22. Lege regi majeſtate dignum, atque utile. 23. Optima cautio Brabantis præſtita.

Succeſſione quoque imperia de perſona in perſonam transferuntur, quamvis revera eadem maneant, generaliter ſuperſtes in perſona defuncti vivere intelligatur: unde dicitur Principalem dignitatem morti obnoxiam non eſſe. Succeſſio hæc vel ſola legis auctoritate ipſo jure, non attenta ullius hominus voluntate, ſive diſpoſitione ad heredem proximum devolvitur; atque ita extra caſum teſtamenti, imperiorum, regnorum, ducatuum, ditionumve per Deum, ſive Gratia Dei, acquiſitio eſt. Et ſic filios patribus in regno ſuccedere mo-

moribus populorum receptum, ac fermè virilis ſexus, natuque maximos; cæteros verò qūoad defuncto proximiores ſunt, ſucceſſore in omne tempus per legem deſignato, neq; relicto in cujuſquam arbitrio, ut nempè defuncto aliquo Rege alius quiſpiam in ejus locum ſubſtituatur. Ne patri quidem Regi poteſtate permiſſa ex filiorum numero hęredem Principatus deſignandi. In quo publicæ tranquillitati, conſulitur, qua in rebus humanis nihil eſt ſalutarius. Idque adeò verum, ut licet in imperiis ſucceſſivis ſecundo genitus primogenito, doctior, fortior, & amore omnium magis receptus ſit, primogenitum tamen tanquam Principis charactere à Deo notatum, recipiant, talem qualem divinę majeſtati aut in ira, aut in amore ſuo, Regem populo eligere placuerit. Regna etiam teſtamento à teſtatore facto in extraneum, hoc eſt, qui ex familia Principis teſtatoris non eſt, conferuntur; qui tamen ſuccedendo, legibus & privilegiis prædeceſſoris ſui, publicam utilitatem concernentibus, tenetur; maximè ſi populus liber ſit, leges ſuas, ſuaq; privilegia titulo oneroſo acquiſiverit; alioquin enim ipſi de his diſponendis, quoquo modo velit, quoquo modo poſſit, citra conventionem contrariam ſtudium liberum eſt, quemadmodum in populo ſubjecto evenire cernimus. Alius rurſus ſuc-

Digitized by Google

cedendi ſtylus eſt, ut quidem legitimus ſuccedat, ſed tamen populi cauſa, jura, leges imperii, privilegiaque omnia fidei juramento confirmare teneatur, manibus eorum, qui niſi imperium ad Principem ſucceſſione delaberetur, Reipublicę habenas, ut populus pro populi ſuſtinuiſſet. Fundamentum 3
igitur popularis libertatis in libero populo tam in electione, quam ſucceſſione à lege dependet, & legis opus eſt; ut graves de ſucceſſione rixæ, & exitiales contentiones evitentur; nam leges quibus circumſcripta eſt ſucceſſio, nemini mutare licet ſine populi voluntate, à quo eædem ex pacto cum Principe inito indubitatè dependent. Quocirca etiam in æs inciſæ, in tabulaſque relatæ; & quæ ſcriptæ, roſtriſque inſculptæ non ſunt, moribus populorum relativorum, inſtitutiſque ſingularum provinciarum ad amuſſim conſervantur. Secundò & in populari regimine leges neceſſariæ, quia ſine legibus, confuſo imperantium & parentium methodo, nulla reſpublica ſubſiſteret; quin imò ne quidem reipub: nomen mereretur; quandoquidem nec penes imperantes nec parentes, reipublicæ, ſed privatorum, imperantium, aut imperantibus ſeſe opponentium cura tunc gereretur; Idque non ex vera ac juſta ratione, verum pro ſolo commodo eorum quibus ſeſe adjungerent, ac ruina fratrum ſuorum,

quos

Digitized by Google

quos ex animi turbati furore inimicos tunc appellarent. Tertio etiam lex illud operatur, ut ejus beneficio intra terminos juſtitię æquitatiſque Principes contineantur; unde & ipſa capitulatio pars fundamentalis legis eſt, & vinculum ad uniendum fortiſſimum, ac ſaluberrimum. Quam ideò concinnè JC[tus] Papinianus. *Communem reipub: ſponſionem; munus ac inventum Dei*, Demoſthenes; *Omnium divinarum atque humanorum, Reginam, Principem & Ducem*, Philoſophus ſummæ Stoicæ ſapientiæ, Chriſippus appellat: *Hinc & qui legem præeſſe deſiderat, videtur ſummam poteſtatem Deo & legibus commendare; qui verò humano arbitrio cuncta committit, imperio belluam adjungere creditur, quia deſiderium & cupiditas ut in quovis homine maximè abundat, belluæ ſimilis eſt, atque iracundia ſeu confuſione corruptæ naturæ omnia, atque adeò Gubernatores populorum depravat, etiamſi ſint alioquin viri boni.* Quod nuſquam oportunius niſi per legem à Deo progenitam, atque hominibus traditam impeditur, cum lex ſit meus ſine cupiditate, ſine perturbatione, atque affectu. Quæ & obindè anima civitatis, vita & auctoritas Principis appellatur, cujus vegetabili influxu vivit, ac Gubernatur magnum mundi corpus. Et ſic legis auctor Deus, ac defenſor, ipſi lex eſt, omnia ab initio legibus egit, implevit, utque etiamnum perſequitur. Quibus

& ipſe obedire debuerit, ac voluit Chriſtus ſalvator noſter, Filius Dei vivi. Lex denique igni ſimilis eſt, legis obſervantem purificat, negligentem conſumit, & qui ſeſe legibus opponendo major lege videri deſiderat, legi injuriam facit. Quocirca, *qui legem cuſtodit*, inquit [a] Salomon, *Cuſtodit animam ſuam. Qui legem obſervat, gratus & beatus Deo infans exiſtit. Imò qui declinat aures ſuas ne audiat leges, oratio ejus erit execrabilis.* Quid ni ergo leges omnes, ac præſertim imperii omnibus ſacræ, & ſanctę habendæ ſunt, cum in iis ſalus totius reipub: verſetur, ac tanquam in centro ſuo per leges reſpub: requieſcat.
Quod cum ex multis, maximè tamen ex eo appa- 4
ret, quod populi liberi, diffuſa eorum libertate in licentiam, ad legem, tanquam ad ſacram anchoram confugiant, ubi gliſcente procerum protervia, exuta per mollitiem veterum virtute, oblito majorum ſanguine pro libertate effuſo, concordia & amore per ſuperbiam, invidiam atque odium exulante, reſpublica non plurium rixas, & Tyrannidem, ſed unius juſtum imperium deſiderat, quo omnes iſtæ commotiones, ac ſcrupuloſæ ſeditiones
componantur; Nec illud quidem ſimplici im- 5
perii traditione, ſed ut in rebus momenti maximi fieri ſolet, ſolenniter legibus quibuſdam, juramento ab utraque parte firmatis, tanquam ſi de con-

[a] Proverb. 19. v. 16.

conjugio Principis cum repub: ageretur. Et ſic ſcriptis legibus non ſolis arbitriis regi Rempub: Ariſtoteles volebat, ut harum beneficio omnia terminarentur, pauciſſima hominum imbecillitatibus committerentur. Dignitas hęc licet penes Brabantos olim hęreditaria fuerit, hoc tamen in ſe continebat, ut ſi Ducatus ejus hęres, conditiones à populo poſtulatas pręſtandas ſuſciperet, eo modo prę aliis prærogativa uteretur, ſin minus pro legitimo
6 Principe non agnoſceretur. Leges hæ ut plurimum fundamentales dictæ, quod imperii deferendi, ſuſcipiendi conſervandiq; baſis & fundamentũ ſint, quo ſublato & imperium corruat neceſſe eſt, ut ſublata anima corpus motu proprio ac vitali deſtituitur. Leges hę unicum & adamantinum vinculum ſunt, quo libertas populi perſonalis in Principe repræſentatur. Atque à fine ſuo definiuntur, pactio ſive conventio populi cum Principe de repub: legaliter gubernanda, conſervanda, defendenda inita; Quæ cum ex conventione ſua jus faciat, ſtrictè etiam obſervari convenit. Inſtitutionis ejus origo ex humanę imbecillitatis incontinentia provenit. Poteſtatis enim ferè ea natura, ut ſe intra ſuos limites vix abſque legum vinculo, ac præſidio contineat. Sic ut ſępiſſimè etiam legibus licet acriter obſtantibus, nec modum, nec terminum ſervare

Digitized by Google

per immenſa ſua deſideria poteſtates queant. Huic licentiæ igitur ut mederetur legis tutela inter Principem & populum, mediante Jehova, interpoſita; hujus ut beneficio ſubditi alacritate obſequioſa obediant, imperatori majeſtate placida profiteantur, quod ſubditos ſuos liberos eſſe non nolint.
Nec injuſtæ, nec veteribus moribus abſonæ, verum 7
conſentaneæ leges imperii ſunt, cum inquit Xenophon: *Summa quævis poteſtas in repub: eſt certis legibus coërcenda, & vinculis, non autem quidvis liberè pro animi arbitratu agere permittenda.* Legem hanc uſitatiſſimam fuiſſe leges Romanę commonſtrant [a]. Et Tacitus alibi refert: *Apud Germanos priſcos, nec Regibus infinita, aut libera poteſtas fuit.* Gajus verò JCtus ait [b]: *Publius Papirius in primis leges regias in unum contulit.* Unde quæſtio, quibus temporibus capitulationes, ſive leges regiæ introductę fuerint? Et generaliter, ac veriſimilè exortæ videntur à Deo ipſo, cum paſtores in lupos converſos animadverteret. Cum licentia atq; injuſtitia dominantium populis damnoſa, & ſuſpecta eſſe inciperet. Cum agnoſcerent populi humanam voluntatem, ut plurimum dominandi avidam, privata commoda publicis utilitatibus pręponere. Specialiter, & ſeparatim ex ſacris nobis innoteſcit, communem prius legem duarum tabularum, & Duci & populo à Deo latam fuiſſe [c], quam-

[a] L. 1. ff. de Conſtit. Princip. l. digna vox. C. de legibus l. 2. ff. de mort. inferend.

[b] L. 2. §. 36. ff. de orig. jur.

[c] Exod. 20.

quamvis magis populi, quam Ducis cauſa; quia Moyſes tanquam vir religioſiſſimus, Deiq́; ſervus obſervantiſſimus, ea non admodum, quam populus Iſraëliticus indigebat. Inter alias etiam leges Levitis interdicebatur, ne terras aliquas dominio poſſiderent, communitateſve ullas hæreditarias cum populo exercerent[a]. Fœdera cum Hethitis, Girgoſitis, Amoritis, Cananitis, Phereſitis, Hevitis, & Jebuſitis Iſraëlitæ non pangerent[b]. Superſtitia exterorum deſtruerent[c], pluraque alia ſparſim ex ſacris paginis, numero abundanti, ac præſertim à Deuteronomio haurienda, inter Deum & gentem, quaſi Principem & populum conventa[d], cum populus Iſraëliticus tanquam primogenitus Dei filius[e], nullum ſuperiorem regem; nec poteſtatem, niſi Deum ſolum agnoſceret. Specialiter & conjunctim tamen poſtmodum lex Regia à Samuele Propheta, primo Iſraelitarum Regi Saul, præſcripta fuit[f], poſtquam ſalubri oratione ab inſana voluntate detorquere plebem: dominationem regiam, & ſuperba dominantium imperia exponere, libertatem extollere, ſervitium deteſtari, poſtremo Divinam eis iram denunciare voluiſſet; ſi quidem homines mente corrupti Deum Regem habentes, Regem ſibi alium ex hominibus exemplo aliarum gentium flagitabant. Et Zenophon

de

a *Numer.* 18. *v.* 20.

b *Deut.* 7. *verſ.* 2.

c *Deut.* 12. *verſ.* 1. & *ſeqq.*

d *Deut.* 29.

e *Exod.* 4. *verſ.* 22.

f 1. *Samuel.* 10. *v.* 26.

de Regis & populi Perſarum obligatione perhibens, inquit: *Pædia refert, Rex ait, ſubditos ſuos adverſus extraneos hoſtes tueantur: inter ipſos autem ſubditos leges patrias & conſervet ipſe, & ab aliis conſervari curet: ſubditi verò, ut talem à ſe delectum, aut probatum pro ſummo magiſtratu retineant, ac honorent: atque ei laboranti, aut à ſubditis neglecto, vel extraneis impetito, auxilium, & obſequium, quale juſſi erant, præſtent.* Cancellis ſuis, limitibuſque adſtrictum imperium Auguſti fuiſſe, ex juramento à ſe præſtito apparet. *Ita ſalvam*, ait, *ac hoſpitem rempublicam ſiſtere in ſua ſede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quam peto, ut optimi ſtatus auctor dicar, & moriens ut feram mecum ſpem, manſura in veſtigio ſuo fundamenta Reipub: quæ jecero.* Unde non infimæ ſortis DDres Auguſtum legis regiæ auctorem habent. Similiter & Trajanus juramento caput ſuum, ſuamve domum (ſi
ſcienter feſelliſſet) Deorum iræ conſecravit. Et 8
quoniam Romanæ obſervationes in omnibus, ac præ omnibus hoc in negotio elucent, altius ea repetere hic libet, lubetque. Primis enim Romanorum cunabilis, exactis Regibus, populo in libertate conſtituto, Decemviris datum jus in civitate ſummum, uti leges & corrigerent ſi opus eſſet, & interpretarentur; neque provocatio ab eis, veluti à reliquis magiſtratibus, fieret[a]. Deinde quia in omni nego-

a *L. 2. §. 4. ff. de orig. jur.*

negotio plebs difficilè convenire cæpit, & populus multò difficilius in tanta hominum turba, neceſſitas ipſa curam reipub: ad Senatum deduxit. Conſules duo à populo conſtituti, penes quos uti ſummum jus eſſet, rogatum eſt; Qui tamen ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent, lege populi lata factum eſt, ut ab eis provocatio eſſet, neve poſſint in caput civis Romani animadvertere injuſſu populi [b]. Solum relictum eſt illis, ut coërcere poſſint, ut in vincula publica duci juberentur. Populo deindè aucto, cum crebra orirentur bella, & quędam acriora finitimis inferrentur, placuit adhuc Dictatores, majoris poteſtatis magiſtratum, conſtitui, à quibus nec provocandi jus fuit, & quibus etiam capitis animadverſio data eſt. Poteſtas hæc eum in modum gradatim aſſenſa, & ſummo ſuo imperio libertati merito ſuſpecta, temporis curriculo rurſus coarctata; nempè ut nemini fas eſſet, Dictaturam ultra ſextum menſum retinere, idque ne majeſtas populi realis tyrannidis periculo exponeretur. Et quanta cura circa libertatis retinendæ modum populus Romanus ex propoſita Decemvirorum ſucceſſione, ſeducta à Repub: exercitu egerit, exemplo Appii Claudii demonſtratur; indignantis vetuſtiſſimam juris obſervantiam in perſona filiæ ſuæ defecturam, ejuſdem filiæ nece (arrepto

b Cicer. lib. 3. de leg.

Digitized by Google

cultro de taberna lanionis) caſtitatem ejus vitæ pręferendam ratus libertatem vindicavit, cum protinus recens à cede, madente adhuc virginis cruore ad commilitores confugeret, qui univerſi de Algido (ubi tunc belli gerendi legiones erant) relictis Ducibus priſtinis, ſigna in Aventinum tranſtulerunt, omniſque plebs urbana, mox eodem ſe contulit, Populique conſenſu partim in carcere necati. Ita rurſus reſpub: ſuum ſtatum recepit,

Et Romam nomina Regum
Monſtravit non poſſe pati.

Sed cum omnia in hoc univerſo mutationibus ſuis obnoxia ſint. Non hujus, non illius dominationes longæ. Unius poteſtas cito ad alterum devoluta; Plurium arma in uſum ceſſa. Cuncta diſcordiis civilibus iterum feſſa litis finem deſiderabant. Et in populo Romano obſervatum intercedentibus ſęculis lege regia denique Principi & in Principem populum omnem ſuam poteſtatem contuliſſe[a]. Modus creandi, inveſtiendi, atque inaugurandi Principes, varius ſemper fuit. Sic tamen communis, & neceſſarius, ut majoribus populi convocatis ei, & in eum imperium transferatur. Ex ſacris itidé nobis innoteſcit[b]: *Circumeuntes Judam congregarunt Levitas de cunctis urbibus Juda, & Principes familiarum Iſraël; veneruntque in Jeruſalem. Inijt ergo omnis multitu-*

a *L. 1. ff. de conſtit. Princip.*

b *Paral. 23.*

titudo pactum in domo Dei cum Rege Joa. Et de inau-
guratione Regis ait Samuel toti populo : *Videtiſne*
quem elegit Jehova, non eſſe ei ſimilem in toto populo. Cla-
mavit omnis populus, vivat Rex. Locutus autem eſt po-
pulo Samuel legem regni, & reſcripſit in libro, & repoſuit
coram domino : & dimiſit Samuel omnem populum, &
ſingulos in domum ſuam[c]. Ritus electionum confir- c Samuel. 10. v. 24.
mationumve imperiorum hic recenſere antiquos,
hodiernos, dum brevitati, & ſuperflua hujus meæ
repetitionis omittere ſtudeo, nimis longum, atque
extra propoſitum foret; pręcipuè cum in his ſolem-
nitatibus facilè tot diverſos mores, tantas ceremo-
nias, quot populos varios, quantas temporum va-
10 rietates reperias. Ad rhombum igitur, ut revertar,
leges regiæ, ſive populi capitulationes, nunc omni-
bus ferè nationibus Chriſtianis, Barbariſve proprię
communes, relativæ, aliis puræ, aliis conditionales
ſunt. Hi enim majorem, illi minorem poteſtatem,
pro populi cujuſque placito, natura, & cum Prin-
cipe convento, poteſtatibus ſupereminentibus ob-
11 tulerunt. Undè pura dicitur, qua Princeps ſim-
pliciter, indiſtinctè populi poteſtatem omnem in
ſe recipit; hic Rex populi, Populus regis deſignati,
electi, populus ſit. Conditionalis, qua certo modo
populo devinctus eſt, cujus ea natura, ut dum ob-
ligationi conditionali ſatisfiat, in puram, quam

Digitized by Google

diu conditioni ſatisfit, reſolvatur, quamvis effectu differant. Nam dum purè juratur, is cui purè juratum eſt, jus habet agendi ad implementum, etiam ad cogendum; & ni pactum adimplere velit, ſuo jure utendi: Sic Nero cum legem datam, acceptam negligeret, & omnia pro libitu ageret, à Senatu hoſtis judicatus fuit. Aliter verè libertatem cogendi, ſuoque jure utendi non habet, niſi & ipſe conditiones promiſſas impleverit à ſua parte. Et cum capitulationum formulæ variæ ſint, ſequitur, ex formularum prædictarum varietate, varium quoque jus oriri, de quo proximè plura dicam. De Principe ac populo multorum opinio eſt, Imperatorem imperio, Regem regno, Pontificem conſilio, Epiſcopum capitulo, Actorem univerſitate, Vaſallum Domino, atq; adeò quemlibet eo cui obſtrictus eſt juramento, minorem eſſe, à qua ſententia eruditiſſimè nuper receſſit rei Comitatenſis Cognitor Theod: Graſwinckelius [a]. Mihi verò ejuſmodi diſputationes noxię magis, quam utiles eſſe videntur; cum ob comparationes has maximè odioſas, tum quod parum interſit quis major minor, maritus vel conjux in ejuſmodi comparationibus haberi debeat, cum uterque intra limites imperii, atque obedientiæ, vel ſaltem juſtitiæ, ſecundum leges præſcriptas, ſe continere debeat; ac quod magis eſt,

[a] *Tr. de jure majeſt.*

eſt, ex pacto cum populo, & Principe inito apparere poſſit, quis ex contractu ſuperior, quis inferior ſit.
12 Quod ad conſuetudinem attinet, Pontifici Romano certa præſcribitur capitulatio, Imperatori Germanico aurea bulla pro lege imperii eſt. Et Regibus Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Poloniæ, Sueciæ, Bohemię ſua Parlamentaria, aliaq; Imperii jura ſunt. Atque illud in omnibus fermè, non ſolum nationibus, & gentium univerſitatibus; verum etiam in aliis minoris circuli collegiis, communionibus; ſocietatibus, familiis, & corporibus conſtanter æquè ac efficaciter obſervatur. De populo Arragoniæ legem accepturo, præter ea quæ majori numero hic adduci poſſent, inveſtituræ ceremoniis hæc verba ſolennia recitantur. *Nos qui tantum valemus quantum vos, & poſſumus plus quam vos, Regem vos eligimus his conditionibus &c. Inter nos & vos imperat unus qui poteſt plus quam vos, ſummum ſcilicet Arragoniæ juſtitiæ imperium.*

13 Capitulationes communiter, generaliter omnibus nationibus propriæ, cum ipſis Populis, Rebuſpublicis, Regibuſq; natę videntur, ac deinde etiam jure gentium ab omnibus tacitè, expreſsè comprobatæ. Hę ſunt, ut Rex bonus, ac juſtus Princeps futurus ſit, curam ſuſcipiat ne quid detrimenti capiat Reſpublica. Sine Populi conſenſu de rebus imperii

Digitized by Google

ab omni alienatione abſtineat. Promittat ſe libertatem populi defenſurum, non ſuppreſſurum. Bellum offenſivum, ſine popularium conſenſu non geſſurum, nec extra neceſſitatis aleam citra eorundem voluntatem liberam, quidquid expoſtulaturum. Unde Seneca:

Conſulere patriæ, parcere afflictis, Fera
Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare.
Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo,
Hæc ſumma virtus eſt; petitur hac Cœlum via.

Et hæ leges ſalutis publicæ cauſa naturaliter majeſtati impreſſa præſumuntur. Cum Rex cui majeſtas tributa regni conſervandi, non minuendi, defendendi, non opprimendi cauſa à Deo[a] conſtitutus ſit. Auguſtus ab *augendo* vocatus. Adeò ut veriſimilè non ſit, populum in Principem ejuſmodi licentiam effrenem contuliſſe, quæ animo & facto ejuſdem populi adverſatur[b]. In Hiſpania quidem abſoluto imperio Rex gaudet, non tamen officia, & beneficia in extraneum conferre poteſt, nec onera nova extraordinaria exigere, niſi Principes, civitates, & populus Hiſpaniæ conſentiant. Quod ſi ſecus fiat privilegiis ſuis, jureque ſuo ſe defendunt. Atque hinc illæ lachrymæ. 14

Capitulationum formulę varię ſunt, non ex jure ſed ex facto, hoc eſt, relativis populorum regumve pactio- 15

a *Arg. l. 7. in pr. ff. de donat.*

b *Arg. l. 4. C. de defenſ. civit. l. 1. ff. de offic. proconſ. l. 7. §. 3. ff. pro empt.*

pactionibus petendæ, ex quibus deinde jus oritur.
Vulgò tamen ſunt ut Princeps religionem conſer-
vet, defendat. Jus omnibus æqualiter, atque indi-
ſtinctè adminiſtret. Paci conſulat. Jura Privilegia,
dignitates regni, minorumve Principum, civium,
non minuat, conſervet, conſervari faciat. Proce-
rum conventum admittat. Nullum fœdus abſque
Procerum conſenſu pangat. Militem extraneum
non admittat. Cives non evocentur, aut evocari
patiatur. Si quam actionem ipſe Princeps contra
privatum habeat, actionibus legitimis, non factis
experiatur. Vim nullam adhibeat iis, qui ſe legi-
timæ examinationi ſiſtunt, ſubmittuntve. Nemi-
nem indicta cauſa proſcribat. Bona vacantia ad
bonum publicum referat. Acquiſitam, recupera-
tamve armis ditionem, vel Provinciam imperio
jungat, libertati reſtituat. Petitione ſucceſſionis,
electioniſve in poteſtate ſua, interpellat neminem.
Et plura alia quæ ſecundum populi liberi, liberè
Principem eligere, aut confirmare deſiderantis vo-
luntatem inter populum, Principemve paciſcuntur;
ex ipſis Imperiorum, Regnorum, Ducatuum, Pro-
16 vinciarum archivis relativis haurienda. Cæterum
tamen capitulationes hæ, vel novæ, vel patrimo-
niales reip: ſunt. Novæ, ſi quando populus in ple-
na libertate conſtitutus, libertate retenta, redempta,

aut

Digitized by Google

aut vindicata; remoto veterum legum vitio, &
abuſu, novas leges Principi præſcribit, vel eaſdem
Princeps populo effert, ut humanius & in minori-
bus inſtructionibus fieri conſuevit. Nam tunc ſal-
vo populi jure, imperaturo liberum agendi ſtylum
concedis, eo magis executioni mandandum, quod
ipſe Princeps ejus inventor ſit, animum honeſtum
urgendo, ut ea offerat liberaliter, quæ alioquin vix
extorqueri potuiſſent. Patrimoniales, ſi eędem ſine
ullo augmento, aut diminutione, ut à majoribus
delatæ, acceptæ, in Principem ſuccedentem oblata
fide, præſtitoque juramento ſolenni, conferantur.
De quibus Gunterus:

Regnum
Legibus antiquis, & priſco more regatur.

Et Xenophon: *inter ipſos autem ſubditos leges pa-*
trias, & conſervet ipſe, & ab aliis ſervari curet. Subditi
autem auxilium & obſequium qualè conſueverunt
præſtare prædefunctis exhibeant, in quam rem Jo-

[a] 2. Paral. 23. verſ. 4.

jada ait[a]: *Ecce filius regis regnabit, ſicut locutus eſt do-*
minus ſuper filios David. Undè & patrimonialia jura
vocantur, tam publica, quam privata, quæ à pręce-
dentibus Principibus data, aut temporibus eorum
introducta, obſervataq; fuerunt; atque etiamnum
eum in modum per poſteros obſervantur. Nec 17
pactis legibuſve ſolus, licet validiſſimis populo
libero

Digitized by Google

libero ſatisfieri capitulatione conſuevit. Sed teſtimonium ſempiternum in auxilium legis adhibetur. Divinæ majeſtatis præſentia deſideratur. Juramentum ex cordis profunditate ad Deum vivum, ac juſtum in ſalutem populi depromitur, ut appoſito jurejurando, cautior ac diligentior in hoc tam excelſo opere Principis animus fiat. *A duobus enim tunc ſibi cavet*, inquit Sophocles, *& ne lædat amicos, & ne peccet in Deos*. Maximè autem hoc juramentum obligatorium eſt, cum quod ſecundum eximium D. Graſwinckelium [a], hoc juramentum adeò ad ſubſtantiam ipſius contractus faciat, ut abſque hoc nihil cæptum, ne dum abſolutè actum, tranſactumve dici poſſit, tum etiam quod Deum ultorem habeat, ac vindicem, adverſus quem nulla exceptio competit. Formula juramenti hęc ferè eſt, ut juret Princeps per Deum, ſe eaſdem leges obſervaturum, ſe eo modo adjuvari & juſtificari in die extremi & horribilis judicii velle, quali modo populum ſuum, id eſt, Dei gregem paſcuit, & juſtifi-
18 cavit [b]. Subſiſtant hic Tyranni, & facti ſui, & juſtiſſimi judicii, ſuper omnes eminentis, atque omniſcientis judicis memores [c] ſint, quandoquidem omne regnum ſuperiori regno ſubjectum eſt. Ut rectè Hoſpitalis:

Aſpicit omnipotens Cœlo Deus, & ſedet ultor

[a] *Tr. de jure majeſt. cap.* 12.

[b] *L.* 14. *C. de judic. nov.* 8. *c.* 7.

[c] *Daniel.* 2. *verſ.* 47. *Sirach.* 5. *verſ.* 3.

Digitized by Google

Tantorum ſcelerum. Noſtra eſt injuria dixit,
Et dolor hic meus eſt. Vindictam hanc ipſe recepi.

Sicut faciunt, inquit Deus [d], *electis meis, ſic faciam, & reddam in ſinu eorum.* Et Apoſtolus Paulus [e]: *Quod ſi alios alii mordetis, & devoratis, videte ne viciſſim alii ab aliis conſumamini.* Juramentum inquam præſtant, alligati ſunt verbis oris, & cordis ſui. Deum ſpernunt, jura gentium violant. Deum omnipotentem vindicem injuſtitiarum ſuarum habent, ſuppreſſionis executorem, eos non dimittens impunitos, qui nomen, & pacta cum ipſo inita vanè uſurpaverit. Ubivis & ubique præſens eſt, nec perſona, nec verbum muſcitatum, nihil actum, quod divinę omniſcientiæ latere poſſit. Aurem enim fecit, auditus qualitatem hominibus dedit. David exclamat: *Nunquid ipſi minimum latere poteſt* [f]*?* Repetenda & hic illa Bodini ſunt [g]: *Certè quidem perjurium atheiſmo deteſtabilius eſt: Quia non tanta eſt eorum qui Deos omnes averſantur impietas, quanta eorum qui & eſſe Deos, & rebus humanis proſpicere confitentur, juris tamen jurandi ſimulatione numen irridere non dubitant, iſta verò impietas cum animi abjecti turpitudine ſemper conjuncta eſt: quoniam is qui ſciens perjurium admittit, hoſtem quidem metuere, Deum verò deſpicatui habere ſe declarat.* Princeps igitur ſi juraverit populo per ſempiternum Deum in confirmationem pacti ſui, ſe

d 4. Eſd. 15. v. 20. 21. 56. & ſeqq.
e Epiſt. ad Galat. c. 5. verſ. 15.
f Pſalm. 94. verſ. 9.
g Bodin. de repub. lib. 5. cap. 6. num. 593. in fin.

Digitized by Google

ſe civibus bonum, & juſtum dominum, nutritorem juſtitiæ, libertatis publicæ privatæque defenſorem futurum. Se fideliter, & per alios omnia nobilium, oppidorum, vicorum omniumque ſubditorum tam eccleſiaſticorum, quam laicorum, totius reipub: privilegia, & immunitates à prædeceſſoribus ſuis conceſſis, reliquaſq; omnes conſuetudines, obſervationes, & uſus, & jura, quæ nunc tenent, & habent, tam in generali, quam particulari obſervaturum. Et quod deinceps omnia, & ſingula facturus ſit, quæ juſtus dominus, ac Princeps de jure facere tenetur; profecto putem mortaliter peccare eum, qui ſpreta verborum prærogativa, neglecta juriſjurandi religione, homines verbis, ut pueros talis, globuliſve decipiendos putaverit. Undè etiam ex juſta Dei vindicta evenire ſolet, ut populus ex violata lege, privilegiis omnibus, & prærogativis proſcriptis, ſuo jure in libertatem proclamet, arma adverſus oppreſſorem, atque Tyrannum dirigat, nihil omittat, quæ pro defenſione aris & focis, ac ſimul pro totius reipub: tranquillitate pertinere videntur. In quam rem egregiè idem D. Graſwinckelius [a]: *Exigitur ut præſtitum hoc juramentum excipiat realis præſtatio, qua ea omnia & ſingula ex amiſſim perficiat, quæ fuerint promiſſa. Secus ſi fiat, hoc agitur, ut habeat perjurus vindicem Deum à ſua parte; ab altera,*

[a] D. tr. de jur. majeſt. cap. 12.

Digitized by Google

id eſt, à parte regni, ut ſit, agatque ſoluta, & per hoc perjurium nullis adſtricta vinculis, Regni ac ſubditorum religio. Et paulò poſt: *Ubi præſtatur jusjurandum pro jure regni, quæritur confeſtim ſubjectis duplex jus; Primum leges fundamentales regni ſartas tectas conſervari debere: poſterius, id ni fiat, quod & è veſtigio liberum ſibi fiat ad implementum jurejurando ſancitum, contendendi, atque annitendi, vel per ejuſmodi vias, atque media, quæ naturalis ſui defendendi ratio, & à ſe vim atque injuriam procul habendi cura, vel nullis legum formulis id ſancientibus juſta per ſe dictat eſſe, ac legitima.*

Nec eſt quod quiſquam exiſtimet leges funda- 19
mentales, ſive capitulationes majeſtate indignas, aut contrarias eſſe, vel quidquam majeſtati imperantium officere, cum poteſtatis, majeſtatis, imperii, libertatis, dignitatis, auctoritatiſve verba, non vitii, ſed virtutis nomina ſint, quę ipſa virtute, id eſt bonis legibus non minuuntur, ſed confirmantur, augentur; quandoquidem virtus virtuti non officit, ſed adjumento eſt. Non ab hominibus in hominum contemplationem privatam prodita, ſed ad bonum à Deo data, Principum pectoribus, ut Dei vicariorum, inſita. Quocirca & leges optimæ, pro reipub: ſalute facientes, non tanquam populi, ſed Dei leges conſiderandę; & Principes quaſi Dei eam ob cauſam hic in terris inter populos verſentur,

tur, ipſis quoque legibus imperio, ipſo majoribus, muniti. Quod innuunt Impp: Theod: & Valent: his verbis: *Et revera majus imperio eſt, ſubmittere legibus Principatum.* Majus, quia conſtantes & immutabiles per ſe, cum imperia variis mutationibus quandoq; abundent, & regere non poſſe impetum omnibus hominibus, atque adeò etiam Principibus, ut mortalibus creaturis, familiare ſit. Freno igitur malis ſunt, bonis auxilio, cum ne bonis quidem lex ſit, idque ut per eas imperia, atque in imperio Principes per Deum conſerventur, quippè adverſus Satanam Principes ſervare imperia non poſſunt, ſine ſingulari beneficio Dei, & ſubſidio magnarum virtutum, quod præcipuè in eo conſiſtit, ut quæ honeſtè, ac ſacroſanctè, invocato Dei omnipotentis nomine promiſſa ſunt, ad amuſſim ſerventur, non quidem coactè, ſed liberè, nimirum quia bonę ſunt leges, atque indubitanter ſaluti imperantium obedientium conducunt, pro quibus inventæ, ob quam rem à Deo nobis datę probantur. Naturalis etiam, & perpetua regula eſt, *juſtitiæ, æquitati parendum.* Hinc ſi quis ob juſtitiam, aut ob id quod lex pronunciata aut renovata eſt obediat, parum, aut nihil differt, actu intercedente ſolummodo diſtinguitur, omnes enim ſub lege, & ſecundum Ciceronem *legis ſervi ſumus.* Nulla inter

Digitized by Google

ſcriptum, & non ſcriptum jus, quoad obligationem, differentia; tantò magis obſervanda, quantò à majori, hoc eſt Deo, non chartis, ſed cordibus noſtris lex inſculpta ſit. Obſervanda, ne Princi- 20
pis vitio populus corrumpatur, evertatur; ne denique Princeps maximo ſui ſuorumq; periculo, peccato commiſſo ad pejus dilabatur. Quin imò inquit Satyricus:

Fœdius hoc aliquid, quandoque audebis amictu.
Nemo repentè fuit turpiſſimus.

Eradenda pravæ cupidinis ſunt elementa. Gladium qui ſumit, hoc eſt, qui ſine mandato, contra expreſſum populi conſenſum, contra juſtitiam æquitatemve publicam, extra ordinem commiſſi imperii, ſeſe rebus illicitis, atque adeò legibus regiis contrariis ingerit, is gladio peribit, vindictæ extraordinariæ pœnas metuet, vel ſaltem per injuſtitiam ſuam, reprehenſioni juſtiſſimorum civium ſubjicietur. Sic quondam admonitus Ferdinandus I. Hiſp. cum libertatem privilegiaq; Catalaunica imminuere conaretur: *Voſtre Majeſté ſcayt, qu'elle nous à promis avec ſerment, & s'eſt obligé de nous conſerver nos privileges, ſans contrevenir d'aucun d'iceux. Le meſme promirent les defuncts Roys, & l'accomplirent. Voyant que voſtre Majeſté ne les veut poinct imiter &c. Nous ſommes evermeillez, & nous affligeons, & pour*

voſtre

Digitized by Google

voſtre Majeſté, & pour nous. Pour voſtre Majeſté, à cauſe qu'il faict injuſtice, & pour nous, de ce que vous nous faictes injures, & quæ ibi plura ſequuntur. Ac ſanè miſerandum non minus quam deplorandum eſt, ex alterius calamitate lucrum quærere, loco juſtitiæ, æquitatiſque multorum cordibus inſculptum illud Hiſpanorum *Plus Vltra*, reperiri; undè evenire ſolet ut Princeps populi & populus Princi-
21 pis ruinam mutuo trahant. Rectè Buchananus de jure regni apud Scotos inquit: *Regem populi cauſa creatum; Neque bono rege quidquam præſtantius, divinitus nobis dari, neque malo peſtilentius poſſe. Et quia tanta non eſt bonorum copia, ut ſemper probi ſuppetant, quos eligamus: nec tanta naſcendi fœlicitas, ut ſors illa ſemper bonos offerat: ſi non quales optaremus, at quales quos conſenſus approbavit, vel caſus obtulit, pro regibus habemus. Ea autem quæ eſt in eligendis novis, vel in oblatis fortè naſcendi approbandis alea in cauſa eſt, uti leges cupere debeamus, quæ regibus imperii modum faciunt: quæ leges nihil aliud eſſe debent, quam boni Principis imago.* Laudabile eſt, & omnibus Principibus imitandum conſilium, quo Mæcenas Auguſtum apud Dionem inſtituit, ubi refert: *In ſumma conſilium tibi do, ne quandò abutaris potentia ejus, ſi non omnia ſimul facias quæ poſſis; ſed quantò magis omnia quæ ſtatueris potes perficere, tantò magis cura, ut optima quæq; tibi proponas.*

Ex-

Exemplo Caroli V. Imperatoris, cum Philippum II. Ordinibus Belgię offerret, ubi non ſolum accuratè, & ad amuſſim obſervari præcipit, quę promitterentur, ipſique Imperatori promiſſa fuerant, ſed prędictis Ordinibus communicandum curat; ut ſi quid in legibus fundamentalibus leniri, mutarive velint, animadvertere ipſi poſſent, & quæ deprehenderentur obſervari non poſſe, reformarentur.

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam ſi Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterque Penes
Serviat uni.

In quam rem piè Impp: Theod: & [a] Arcad: *Digna* 22
vox eſt majeſtate regnantis legibus ſe alligatum Principem profiteri. Si dignum ſit, longè ab indignatione abhorret; quoniam digni, & indigni continua inter ſe pugna eſt. Dignum majeſtate dum profitetur, Deum agnoſcit, à quo omnis bona lex eſt, & cujus imperio ſe liberè æquè ac dignè ſubmittit. Majeſtate imperantis dicit, ut eam à majeſtate regno ſuo ejecta diſtinguat. Alligatum inquit profiteri; *quia legem qui recuſat,* ut ait Sapiens [b], *Deo execrabilis eſt.* Inſequuntur Impp: *Adeò de auctoritate juris noſtra pendet auctoritas.* Rectè & divinè, jura ſi tollas & leges, de libertate, Imperatore, Rege, omni magiſtratu, poteſtate legitima, familiis, patribus, dominis

a *L. 4. C. de legibus.*

b *Proverb. 28. v. 9.*

nis maritis, actum eſt, in tragœdiam omnis ſcœna mutabitur. Tamdiu ab iſto periculo aberit Princeps, quamdiu ferrè frena ſciet, quę ſi quando abruperit, vel aliquo caſu diſcuſſa reponi ſibi paſſus non erit, unitas & magni imperii contextus in partes multas diſſiliet; idemque diſſentientibus dominandi finis erit, qui parendi primum fuerat. Nec immeritò majeſtas legibus ornata, lumini capſulæ adamantinę incluſo aſſimulatur, quod æquè, ſi non magis, ac ſi extra eandem poſita, lumen ſpargit ſuum; atque hoc modo conſervatur, ne ventis hinc indè expoſitum, extinguatur, aut diffluat. Majeſtatis etiam ſplendor circumſtante, ac non obſtante capitulationis fabrica, lucidus apparet, munitus tamen hac ipſa, ne per adulationes, folleſque adulantium mendaces, nihil quam *Plus Ultra* ſpirantes, abripiatur, & ſummam denique patiatur ecclypſin. Itaque majeſtas legibus ornatur, non minuitur & in conſervationem imperii perquam utilis, ac neceſſaria, utramq; paginam facit, qua ſe imperantes, obedientes contentes gerunt. Quin imò quibuſdam & illud adjicitur, ut tactis ſacroſanctis evangeliis, addito inſuper corporali ſacramento, juret Princeps recipiendus, omnia jura, privilegia, indulta, promiſſa, omnia, omnes imperii leges, articulos, confirmationes, & ratificationes firmiter

& inviolabiliter ſe ſervaturum, ne in perpetuum infringantur, per ſe, vel per alios minuantur, procuraturum. Violata ſi fuerint, abſque mora reſtituturum, & ni ea faciat, populum abſolutè liberum fore. Principi nullum omnino obſequium præſtare, neque in ulla re qua opus ſit, quamve ab ipſis perere, aut requirere poſſet, parere, donec quod ita commiſſum fuerit, correxerit, reſtituerit, ab eoque plenè deſtiterit, renunciaverit, officiaque omnia præter legum tenorem oblata, pro continuò deſtituta, vana, irrita habeant. Et ut inſuper quidquid deinceps contra prædicta attentari poterit, irritum ſit, neque pro validò unquam haberi poſſit; Quod ſe facturum quondam Philippus II. Rex, Provinciis Belgiæ noſtræ liberis ſpoſpondit.

CAP. LV.

DE TERRA NULLIUS, DERELICTA, ET PRÆSCRIPTIONE LIBERTATIS.

1. *Terra nunquam occupata occupanti conceditur.* 2. *Itidem terra derelicta.* 3. *Quid pro derelicto habendum.* 4. *De jure, quo terra derelicta præſumitur.* 5. *Contra liber-*

Digitized by

libertatem non præſcribitur. 6. Libertas longævi temporis conſuetudine, loco præſcriptionis, confirmatur. 7. Præſcriptio titulo non indiget.

1 Examinatis legibus fundamentalibus, ad alium acquirendi, ſive augendi imperii modum tranſeo: nempè occupationem terræ ejus, quæ nullius eſt. Et hæc vel occupata unquam fuit, vel non fuit. Si occupata nunquam fuerit, pleno jure ei cædit, qui prius eam occupaverit, & in poſſeſſione ſua retinuerit: Cum res omnis naturaliter ejus ſit, qui ei inſiſtit. *Unde*[a] *dominium rerum ex naturali poſſeſſione, ſive pedum poſitione cæpiſſe Nerva filius ait, ejuſque rei veſtigium remanere de his quæ terra, mari, cælo cupiuntur: Nam hæc protinus eorum fiunt qui primi poſſeſſionem eorum apprehenderint.* Quod præcipuè de terris inhabitatis intelligendum, cum Deus Opt. Max. in mundi creatione terram hominibus ſubjectam fecerit, atque eam poſſideri voluerit[b], ut colatur, humaniſve neceſſitatibus univerſaliter ac particulariter inſerviat. Talia igitur loca vacua occupantibus conceduntur, æquiſſima naturæ lege, qua ut dixi rerum ſine domino jacentium domini fiunt, qui primi eas poſſident; Et ut rectè ſummus Juris publica[c] antiſtes Grotius ait, *hoc juſtiſſimæ liberæ reipub: initium eſt, quippè quam populus origine ſua liber*

a *L.1.§.1. ff. de acq. vel amitt. poſſeſſ.*

b *Geneſ. 1. verſ. 28.*

c *tr. de Antiq. reipub. Batav. c.2.*

in libero ſolo conſtituit.

De terris antea poſſeſſis, ſed poſtmodum relictis, 2
ſequitur occupatione pro derelicto habitarum', li-
bertatis aream propè, vel procul extendi; Nec diſ-
putationi ſubjectum, ſi eadem terra pręſcriptione,
ſive uſucapione longi temporis poſſeſſa fuerit nec
ne, cum derelictarum rerum ea natura ſit, ut ſi pro
derelicto à domino habitæ, ab alio occupatæ fue-
rint, occupator ſtatim earum dominium acquirat;
Nam hic ut dereliquit, ſtatim ejus dominus eſſe
deſiit [d]. Pro derelicto habentur, quę dominus ea 3
mente reliquit, ut in numero rerum ſuarum ea am-
plius eſſe nolet [e]. Nullius facta, pleno jure cujuſli-
bet poſſidentis dominio cædunt, notiſſima juris re-
gula; ut quotieſcunque occupatio nulli adfert in-
juriam, nullius conditionem publicam, vel priva-
tam lædit; toties jure naturę poſſeſſionem juſtam,
& ex poſſeſſione juſtum dominium, admitti; quod
tam ad res ſoli, quam mobiles, tam ad ditiones,
quam res alias corporales ſpectat; quippè quæ iiſ-
dem modis deſinunt eſſe noſtræ, quibus acquirun-
tur [a]. Sic Hunnis Italiam vaſtantibus, Veneti ut
eorum Tyrannidem vitarent, in lacunas maris Ha-
driatici ſeceſſerunt, ibique urbem fœliciſſimis au-
ſpiciis condiderunt, eo loci, qui ab Imp: Orientali
propter Barbarorum metum derelictus fuerat, &
neque

d *§. qua ratione, 47. Inſtit. de rer. diviſ.*

e *§. feræ beſtiæ 12. Inſtit. eod.*

a *L. 1. ff. de derelict. l. nihil tam naturale ff. de Reg. jur.*

neque ab Occidentali Imperatore unquam fuit oc-
cupatus, nec à Barbaris illis oppreſſus; *Ergo*, inquit
Pacius [b], *libera civitas eſt, non privilegio, aut præſcrip-
tione, ſed quia ædificata eſt in mari nullius juriſdictione
tunc temporis ſubjecto.* Libera inquam eſt, quia ſum-
ma æquitate, ſine cujuſquam indignatione juſta,
4 occupata probatur. Nam majori jure hæc occu-
patio procedit, ſi prior dominus, rem occupari
certus, eædem occupationi ſeſe non oppoſuerit,
aut populo armis ſuppreſſo, populus ſupprimens,
terram amiſſam vindicare permiſerit. Tunc enim
licet incertum ſit, an ditionem iſtam reliquerit do-
minus, derelicta tamen præſumetur; quæ præ-
ſumptio legitimo temporē vallata, tantum opera-
tur, ut terra neglecta, præſcriptionis jure rectè ac-
quiratur: Quam poſtmodum repetere, quaſi rem
longè, & quieto dominio poſſeſſam, Hiſtorici va-
niloquiam vocant. Et Cicero inquit: *quam autem
habet æquitatem, ut agrum multis annis, aut etiam ſæculis
antè poſſeſſum, qui habuit, amittat?* Et Imp: Pius [c]:
*Parum juſtè præteritas uſuras petis, quas omiſiſſe te longi
temporis intervallum indicat: quia eas à debitore tuo, ut
gratior ei eſſes, petendas non putaſti.* Et hoc jus ne
te nomina civilia uſucapionis, aut præſcriptionis
fallant, non ex jure civili, ſed ex jure naturali pro-
cedit, quo quiſque ſuum poteſt abdicare; *& ex*

b tr. de domin. maris Hadriat. & D. Graſwinck. tr. de libert. Venet. ſ. 62.

c L. cum quidam §. divus ff. de uſur.

Digitized by Google

naturali præſumptione, ut idem ait Juris publici an-
tiſtes, *qua voluiſſe quis creditur*, *quod ſufficienter ſigni-
ficavit.* Quo cenſu etiam rectè accipi poteſt, quod
Ulpianus ait, *Juris gentium eſſe acceptilationem.* Et hoc
quoad res quę nullius ſunt, vel non amplius per ve-
teres dominos poſſidentur. Cæterum & hic in 5
queſtionem venit, num libertas populi præſcribi
poſſit. Et generaliter reſpondendum non contra,
ſed pro libertate præſcribi; nimirum quia inpræ-
ſcriptibilis libertas eſt, & quoad extra commer-
cium, eam per rerum naturam præſcribi non poſſe,
cum ea demum præſcribantur, quæ in commercio
ſunt [a], quorum nomine libertas non venit, quæ
cunctis, & ubique ſacroſancta eſt. *Quare nec in æter-
num*, ſecundum Præſidem [b] Everhardum, *omnimoda
libertas præſcribitur, ob favorem libertatis contra ſervitu-
tem, & in odium ſervitutis contra libertatem.* Et veluti
mortalibus adverſus Deum immortalem quid-
quam moliri non conceditur, ſic nec contra liber-
tatem præſcribi; non magis, quam ſi tyrannus jura
naturalia per ſe immutabilia, mutare velit, quod
indubitanter per ſe impoſſibilè eſt; ita etiam ut
cum plurima antiquitus præſcriptioni ſubjecta eſ-
ſent, liberi tamen hominis libertas ſpatio 30. anno-
rum non pręſcriberetur. Quod ſi pro libertate agen- 6
dum, intrepidè affirmandum, in favorem libertatis
con-

a *Arg. l. 3. §. divus ff. de ſepulcr.*

b *Conſil. 3. n. 17. & ſeqq.*

c *L. ult. C. de præſcr. 30. ann. l. ult. C. ubi cauſ. ſtat. agat.*

contra dominum antiquum pręſcribi poſſe; ac pro repub: immemoriali poſſeſſione, puta centenaria, quæ omni exceptione major eſt. Nec non teſtimoniis eandem confirmari, quibus per teſtis canitie venerabiles affirmatur; nec ſe vidiſſe, nec homines qui viderint, vidiſſe, audiviſſe, ſed in contrarium à majoribus ſemper intellexiſſe, quod populus, cujus libertas controvertitur, liber, nullius alterius populi poteſtati ſubjectus ſemper fuerit. Et hinc qui abſque dolo diu in libertate moratus eſt; ac permanſit, liber eſſe pręſumitur; niſi certò ſervus, eſſe probetur [d]. Et hoc, ſi pręſcriptio non ut modus acquirendi dominii, ſed tanquam exceptio ſpectetur, qua uti poſſunt laceſſiti ad repellendos eos, à quibus impetuntur: quia per hanc longiſſimam poſſeſſionem conſequuti ſunt jus, ut non teneantur titulum acquiſitionis probare. Nec talis præſcriptio modus acquirendi imperii eſſe poteſt, cum juris civilis ſit, atque obinde inter exteros populos liberos, Reges, Principes, non obtineat.

7 Porrò præſcriptio hæc, ut ita dicam, non requirit titulum, ſed vim tituli habet, & parit pręſumptionem juris & de jure, contra quam probatio non admittitur, oppoſitio omnis invalida eſt; quoniam æquipollet veritati, & pro veritate habetur, ut ſemet rerum dominia certa ſint. Opus igitur non erit poſ-

d L. intereſt. §. fin. l. igitur. §. poteſt. ff. de lib. cauſ.

poſſeſſoribus præſumptionem, nec titulum allegare, tempore ipſo ſic ſatis munitis, ut noſter Graſwinckelius prudenter admodum alibi admonuit, ubi inquit [a]: *Receptum eſt illud apud omnes ferè DDres immemorialem præſcriptionem non requirere titulum, utpotè cujus tanta ſit efficacia, ut non modo vim tituli habeat, verum per ſe quoque vel ſola reputetur pro titulo; quibus & hoc accedit, quod commune atque adeò receptiſſimo ſcribentum ſuffragio, immemoralis ejuſmodi præſcriptio parere dicatur præſumptionem juris, & de jure, qualis præſumptio quandoquidem ſimiliter per ſe ſola veritati non æquipollet modo, verum etiam pro veritate habetur, præſumptionem in contrarium non admittit.* Quare conſtanter concludendum quod longiſſimo tempore fides præſumatur, favor, & veneratio antiquitatis ſuppleat omnem probationis defectum, & inveterata poſſeſſio loco pacti, loco cauſæ, loco conventionis, loco privilegii, loco veritatis, loco tituli, loco juris pleniſſimi non-immeritò habeatur. Sic ut tantò tempore præcedenti in libertate populus verſatus, liber indubitatè, nulliuſve alterius populi poteſtati ſubjectus, jure poſſeſſionis longinquæ, in futurum æſtimandus ſit.

[a] *Tr. de libert. Venet. §. 62.*

CAP.

Cap. LVI.

DE FOEDERIBVS.

1. Introductio. 2. Majeſtates fide conjunguntur. 3. Fides nobis à Deo data. 4. Fide omnia ſubſiſtunt. 5. Fidem Romani ſemper coluerunt. 6. Fide ad tantam imperij molem pervenere. 7. Gravè fidem fallere. 8. Quatenus tyrannis, ſeditioſis & ſervis fides ſervetur. 9. In contractibus majeſtas, vim metumve pati non intelligitur. 10. Fœdus à fide dictum. 11. Fœderis contractus bonæ fidei. 12. Fœdus non niſi jure majeſtatis contrahitur. 13. Fœderis definitio. 14. Fœdus à pace, & Treuga differt. 15. In eum qui mandatum pangendo fœdere excedit, animadvertitur. 16. Fœderis objecta Perſonæ. 17. Res. 18. Actiones. 19. Origo fœderum. 20. Fœderum neceſſitas. 21. Cum quibus pangendum fœdus.

1 Hactenus de libertate, Regalibus, ac libertatis parecbaſi dixiſſe ſufficiat. Nunc quoniam externę etiam poteſtates maximè ad conſervationem libertatis conducunt, ex pręſcripto legis noſtræ, ac quidem ſecundum ejuſdem legis ordinem ad modum defendendæ, conſervandęque

3 Divina potentia actus ſuos explicare indè cum inceperit, ac Deus à fide ſua, & fidei datæ conſtantia potiſſimum ſe ſpectandum prębeat, non poteſt non perfecta hæc eadem eſſe. Præbuit ſanè in Paradiſo fidem ſtipulatus, atque arboris vitæ intactum robur, in fidei datæ ſervatæque pignus exſtitit; cujus quidem fidei pretium futurum eſſet ipſa æternitas. Quoquo modo etiam continuavit poſt lapſum, & acceptam datamque fidem, confirmavit. Ut ergo eſt ipſa fide nihil antiquius, tanquam ab ipſo Deo ſacroſanctè habitum implementum, atque exercitium fidei datæ, ita & è facili elucet ſupremum quid eſſe in ipſa fide, & ejus exercitio. Quin imò ex ſententia Ciceronis, *Nemo eſt qui non hanc affectationem animi probet*, atque laudet, qua non modo utilitas nulla quæritur, ſed contra utilitatem etiam con-
4 ſervatur fides. Hæc illa eſt, quaſi mundi ſal, qua ſublata quidquid eſt in hoc univerſo corruat neceſſe eſt. Hæc inter hoſtes armatos inducias facit, deditarum civitatum jura conſervat, ſine qua aut civitas, aut mundus, univerſa denique hominum vita ac ſocietas, nec ipſa quidem pax tranquillitate ſua, conſtare poteſt; Et idcirco non minus inter hoſtes, quam cives, in bello quam pace, hoſti contra quem bellum geritur, ſervanda. Cum fides fidem obliget, atque eam fallere penes JCtos gravè habetur [a].

[a] *L. 1. ff. de conſtit. pecun.*

 Quid

b L. 1. in pr. ff. de pact.

Quid enim, inquit Ulpianus [b], *tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ inter eos placuerunt, ſervare.* Hoſtes licet ſint, homines tamen eſſe non deſinunt, & cum homines ſint, promiſſi juris jure naturali, gentium, & civili capaces habentur; quocirca & ea omnia ex bona fide pręſtanda ſunt, quibus ſe invicem hoſtes obligarunt. In quem finem Silius Italicus;

Optimus ille
Militiæ, cui poſtremum, primumque tueri
Inter bella fidem.

Et tantum fidei à Romanis impenſum fuit, ut 5
eam in Capitolio vicinam Jovi eſſe voluerint; qua ſemel data, nullam rem inter mortales majorem, aut ſanctiorem veteres exiſtimarunt, nihil firmius fuit. *Fide niſi ſtet Reſpub:* inquit Bodinus, *opibus non*
ſtabit. Sic Aul: Gellius per fidem datam ſervatam- 6
que res populi Romani ad tantam amplitudinem perveniſſe compertum habet; cum non dubitarent exteri Reges, agnita Romanorum fide, populum Romanum tutorem minoribus filiis in regno ſuccedentibus, teſtamento dare. Quod exemplo Ptolo-
mei Regis Ægypti comprobatū eſt. Remotę etiam 7
penes Romanos omnes diſtinctiones captioſę fuere, quibus inter fidem privatè, vel publicè præſtitam diſſertabatur; ita ut qui fidem fefelliſſent, uſque adeò inteſtabiles, inviſique fuerint, ut arrepto vitæ tædio,

Digitized by Google

tædio; necem ſibi conſciverint. Eſtque pręclarum fidei exemplum M. Attilii Reguli facinus, qui extrema à Pœnis pati, quam fidem rumpere maluit.
8 Nec minus exploſa quorundam opinio, exiſtimantium tyrannis nullum omnino fidem ſervandam eſſe. Pactiones cum piratis initas non eſſe obligatorias, ſeditioſorumve cum ſupremis poteſtatibus conventiones, quoad ſeditioſos, nullo modo validas eſſe, multorum eſt opinio. Quid enim ſi juramentum interceſſerit? Non cui juraveris ſpectandum divus Hieronymus monet, ſed per quem. Eos verum quidem ſit eandem juris communionem non habere, quam inter hoſtes in bello ſolenni plenariè introduxit jus gentium; Attamen homines eſſe, unuſquiſque meminerit, hoc eſt, imagines Dei, humanitatè nobis ſimiles, & cum homines ſint, nihil ab ipſis alienum cogitari poſſe, atque hoc ipſum, quod inter homines convenit, jure naturali obſervari debere; Eleganti ac ſæpius repetendo JC[ti] reſponſo: *Quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ inter eos placuerunt, ſervare.* Nam & ſervis fidem ſervari veterum pietati placuit, credito Lacedemonios iram divinam expertos quod Tænarenſes ſervos contra pacta occidiſſent. Et Diodorus Siculus [l] nobis auctor, fidem ſervis datam in fano Palicorum, nunquam à quoquam do- *l Lib. 11.*

mino fuiſſe violatam. Nec omnia quæ licita ſunt, honeſta probantur, quin imò ſi ſumma poteſtas quidquam piratis, ſeditioſiſve promiſerit, quamvis ſtricta juris ratione fidem non ſervare poſſit, melius tamen feciſſe, ſi ſervarerit, exiſtimarem.
Nec recipienda eorum ſententia, qui quod per vim 9
metumve hoſtium actum eſſet, ratum eſſe non debere autumant, *Cum viro forti*, ut inquit Cicero, *vis adhibere nequeat*; Multo minus populo univerſo in libertatis majeſtate conſtituto, cui libertas citra ſubjectionem plenariam nullo unquam tempore, ne quidem momento abeſſe poteſt. Et cum magnanimitati Reipub: metus nec vis reſpondeant, merito illud ejuſdem auctoris notatu dignum: *Nulla res tanti exiſtat, ut poſſit majorem vim adhibere metus, quam fides.* Quocirca & omnia quę aguntur, quoad agentes, quoad illud quod agitur, libera pręſumuntur; nec quid explicari in illa pote, quod non ſit ex actu libero voluntatis, poteſtatis circa res liberas, eoque jure ſupremo, ac independente.

Hinc ergo ad introductam divinitus fidem pro- 10
pagandam, ſtabiliendam, conſervandam, fœderum uſus; à fide fœdus appellatum, quod in omnibus contractibus, ac maximè quidem in fœderibus, adeſſe fides debeat. Et cum fœderis conven- 11
tio bonæ fidei ſit, ſequitur interpretationem ejus

æqui

æqui boniq; patrocinio tutam eſſe, remota omni ſeveritatis, ſtrictive juris altercatione, quæ extra verba contractui inſerta, nullam admittere æquitatis rationem [a], & ad non cognita vel non dicta, minimè ſe extendere conſuevit [d], licet hoc forſitan contractui ineſſe tacitè videri poſſet. Pręcipuè etiam fœderis conventio bonæ fidei eſt, quia inter Principes, hoc eſt poteſtates ſummas, contrahitur; quorum contractus omnes bonæ fidei ſunt, cum nulli magis bona fides conveniat, quam huic cui omnes fidunt, quam his qui fidei ſervandæ cauſa
12 omnibus præponuntur. Fœdera autem conventiones ſupremarum poteſtatum eſſe ex iis patet, quod qui nullam poteſtatem publicam univerſalem habent, ſive propriam, ſive mandatam, contrahere publicè non poſſint. Horum numero ſubditi omnes, & ſubjecti ſunt. Quid enim validè contrahant hi, qui exemplo minorum propria imbecillitate laborantes, per alios regi neceſſe habent? Unde Scævola [b]: *Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando, quemquam alteri cavere poſſe*, affirmat. Quæcunque etiam gerimus, niſi ex noſtra perſona obligationis initium ſumant, inanem actum noſtrum efficimus; Et ideò ſtipulari, emere, vendere, contrahere, ut alter ſuo nomine rectè agat poſſe quemquam, JCtus Paulus negat [c]. Principibus igitur, ſum-

a *L. 2. §. 5. in fin ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l. 63. §. 1. ff. de rit. nupt.*

d *Arg. l. 3. §. 1. ff. de act. empt. l. 99. in pr. ff. de verb. obl.*

b *L. quo tutela. §. neq. de ff. de reg. jur.*

c *L. quecunq. ff. de obl. & act.*

ſummiſve poteſtatibus in ſalutem, ac pro ſalute reipub: electis, reipub: nomine liberis, ea qualitate nullius alterius poteſtati ſubjectis, fœderum pactio, & tutela incumbit: Nam niſi poteſtates ſummæ ſint, qui contrahunt, vel earum nomine per alios contrahatur, fœdus nullum ipſo jure exiſtit, neque id quod contractum, fœderis titulo dignum eſt; cum ejus placitum non privati, ſed publici juris ſit, ab ea ſola poteſtate dependentis, quę ſummam reipub: curam in ſe recepit. Et hinc publica conventio quoque dicitur, quoties inter ſe belli duces bono publico de pace, vel bello paciſcuntur[d]; Et fœdus, quoties diverſi Principes exteri, 13
aut populi liberi, ſive ſummi imperii jura obtinentes, ſalva cujuſque majeſtatis libertate, pacto publico indefinitè, vel ad certum tempus, ſeſe mutuo ſolenniter obligant ad amicitiam colendam, fidem præſtandam, auxilia mutua habenda, hoſtes communes habendos, ac de pluribus aliis ex relativis populorum fœderibus petenda, inter ſe conveniunt. Et fœdus à pace, treuga, ſive induciis diſ- 14
tinguitur; Quod pax ſit, hoſtium inter ſe certis conditionibus de bello in totum tollendo legitimè facta tranſactio. Treuga, ſive induciæ, ſint conventio hoſtium mutua, ne certò quodam tempore continuò, ſeſe invicem armis obſint. Si à parti- 15
cula-

[d] L. 5. ff. de pact.

cularibus eà in re, citra majeſtatis juſſionem ſpecialem quidquam pactum fuerit, & in malam rem quidam egerint, conjuratio propriè dicitur, conſilium ſceleratiſſimorum appellatur; admodum jure odioſum, ut etiam poſt mortem nocentium hoc crimen inchoari poſſit, convicto mortuo memoria ejus damnetur, ædes ipſius diruantur, ejuſque bona
16 ſucceſſoribus ſuis abripiantur [a]. Nunc ad fœderis objecta tranſeo, perſonas nempè, res, & actiones. Circa perſonas in fœderibus verſatur libertas, hoc eſt, requiritur, ut ij cum quo fœdus pangitur liberi ſint, juris ſui retinendi, conſervandi poteſtatem habeant. Sic Romani promiſerunt liberam fore Carthaginem, perſonas ſolummodo intelligentes. Sic Rex Hiſpanię liberos nos populos, ſocioſve noſtros liberos agnovit, & fœdus nobiſcum iniiſſe, ut cum liberarum nationum, ac civitatum ordinibus profitetur, taleſque eos à ſe haberi, & nihil à ſe in ipſos juris obtendi. Quod ipſo etiam actu confirmatum: Nam ſi liberi non fuiſſemus, nullo jure nobiſcum fœdus iniri potuiſſet, nihil ex eo fœdere validum extitiſſet. Quocirca evenit, ut dum fœderis unicum fundamentum libertas eſt, & hac ipſa pacta omnia contineantur, conficiantur, fœdus fœderiſve conventa omnia nullius momenti ſint, niſi prius poſita, confirmatave libertate perſonali. Quæ tamen

[a] L. fin. in pr. C. ad L. jul. majeſt.

Digitized by Google

perſonalis libertas, & fœdus ab hinc vel in totum, vel pro parte perſonalè dictum, per ſe tandem ulterius ſeſe non extendit, quam ad perſonas cujus nomine, quorum intuitu hoc, vel illud perſonaliter alter alteri dare, facere, agere, promiſit. Atque idcircò perſonale dictum, quod ſpecialiter ex contractu perſonas obliget ad dandum, faciendum, agendum quod inter eos convenit, non ut hoc ad actus promiſſos, per alios faciendos, ſeſe extendat; cum iidem ad res, non ad perſonas propriè pertineant. Res ſunt, quæ in fœdus præter libertatem de- 17
ducuntur. Et omnia quæ cum libero populo aguntur, eive promittuntur, ſui natura realia ſunt; quare rei appellatione multa contineri non immertò JCtus Ulpianus[a] affirmat. Hæres, vel publicę ſunt, vel privatę. Privatę, non ut privatę, ſed ut ad ipſum corpus reipub: referantur. Publicæ, quæ totum reipub: corpus concernunt; reſpectu proprio, reſpectu aliorum. Aliorum reſpectu, puta cum alios etiam liberos populos ſub fœdere comprehendunt. Reſpectu proprio, ſi cauſa libertatis proprię ita cum aliis contrahant, ut per eos libertas ipſorum defendatur, protegatur: nam eo caſu, licet fœdus ſolius libertatis tuendæ cauſa contrahatur; nec non ut defenſio hęc tanquam res promiſſa pręſtetur, ſequitur nihilominus hoc fœdus reale eſſe, licet perſonæ, per-

[a] L. 5. in pr. ff. de verb. ſign.

Digitized by Google

perſonarumve libertas interveniant. Sic & jura, & ea quæ jure exiguntur, res nuncupantur, incorporales ſcilicet, de quibus JC[tus]: *Qui habet actionem ad rem, ipſam rem habere videtur*, ubi totum illud quod actionibus exigi poteſt, rem appellat. Quo numero cum & libertatis tuendæ promiſſum pertineat, nempè ut ad hoc faciendum promiſſor interpelletur, dubio caret, quin rei nomine libertas hęc quoque contineatur. Nec ob id quod fœderibus perſonæ interveniunt, ſtatim fœdus perſonale ſenſendum, quia auctoribus Pedio, & Ulpiano [b]: *Plerumque perſona pacto inſeritur, non ut perſonale pactum fiat, ſed ut demonſtretur, cum quo pactum factum ſit.* Quocirca ſi pacto perſona nulla ſit adjecta, non dubium quin reale ſit. Si verò perſonæ mentio interveniat; non utiq; ſequitur eſſe perſonale, verum mens contrahentium inſpicienda eſt, an perſona adjecta ſit, ut pactum reſtringatur, an verò ut demonſtretur, cum quo pactum factum eſt. Atque in dubiò pactum præſumitur reale, non perſonale, niſi contrarium [c] probetur, vel evidenter appareat. Proindè etiam ſi demonſtretur, fœdus generaliter conſervandæ libertatis cauſa initum, nec de tempore conſtet, vel etiam adjectum fœderi reperiatur, ut perpetuum ſit, factumve in bonum regni, ut ajunt, proculdubiò ſui natura reale idem fœdus erit; ni-

[b] *L. juriſgentium* §. *pactum ff. de pactis.*

[c] *Arg. l. ſi neceſſarias.* §. *de vendendo ff. de pign. act. & l. 9. ff. de probat.*

Digitized by Google

mirum quia rem, hoc eſt, conſervationem totius reipub: complectitur, cujus ſubjectum ut permanens ſemper eſt, morte hujus, vel illius non extinguitur, cum non perſonis, ſed reipublicæ inhęreat. Reipub: inquam, cujus cauſa factum fœdus eſt, cujus intuitu reale à republ: vocatur. Admodum quoque, ut licet alii Principes temporis curriculo adſint, *quam fœderum* tabulis inſerti probantur, (cum fœdere contrahendo non perſona, aut res inſpecta fuerit, ſed ditio ipſa) non deſint opiniones exiſtimantium, manente eodem corpore, eadem ſalute publica, fœdus idem obtinere; cum eodem populo, eodemque rege, vel ejus ſucceſſore, dum circa novi Principis inaugurationem ab utraque parte jura, privilegia omnia, conventiones omnes vulgò confirmantur. Et hoc niſi ſecundum eximium Grotium, regni invaſor exiſtat. Nam fœdus quod cum juſtis, & legitimis Principibus initum fuerit, aliis non prodeſſe, qui nullo jure imperium tanquam ſuum occuparunt, illa T. Quinti Flaminini apud T. Livium, cum Nabidem Lacædemoniorum tyrannum fœdera cum antiquis Lacædemoniorum Regibus pacta allegantem, confutaret, evincunt. *Amicitia & ſocietas*, ajebat, *nulla nobis tecum, ſed cum Pelope Rege Lacædemoniorum juſta, ac legitima facta eſt, cujus jus tyranni quoque qui poſtea per vim tenue-*

tenuerunt Lacedemoniorum imperium (quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupaverant) uſurparunt, ſicut tu quoque hoc Macedonico bello feciſti. Nam quid minus convenire, quam nos qui pro libertate Græciæ adverſus tyrannos gereremus bellum, cum tyranno inſtituere amicitiam. Verum enim verò mutata reipub: forma, veluti Democratia in Monarchiam, ac vice verſa, fœdera licet realia, ſuo jure per ſe continuata non videntur; quoniam res eadem non eſt, etſi idem populus ſit, quandoquidem ſecundum Ulpianum; mutata reipub: forma, ſubſtantia rei quoque perimitur [a]; Nimirum, quia forma dat eſſe rei, qua ſublata ne rem quidem eandem exſtare, indubitati juris eſt; pręſertim cum jus quęſitum in regiminis ſpecie ſit, quo ſublato, & ipſum jus tolli neceſſe eſt. Et ſic in jure, cum non conſiſtat eadem rei ſpecies, res eadem non exiſtere dicitur [b]. Qui igitur fœdus iniit cum Democratia, fœdus ſibi nullum cum Monarchia pręſumat; Et cum diverſę ſunt adminiſtrationum ſpecies, diverſæ quoq; fœderum cauſæ pro hac vel illa Monarchia, Democratia, Ariſtocratia eſſe poſſunt. Nec ad rem pertinet, ut fœdus reale ſit, quandoquidem re extincta, ſcilicet Monarchia, aut Ariſtocratia, fœdus quoque quod pro objecto regimine Monarchicum vel Ariſtocraticum habebat, ipſo jure peremptum exiſtimari debeat. Hoc

a *L. 9. §. 3. ff. ad exhib.*

b *per l. 76. ff. de judic.*

Digitized by Google

Tarquinii Superbi à Romanis expulſi, & principatu, ac regio imperio in rempublicam popularem mutato, eventu comprobatur. Negabant enim Sabini fœdera cum Tarquinio inita obtinere, Romaniſve prodeſſe. Quam ſententiam Hernici amplectebantur, dum inquit Dion. Halicarnaſſeus: *Reverſi legati, reſponſum quod ab Hernicis acceperant, renunciarunt; eos ſcilicet negare, unquam ſibi ullum interceſſiſſe cum P. R. fœdus. Quod autem cum Tarquinio ictum ſit, finitum eſſe, imperio ei adempto, eoque mortuo in exilio.* Cæterum tamen ſi nulla mutatio circa regiminis formam acciderit, alia quævis mutatio accidentalis fœderi reali nihil officit; ſed ut contractum reale fœdus eſt, perſonas præſentes, & futuras æqua lance fœderi, & adjectis fœderi legibus adſtringit, ut ea præſtent quæ deberi, ea perſequantur quæ præſtari ſibi convento fœdere, æquo jure videbuntur. Quales perſecutiones in jure vulgò (tan- 18
quam juris civilis media, ac remedia) actionum nomine inſigniuntur; quæ actiones jure publico, plurimū quandoq; à jure privato diſcrepante, nihil aliud quam exercitia fœderis ſunt, quibus unuſquiſque agit, cum eo qui ſe ex contractu, vel maleficio obligavit, adverſarium ei dare, agere, facere, vel non facere quidquam oportere intendit; quæ omnia ex natura, & conditionibus fœderum initorum de-

Digitized by Google

determinantur, ex jure gentium, non verò ex jure civili Romanorum, quatenus talè eſt, interpretantur, ut profundius ea ad paragraphum ultimum hujus legis à me recenſentur.

19 Origo fœderis ex hiſtoriis ſacris profaniſq; magis, quam ex Digeſtis, aut Codice cognita, antiquiſſima non minus, quam nobiliſſima eſt. Nam ut primum populi à Deo conſtituti ſunt, & Reges per Deum regnarent, fœderum uſus introductus. Quin imò Deus ipſe cum Abrahamo de ſemine multiplicando, terraque exterorum inhabitanda, fœdus promiſſorium pepigit[a], dum inquit textus: *In illo die pepigit dominus fœdus cum Abram dicens, ſemini tuo dabo terram hanc à Fluvio Ægypti, uſque ad Fluvium magnum[c] Euphratem.* Sic & Deum cum populo ſuo ſępius fœdus iniiſſe paſſim in ſacris teſtimonio Prophetarum conſpicuum eſt; nec non antiquum fœdus renovatum fuiſſe, dum ait Jeremias[b]: *Ecce dies veniet inquit dominus: & feriam domui Iſrael, & domui Juda fœdus novum. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam; Et ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.* Hujus uſus quam frequens, ac quam neceſſarius inter gentes factus fuerit, vix ignorant qui in ſaltibus Indorum educati ſunt; cum vix fieri poſſit, ut quis abſque fœdere in hoc ferreo ſæculo ſubſiſtat, cum penè reſpub: nulla exiſtat, quæ

a Geneſ. 12. verſ. 7. c. 13. verſ. 15. c. 26. verſ. 3.

c Geneſ. 15. verſ. 18.

b Cap. 31. verſ. 31.

quæ in armis non ſit, fœdere careat, aut carere poſſit. Undè etiam JCtus Proculus tanquam rarò accidens, civitatis non fœderatæ, in hac noſtra lege *Non dubito* mentionem nullam facit. Neceſſitas 20
autem in eo conſiſtit, quod quia non omnè fert omnia tellus; alterius ope indigeat, unius populi
a 2.Chron.2. copia alterius inopiæ ſuccurratur[a]; quæ civitas ſeſè ſola defendere nequeat, ſacroſancta fœderum fide, auxilio fœderatorum conſervetur, ac junctis viribus fortior evadat, juxta illud:

Conjunctos faſces frangere nemo poteſt.

Ea etenim veri fœderis natura eſt, ut diverſa membra ita conjungat, & in unum corpus quaſi coaleſcat (ſalva tamen in ſuos imperandi, vetandi majeſtate) ut unum pro alterius conſervatione, caput pro membrorum illæſa tutela, & vice verſa, membra pro capitis defenſione, indiſtinctè, liberè, ac libenter auxilium, operam, & laborem impendant; ſic ut duo, vel diverſa corpora uno ſpiritu conjuncta videantur. Et hinc fœdus ut ferrumen, & vinculum poteſtatum ſupremarum, ad avertendam imperii mutationem, diminutionem, everſionemque pro utilitate utriuſq; mutua, plurium neceſſitate, damni averſione, & in hoſtes retaliatione initur. Hujus beneficio diſperſi miſerabiliter populi minores convocantur, collocantur, atque inſepa-

ſeparabili nexu ita conjunguntur, ut contra omnem externam machinationem ſubſiſtere, contra omnes inteſtinas conjurationes, ſeditiones, commotiones per fœderatos junctis viribus pericula propulſuri, formidabiles eſſe poſſint. Concordia conſtantes, diſcordia perituri, & ſubdito diſſipationis opprobrio alterius ſuperioris potentię ſuperbientis ceſſuri. Ita enim quandoq; in rebus humanis comparatum, ut pingui pinguiores, magni majores, fortes fortiores evadere deſiderent. Sic Brennus à Romanorum Legatis interpellatus, quo jure Hetruriæ quandam urbem obſideret, reſpondit; *Jure naturali hoc faciendum, quo is qui minus fortis eſt potentiori cedere jubetur.* Ariſtides oratione ad Rhodios habita, inquit: *Lex eſt naturæ à potentioribus planè clarior facta, ut majoribus minores pareant.* Nec ebullire terrę filii erubeſcunt, *Hanc legem ut à majoribus accepimus, ita in perpetuum poſteris relicturi ſumus.* Quorum venenoſis morſibus cum fœderum antidoto mederi poſſit, ſequitur fœderum uſum pro conſervatione rerum publicarum per quam neceſſarium, ac ſalutiferum exiſtere.

21 Non tamen indiſtinctè cum omnibus pangendum fœdus eſt, verum hi maximè in ſocietatem aſſumendi qui potentia, auctoritate, dignitate nobis pares ſunt, ne in ſuperiore arundinem [b] quæras & in-

[b] 2. Reg. 18. verſ. 21. & ſeqq.

invenias corpori tuò peracuris apicibus, & lateribus ſuis perforando; Ne in inferiore parieti caduco inſiſtas, fidaſque, aut gentem eligas, cum qua cadere poſſis. Probitas etiam gentis fœderandę illęſa examinetur, ne levitate, inconſtantia, & malo in fœderatos animo quiſquàm decipiatur, ne exterorum morum contagione, cives religioſi contaminentur; ut de Græcorum perfidia, atque adulatione [b] alibi Juvenalis graviſſimè conqueritur, quod viris bonis, civibus Romanis amplius in urbe locus non ſit. Cum impiis etiam dubia ſunt, ac periculoſa fœdera; & fœdus fidelium ob fidem tantum firmum eſt; Quocirca cum infidelibus contrahenda fœdera non ſunt [a]. Contracta tamen, quoad honeſtas conditiones contractui adjectas, ad unguem obſervanda. A parte enim fidelium nihil magis quam fidem datam ſervare oportet, maximè dum à parte infidelium, fœderum leges ſanctè cuſtodiuntur, obſervantur. Ulterius quoque populi eligendi ex præſcripto Livii: *Quorum auxilium nobis multum prodeſſe, hoſtibus noſtris obeſſe poſſit*. Et quorum ſimilitudo politiæ, religionis, & morum, atque idem intereſſe animorum, conjunctionem inſeparabilem producat, ne alioquin aliorum peccatorum, & pœnarum particeps quiſquam evadat; ne ex diſpari nexu confæderationis tabulæ in diſcordiam

pro-

b *Satyr.* 3.

a *Exod.* 23. *v.* 32. & 33. *cap.* 34. *v.* 12. & *ſeqq.*

prorumpant, diſcordia bellum producat, aut quod pejus eſt, ad Leoninam ſocietatem paſſivam fœdere inferiores dilabantur.

CAP. LVII.
DE FOEDERUM DIVERSO JURE, AC NATURA.

1. *Fœdera legibus constant.* 2. *Pro fœderum interpretatione regulariter gentium juri locus eſt.* 3. *Superior fœdere de quibuſdam rebus inferioris ſui cognoſcit.* 4. *Ubi quis deliquit, ibidem juſtè puniri poteſt.* 5. *Quatenus jus ſuperioris in fœdere, ſupra inferiores ſeſe extendat.* 6. *De fœderis Principe, ejuſque jure in inferiores.* 7. *Ubi Princeps fœderis non eſt, omnia ex conventione terminantur.*

1 Huic tamen vitio ut quantum poſſibilè maturius provideretur, fœdera iniri non ſimpliciter, ſed ipſis legibus conſtat, ut earum beneficio reſpub: jure tuta eſſe poſſit, quamobrem etiam JCtus Papinianus legem *communis reipub: ſponſionem* appellat, ad quam omnes vitam inſtituere debent, ut inquit Orator Demoſthenes. Quo illud accidit, ut quodcunq; pangendo fœdere convenit,

jure particulari eo modo quo conventum eſt, determinetur, cum nihil magis generi humano, ac præſertim ſummis poteſtatibus, imperium à Deo obtinentibus, proprium eſſe debeat, quam fœderis conventi fidem ſervare. Nimirum, quia & eorum poteſtas à fide dependet, cujus ſe ſervos Principes liberè profitentur, eam violare nefas ducunt, ejus violatorem in propria externave perſona non ferentes, non patientes. Atque hoc quoad fœdere inter ſe populi clarè, apertiſque verbis paciſcuntur.
In reliquis verò, conſtituto fœdere pro ejus natura, 2
non eſt niſi gentium juri locus. Par enim in parem imperium non exercet. Nemini licitum in alium plus juris exercere, quam in ipſum tranſlatum eſt. Nec ſuſpicione perverſa caret, qui ſe judicem cauſæ propriæ ingerit. Et cum diverſæ gentes ſint, & ab his gentibus uſu exigente introductum, ut pro humanis neceſſitatibus quædam communi gentium judicio reſervarentur, nec minus obſerventur, quæ inter gentes conſtituuntur, vel etiam tacitè introducuntur, æquum omninò eſt, ut quod inter gentes omnes ratione naturali convenit, peræquè apud omnes cuſtodiatur, ac præſertim per eos ad quos ea res pertinere videbitur [a]. *Nam de quibus cauſis ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet, quod moribus, & conſuetudine inductum eſt:* Hoc eſt, in iis re-

[a] *L. de quibus 32. ff. de legib.*

rebus quæ jure particulari determinatæ non ſunt, pro natura fœderum jura gentium implorari debere, ut apud omnes populos fieri conſuevit. Quorum conſuetudini in cauſa juris controverſi cum fœderatis, ſi quiſquam ſe opponere auſu temerario tentaverit, juris gentium violator non immeritò
3 exiſtimandus eſt. Quocirca licet pro natura fœderum ſic regulariter eveniat, ut præter id quod conventum eſt, jura non extendantur, accidit nihilominus aliquando pro natura inæqualis fœderis, ut juris civilis exercitium in cauſis cognoſcendis, finiendiſque in civitatibus, & oppidis confœderatorum inferiorum interdum etiam intercedat ejus gentis, cujus res in fœdere ſuperior eſt. Sic Romani exules, qui & hoſtes Romanorum judicabantur, non poterant in civitates fœderatas inæquali fœdere Romanis junctas, ſecurè commigrare. Banniti, ex civitate fœdere ſuperiori, banni etiam ex civitate fœdere inferiori intelligebantur Nam ibi permanere ſi paterentur, majeſtas populi ſuperioris non modo non conſervaretur, ſed ſperneretur. Profugi, & fugitivi ſi non traderentur, auctoritas, & dignitas ſuperioris violata, criminis rei contra fidem & obſequium majeſtati ſuperioris debitum ſalvi, conſervati, defenſi forent; quod pacto fœderis inæqualis planè non convenit, quin imò contrarium

Digitized by Google

rium eſt, quo expreſſum, ut populus fædere inferior, alterius populi ſuperioris nempè ex fædere, majeſtatem comiter, id eſt, reverenter conſervet; quod fædus idem operatur, ac ſi expreſſa lege municipali caveretur, ne bannitus ejus qui fœdere ſuperior eſt, in civitatem fœdere minorem, commigrare poſſit; nec enim ſpernere quis judicia ſuperioris, eodemq; momento majeſtatem ejus in eodem ſubjecto comiter, obſervari velle præſumendum. Præterea & hoc jure ſuperior in fœdere adverſus inferiorem utitur, ut & in damnatos ex civitatibus fœderatis animadvertat, juxta Proculi verba: *Et in eos damnatos animadvertimus.* Nec ſilentio prætereundum, illud deſideratum, ut primum apud fœderatos ex delicto penes fœderatos commiſſo, cives fœderati fuerint damnati, tunc enim animadverſioni demum locus erat, & plecti à Romano populo delinquentes poterant. *Nam alioquin,* inquit Budæus ad l. noſtram, *non licebat Romanis magiſtratibus in illos populos ita jus dicere*; cum unuſquiſque delinquens magiſtratum proprium retinuiſſe credatur. Et magiſtratus proprius qui ſe cauſæ delatæ non immiſcet, innocentiam accuſati probatam habere videatur. Attamen ſi civis populi fœderati 4
in aliena Provincia, puta amicam civitatem, vel etiam externam quandam, non ſociam, deliquerit,

patro-

patrocinio ejus quod dicitur, *ſocium in ſocii ſubditos jus dicere non poſſe*, tutus minimè erit; cum eum in hac noſtra lege maneat certiſſima juris regula. *Et fiunt apud nos rei ex civitatibus fœderatis.* Fiunt cum ait JCtus, reos antea non fuiſſe eos, ſed delicto factos, deſignat. Delicto ſcilicet in repub: Romana commiſſo. *Fiunt apud nos*, cum inquit, pro populi Romani magnitudine, & excelſa majeſtate, qua reges ipſos tanquam inſtrumenta ſervitutis habebat, reſpondit; quaſi nullum delictum in imperio Romano perpetratum, nulla perſonarum qualitas exiſtat, quę à reatu quenquam excuſet. Ubi enim delictum perpetratum, ibidem & delicti pœna infligenda. Ubi unuſquiſque nocuit, eodem quoque loco conveniatur[b]. Imò nec ipſa Legationis dignitas penes Romanos ab accuſatione immunis fuit, nec reatu excluſa[a]. In cęteris indiſtinctè ſanctas ſervare mentes omnibus convenit, qui de ſe ſanctitatem pręſumunt, profitentur. Inviolabilem fidem præſtare, qui fide ſeſe defendere conantur. Ac jura divina, naturalia, gentium inconcuſſa exercere, qui juris divini, naturalis, gentium auſpicio ab omni machinatione moleſta, lite damnoſa, condemnatione odioſa, vel etiam executione alioquin intolerabili, illæſi eſſe deſiderant; de quibus plura circa finem
5 hujus operis ſuo ordine dicentur. Perfectiſſimi

hujus

b L. 1. C. ubi de crimin. agi. oport.

b L. 1. C. ubi Senat. & clariſſ. l. 12. C. de dignit.

hujus fœderis quo alter alteri ſuperior, exempla in Babylonico, Perſico, Græco, & Romano imperio ſunt; Quandoquidem in iiſdem Nabuchodonoſor, Darius, Alexander, populus Romanus multis aliis populis, regibuſve liberis, ſubjectiſve præerant. Horum omnium juris civilis quoque exercitium in fœderatos fœdere inferiores, latiſſimum fuit, idque præcipuè cum de rebus ad commune bonum ſocietatis pertinentibus, ageretur. Cum alea majeſtatis ſuperioris, ſive etiam comiter ejus majeſtatem conſervandi quæſtio verſaretur; aut de magiſtratibus ſummorum imperiorum obedientis, tributis præſtandis, vectigalibus exſolvendis, prȩter pacta conventa, quidquam in dubium traheretur; aut ſuperiores ilicò armis, militibus, pecunia adjuvandi, pro majeſtate conſervanda, eſſent. Et hoc clarius etiam ex Perſici poteſtate[a], ubi Darius Dux fœderis, & ex Symmachia Grȩcorum redditur; ubi ex fœdere Agamemnon Rex regnum appellatur; manentibus nihilominus regibus juris ſui, dominiſq; ſubditorum ſuorum, & ad illam modo expeditionem ſub Agamemnone militantibus, & ad comiter ſuperioris majeſtatem conſervandam obnoxiis. Nam hic de rebus communibus tanquam electus 6
Princeps fœderis, etiam ſociis æquali fœdere ſibi junctis imperabat; quaſi tantȩ majeſtati privatas uti-

[a] Daniel. 11. v. 22.

utilitates negligere, res communes ſupra cæteros curare deceret; nec pati, ut quiſquam à ſuo fœdere divelleretur, nedum libertate ſua privaretur. Exercendo imperium ſuum in fœderatos, non ut eos ſubjectos vellet, ſed pecuniam, milites, naves à fœderatis exigendo eos ſalvos faceret. Sic & qui Roma in Græciam tranſibant, ad ordinandum ſtatum
7 liberarum civitatum tranſmitti dicebantur. Cæterum tamen ſi fœderis Princeps nullus reperiatur, (quod accidere ſolet, cum omnes pari fœdere, ęquali dignitate, auctoritate, inter ſe conveniunt) nihil validum eſt, niſi ex præcedenti fœderatorum particularium conſenſu agatur. Si delegatos ſuos æquo fœdere juncti ad negotia communia gerenda in generali conſilio temporaneo, ſive perpetuo offerant, poteſtatem omnem aut à principalibus ſuis, aut à fœdere inter fœderatos pacto, obtinent; non qua delegati, verum quatenus vicem liberorum populorum inter ſe gerunt. A principalibus, ſi quidquam ſpecialiter in mandatis, citra alterius populi lęſionem, acceperint. Pacto fœdere, ſi inter fœderatos convenerit, ut pro ſalute publica in cauſis, fœderum legibus additis, jus quoddam generali nomine in repub: ſingulari libera exerceatur. Quod tamen citra principalium adhuc conſenſum ſpecialem, executioni mandari non poteſt; multo

Digitized by Google

minus, ut ſine prævio populorum liberorum placito, citra conventionem publicam, in rebus arduis, infame vitium, damnum irreparabile, annexum habentibus, quidquam rectè agatur; præſertim in territorio populi liberi, qui ſupra ſe neminem, niſi majeſtatem divinam agnoſcit, non eos qui ad officia gerenda vocati proſiliunt, quoniam eorum auctoritas ut ab aliis dependet, ut mediatè pro aliis intercedunt, majeſtate præditi per ſe non ſunt, verum juriſdictioni alterius, nempè principalium ſuorum ſubjecti, penes quos ſolos inſeparabiliter reſidet illud incommunicabile Imperium abſolutè ſummum, nulli ſubjectum, ſoli Deo obnoxium. Quod cum ita ſit, abſurdo abſurdius videretur, ut eo modo ſubjecti, in alieno imperio, extra territoriū proprium, majeſtate per ſe pręditi pręſumerentur.

CAP. LVIII.

DE FOEDERE ÆQUALI.

1. *Fœdus aliud æquale, aliud inæquale.* 2. *Qui fœderati dicantur.* 3. *Quid ſit æquale fœdus.* 4. *Quatenus illud ſeſe extendat.* 5. *Æquale fœdus perfectiſſimum.*

His pręmiſſis facilè intelligendum, fœdus unum 1
cum ſit natura, ut non eſt niſi una fides vera,

&

& ſincera, ita exercitio fœdera ſolummodo diſcerni; quę modo æqua ſive æqualia, modo inæqualia ſunt, idque ex pręſcripto legis noſtræ, ubi ait JCtus. *Sive is fœderatus eſt, ſive æquo fœdere in amicitiam venit, ſive fœdere comprehenſum eſt, ut hic populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret.* Quæ verba omnia, ut accuratè ad animum revocemus, noſci primum, oportet, quid illud ſit fœderatum eſſe; ac propriè fœdere æquali, vel etiam inæquali in populi Romani amicitiam veniſſe.

2 Fœderati itaque populo Romano erant, cum quibus populus Romanus amicitiam, ſocietatem, vel fœdus inierat [a]; undè & hi ſocii Romanorum nuncupabantur, licet æquali, licet inęquali fœdere Ro-

3 manis juncti eſſent. Æquale rurſus fœdus dicitur, cum pares bello, æquo fœdere in pacem & amicitiam veniunt. Cum una ſalus, una lex ambobus, pluribuſve eſt; ait enim Virgilius:

Nec mihi regna peto, paribus ſed legibus ambas
Invictas gentes, æterna in fœdera mittam.

Æquum ſive æquale dictum, quod veram utraq; ex parte æqualitatem habeat. Et ſic fœderatus alter alteri ſuperior non eſt, ſi ſcilicet, quemadmodum teſtatur Livius, *pares bello, æquo fœdere, in pacem atque amicitiam veniunt.* Et repeti, reddique ex hoc fœdere per conventionem res amiſſę poſſunt. *Ete-*

[a] *L. 19. §. 3. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.*

nim, inquit Proculus, *quid inter nos, atque eos poſtlimi-
nio opus eſt, cum & illi apud nos & libertatem ſuam, &
dominium rerum ſuarum æquè apud ſe retineant, & eadem
nobis apud eos contingant*. Sic ut ſecundum JCtum in-
ter populos æquali fœdere junctos, æqua menſura
omnia metiantur, atque Imperatoris teſtimonio,
omnia una eademque lance trutinentur. Expectans una
reſpub: tantum ab altera fœderata in bello com-
merciove, quantum ipſis pacto placuerit. In
a 2.Reg.3. verſ. 7. 1.Reg.22. verſ. 5. 2.Paral. 18.verſ.3.
bello inquit Joram Regi Joſaphat[a]: *Sicut ego ſum,
ſic tu es, ſicut populus meus, ſic populus tuus, ſicut equi
mei, ſic equi tui.* In commerciis paritas conſtat,
quando inter plures convenit, ne vectigal ullum
ſolvatur. Hic ille non plus minuſve alteri ſolvat.
Pari jure mercatores civitatis utriuſque utantur;
quaſi quovis modo, quos potentia, rerum affluen-
tia, auxiliis ferendi facultas, quæq; his ſimilia ſunt,
fide æqua, vera, conſtante, nihil juris tribuente
pari in parem, conjunxit, reciprocè inter ſe conſpi-
rent. In hunc modum Lacedemoniis, & Archivis
placitum fuit, fœdera & ſocietatem inter ſe eſſe in
annos quinquaginta, *æquo & pari jure diſceptare pa-
trio more*. Salva tamen Lacedemoniorum, Archi- 4
vorumque majeſtate. Nam licet fœdere æquali,
ſive etiam inæquali quandoque nationes inter ſe
vinciri, colligari, ac ſi una eſſet natio videantur,
hoc

Digitized by Google

hoc ulterius ſeſe non extendit, quam ut mutuo auxilio, mutua in hoſtes retaliatione, mutuis pro re nata pręſtationibus, invicem ſuccurrant; idque pro amborum, ſive utriuſque utilitate, quę in hoc contractu juſti propè mater, & æqui eſt. Neutiquam verò id fuiſſe propoſitum, ut inter ſe fœdere miſceantur, qua fœdus; quia ſicut fœdus ex conſenſu pręſtando, non niſi plurium ſummo imperio utentium pacto fieri poteſt, ſic nec conſervari, niſi eædem poteſtates ſummæ, diſtinctæ, ſeparatæ permaneant. Quiſque liber, juris proprii, dominus ſubditorum ſuorum, ſolus in repub: ſua imperans, à Deo ſecundus, poſt eum primus antè omnes Deos ac homines poſt pactum quoque fœdus exiſtat. Undè illud quod magiſtratus Romanus adeündo liberos populos, æquo fœdere Romanis junctos, faſces ſuos lictores deponerent. De quibus[a] Sueton: *Domi foriſque civilis libera & fœderata oppida ſine lictoribus adibat.* Lictores enim pro magiſtratibus faſces, ſecureſve gerebant, faſces & ſecures pro imperio Romano habebantur. Et Polybius[b], dum quęſtio agitaretur, num in civitate æquali conventione fœderata, exilii cauſa civibus Romanis commigrare ſecurè liceret, ait: *Eſt autem fugientibus ſecuritas, ut in Neapolitanorum, & Præneſtinorum adhuc, & Tiburenorum, civitate, & reliquis fœdere conjunctis.*

a In Caii. cap. 3.

b Lib. 6. Hiſtor.

Cujus juris etiam meminit Carolus Sigonius; in oppoſitionem earum quæ de exercitio inæqualis fœderis proximè à me prolata ſunt. Et ſic Bartholus quoque ad noſtram legem animadvertit, dum inquit: *Bannitum ex una civitate, alteri fœderata, non eſſe ex altera bannitum.* Idque regulariter, niſi pacto expreſſo, æquo jure, inter alios populos, aliter convenerit, quo fieri poteſt, ut æquè banniti unius alteriuſve civitatis, non poſſint in civitatem, ubi in eos animadverſum non eſt, recipi, rato manente fœdere æquali; cujus ea natura, ut citra conventionem ſpecialem in aliena civitate arbitrium ſuum, ſive animadverſionem non extendat. Jure in alios æquali fœdere junctos, nullo utatur, in proprio territorio nullius exteri imperium juriſdictionemve admittat, exterorum mandatum omninò ſpernat; nimirum, quia *extra juriſdictionem jus dicenti impunè non paretur*, ut &, *ſi ſupra juriſdictionem ſuam quis jus dicere velit*[a]. Cum civitates liberæ ac fœderatæ, ſuum jus, leges proprias, ſuos magiſtratus, poteſtatem omnem æquè ac ſi fœderatæ non eſſent, retineant, in ſe ſuaque omnia abſolvant; maximè dum fœdera omnia ut quis amicis prodeſſe, non obeſſe poſſit, inventa ſunt. Et hoc eſt in quo Ariſtoteles ait ſocietatem à civitate differre, *quod ſociis curæ ſit, ne injuria in ipſos committatur, non verò ne ſociæ civi-*

[a] *L. fin. ff. de juriſdict.*

5 *civitatis cives inter ſe injurias committant.* Quare & hoc æquale fœdus perfectiſſimum eſt, tanquam ab ipſa æquitate amicitiæ cauſa formatum, productumve. Inquit enim JC^tus^, *Sive æquo fœdere in amicitiam venit.* Quamobrem etiam patrono, ac vindice æquitate, omnes ejus quęſtiones ex æquo, & bono decidi jure gentium conſuevere; nec quidquam in eo eſt, quod non æquitatis, ſive bonę fidei lance metiatur, ac dum æqua lance metitur, æquitatis rationem obtineat. Firmiſſimum quoque minuſve ſuſpectum eſt, ſi quando inter populos viribus, dignitate, nec non auctoritate pares, contrahitur, & qui periculum virium inter ſe non fecerunt; quive facto virium periculo, populi intereſſe ab utraque parte ſapienter exiſtimant, fœlicem ſtatum non amplius concutere, ac proindè tuta & præſentia, quam adventitia, & periculoſa malle: idque ut in vera æqualitate permaneant, ſibique proponant, veram amicitiam non niſi in æqualium conventione conſiſtere, inter dominum & ſervum nullam amicitiam eſſe. Et quatenus æquum fœdus perfectiſſimum firmiſſimumque habetur, ſemper pro æquo fœdere prœſumitur, licet de eodem pacto convento nihil ſpecialiter expreſſum ſit; Quod & noſter Graſwinckelius in ſequelam prœcedentium alibi [c] concinnè obſervavit, dum ait: *Sed & hoc certum, atque*

[c] *Tr. de libert. Venet. cap. 15. §. 53. 54. & 55.*

Cujus juris etiam meminit Carolus Sigonius; in oppoſitionem earum quæ de exercitio inæqualis fœderis proximè à me prolata ſunt. Et ſic Bartholus quoque ad noſtram legem animadvertit, dum inquit: *Bannitum ex una civitate, alteri fœderata, non eſſe ex altera bannitum.* Idque regulariter, niſi pacto expreſſo, æquo jure, inter alios populos, aliter convenerit, quo fieri poteſt, ut æquè banniti unius alteriuſve civitatis, non poſſint in civitatem, ubi in eos animadverſum non eſt, recipi, rato manente fœdere æquali; cujus ea natura, ut citra conventionem ſpecialem in aliena civitate arbitrium ſuum, ſive animadverſionem non extendat. Jure in alios æquali fœdere junctos, nullo utatur, in proprio territorio nullius exteri imperium juriſdictionemve admittat, exterorum mandatum omninò ſpernat; nimirum, quia *extra juriſdictionem jus dicenti impunè non paretur*, ut &, *ſi ſupra juriſdictionem ſuam quis jus dicere velit*[a]. Cum civitates liberæ ac fœderatæ, ſuum jus, leges proprias, ſuos magiſtratus, poteſtatem omnem æquè ac ſi fœderatæ non eſſent, retineant, in ſe ſuaque omnia abſolvant; maximè dum fœdera omnia ut quis amicis prodeſſe, non obeſſe poſſit, inventa ſunt. Et hoc eſt in quo Ariſtoteles ait ſocietatem à civitate differre, *quod ſociis curæ ſit, ne injuria in ipſos committatur, non verò ne ſociæ civi-*

[a] *L. fin. ff. de juriſdict.*

Digitized by Google

5 *civitatis cives inter ſe injurias committant.* Quare & hoc æquale fœdus perfectiſſimum eſt, tanquam ab ipſa æquitate amicitiæ cauſa formatum, productumve. Inquit enim JC[tus], *Sive æquo fœdere in amicitiam venit.* Quamobrem etiam patrono, ac vindice æquitate, omnes ejus quęſtiones ex æquo, & bono decidi jure gentium conſuevere; nec quidquam in eo eſt, quod non æquitatis, ſive bonę fidei lance metiatur, ac dum æqua lance metitur, æquitatis rationem obtineat. Firmiſſimum quoque minuſve ſuſpectum eſt, ſi quando inter populos viribus, dignitate, nec non auctoritate pares, contrahitur, & qui periculum virium inter ſe non fecerunt; quive facto virium periculo, populi intereſſe ab utraque parte ſapienter exiſtimant, fœlicem ſtatum non amplius concutere, ac proindè tuta & præſentia, quam adventitia, & periculoſa malle: idque ut in vera æqualitate permaneant, ſibique proponant, veram amicitiam non niſi in æqualium conventione conſiſtere, inter dominum & ſervum nullam amicitiam eſſe. Et quatenus æquum fœdus perfectiſſimum firmiſſimumque habetur, ſemper pro æquo fœdere pręſumitur, licet de eodem pacto convento nihil ſpecialiter expreſſum ſit; Quod & noſter Graſwinckelius in ſequelam pręcedentium alibi [e] concinnè obſervavit, dum ait: *Sed & hoc certum, atque*

[e] *Tr. de libert. Venet. cap. 15. §. 53. 54. & 55.*

atque inconcuſſum eſt, æqualitatem eſſe à natura, ac non probata inæqualitate, ſententiam ferre nos debere pro eo quod eſt æquale. Verba admodum clara, nec pluribus opus.

CAP. LIX.

DE FOEDERE INÆQUALI.

1. *Fœderis inæqualis illuſtratio.* 2. *Vocis Comiter varia ſignificatio.* 3. *Ejus ſequela.* 4. *Cauſæ fœderum inæqualium.* 5. *Impar fœdus venenoſum eſt.* 6. *Effectus fœderis inæqualis activus, paſſivus.* 7. *Quomodo ſuperior, inferior fœdere mutuo ſibi invicem obligentur.* 8. *Qui ſuperiores dicantur.* 9. *Superioritas per ſe libertatem non minuit.* 10. *Libertas ſuperioris & inferioris ſemper æqualis.* 11. *Superior aliquis per ſe, vel ex pacto eſt.* 12. *Fœdus inæquale aliud cum diminutione, aliud ſine diminutione imperii.* 13. *Et illud quod ſine diminutione, aliud tranſiens, aliud permanens.* 14. *De præſtatione minori, & majori.* 15. *Inferiorum cautiones adverſus poteſtates ſuperiores.*

Dictum huc uſque de æquali fœdere, ſequitur fœdus impar, ſive inęquale, ab eo inęquale appellatum, quod pares conditiones ab utraque parte fœderati non habeant, alius alio quidquam 1

quam ex contracto fœdere magis minuſve prẹſtare, agere, vel pati teneatur; ut ſi ab una convenerit, hic alteri ſingulis annis certam militum, armorum, nummorumve copiam tradat; hic ſe millibus quibuſdam armatorum equitum, peditumve contra communem hoſtem ſingulis annis expeditioni in futurum obſtringat; ſive etiam populus conſentiat, ut ſoluto juſto pretio naves per fœderatum ſuperiorem à portis inferioris deduci quovis tempore poſſint; milites ibidem acquirere, armandiorum, angariorum & præangariorum jura inſtituere ſuperiori in territorio inferioris, quotieſcnnque libuerit concedatur. Quorum diverſa genera, & generum ſpecies hoc loco recenſere, nimis longum foret. Horum fœderum inæqualium quædam ſunt, quæ ſuperioritatem quandam reverentialem in alios inferiores annexam habent, vel non. Ea quẹ eandem annexam non habent, vix inæqualium numero adjunguntur, quamvis aliquid magis ab uno quam altero populo promiſſum ſit, atque obindè non ineptè æqualium generi inſeruntur. Igitur ea indubitatè inæqualium numero veniunt, in quibus de ſuperiore reverentia præſtanta, vel tacitè vel expreſsè convenit. Tacitè, ac quidem per conſequentiam, ſi quis populum exterum in patronum defenſoremq; ſibi aſſumat. Nam patronos clientibus

ſuis armorum, juriſve defenſione ſuperiores eſſe; ac dum eo ſuperiores, honore & reverentia à clientibus ſuis affici debere, naturę conſentaneum eſt, ipſa naturalis ratio dictat, gentium jure, civili placito corroborata. Expreſsè verò, ſi ipſis fœderum tabulis, ex præſcripto legis noſtræ inſeratur, *ut hic populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret.* Qualè fœdus tunc inæquale, ſive impar vocatur, quia in eodem huic quam illi, expreſſis verbis, plus juris attribuitur; nempè ut inferior fœdere ſuperioris majeſtatem comiter conſervet. Quod his plerumq; obtrudi ſolet, qui ſive bello victi, ſive pro temporum conditione fracti viribus, inferioreſque, facta in perpetuum deditione, victori cedunt, ut quam in præſens tueri libertatem haud poſſint, conditionibus etiamnum iniquiſſimis infuturum ſibi proſpiciant. Verba legis profundius in- 2
troſpicere, examinare, ac primum eadem declarare libet, ne major difficultas in verbis, quam in ipſo inæquali fœdere intelligendo reperiatur. Dictio *comiter* ut varias ſignificationes habet, mirum in modum multorum ingenia ſemper torſit. Legentibus aliis pro *comiter, communiter.* Sed horum reprehenſor ſtrenuus Cicero apparuit, dum ait: *In quo erat accuſationis interpretatio, indigna reſponſione: Qui ita dicebat, comiter eſſe communiter, quaſi verò priſ-*

cum

cum aliquod, atque inſolitum verbum interpretaretur. Alii *comiter* tanquam *comes* dictum voluerunt, ut qui ſuperiorem comitatur, ac ſequitur. Et ita Labeo [a] comitem definit, *qui frequentandi cujuſque cauſa, ut ſequeretur, deſtinatus.* Aliis *comiter* eſt diligenter. Undè Cæſar: *Miles animal non vendat, mulum centuriatum comiter curet.* Aliis rurſus *comiter* eſt *cominus*, tanquam ex propinquo loco, *Nec conflictu corporis, nec ictu cominus, neque conjectione telorum,* inquit Cicero, ut cominus etiam ſignificet ſtatim, ſine intermiſſione; *Nunc cominus agamus, experiamurque.* Et Virgilius:

Quid dicam jacto qui ſemine cominus arva
Inſequitur.

[a] L. 15. §. 16. ff. de injur.

Quod forſitan Budęo occaſionem dedit, pro voce *conſervaret*, legere *conſervet*; quaſi ſtatim, ſine intermiſſione, auxilium ſuperiori præſtare teneretur. Interpretes alii hanc vocem explicant, ac ſi idem ſignificaret, quod benignè; comites enim benigni, faciles, ſuaves homines dicuntur, qui erranti comiter monſtrant viam, benignè, nec gravatè; Aliis iterum *comiter* idem eſt, quod ſine dolo malo, vero, non ſimulato amore; in quam rem Livius: *Diu jactati Ætoli, tandem ut ad conditiones pacis convenirent, effecerunt. Fuerunt autem hæ: Imperium majeſtatemque populi Romani gens Ætolorum conſervato ſine dolo malo*

ne quem exercitum qui adverſus ſocios amicoſve eorum ducetur, per fines ſuos tranſire ſinito: neve ulla ope juvato. Eoſdē hoſtes habeto quos populus Rom: armaq; in eos ferto. Bellumque pariter gerito; Perfugas, fugitivos, captivoſq; reddito. Aliis rurſus *comiter* idem quod ſedulò. Et ſimilibus interpretationibus variis illud *comiter* de ęvo in ęvum variè fuit agitatum. Sed quoniam hęc omnia ad reverentiam, & officia præſtanda ſpectant, verba captare deſinam. Dictio *comiter* igitur 3
ut generalis, illimitata, unum idemque eſſe videtur, quod reverenter, quam reverentiam ita explicat Tacitus: *ut ſede, finibuſque in ſua ripa, mente, animoque nobiſcum*, hoc eſt, cum ſuperiore, vel Romanis ſuperioribus *agant*. Tanquam ejuſmodi fœdere inferior, ſuperiorem in fœdere agnoſcens, utili aut honeſti occaſioni nullo modo deeſſe debeat, quæ profutura ſuperioris populi majeſtati, & ad conſervationem ejus pertinere videretur. Sic ut comiter alterius majeſtatem obſervare, revera ſit, obſequium, obſervantiamque liberis non indignam, nec indecorum ſuperiori præbere. Curare ut imperium ſemper penes ſuperiorem ſit; Eundem exercitu ſequatur, phalanges turmaſque eo deducat, quo dux belli ſuperior eas deduci, ac tranſvehi pro majeſtate ſua conſervandâ mandaverit; Nec non inferior vela dimittat, ubicunq; præſidia maritima ſupe-

ſuperioris in fœdere majeſtatis, in velificatione obvia inferiori fuerint. Et cum hæc dictio generalis, varias ſub ſe ſignificationes præjudicantes contineat, cautius acturos putem, qui generalem hanc, aliamve dictionem illimitatam limitibus quibuſdam coarctari, illuſtrationibus circumſepiri in quovis fœdere curaverint; ut exinde dilucidè appareat ad quę inferiores tenerentur; & à quibus ſe ſumma non minus quam æqua ratione adverſus ſuperiorem majeſtatem, plura quam fœdere continetur petentem, excuſare poſſint.

4 Cauſa fæderis inæqualis ex potentia, ſibi contra exteros non conſtante, vulgò oritur; ac præcipuè eſt defenſio, qua hic ſe defenſioni alterius committit, ille inferioris tutelam ſuſcipit; quandoquidem natura ita comparatum eſt, ut dum imperia mortalia ſunt, ac mutationibus obnoxia, ut cecinit ille:

Sic omnia verti
Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes.
Concidere has.

Alius potentior quandoque inferiorem urgeat, ac premat, ſuppreſſus alterius æquè potentis, aut potentioris opem quærat, qui quidem potentior, & iſta acceſſione virium auctior, conjunctis viribus damna illata propulſurus, protecturuſve inferiorem, hoc deſiderat, ut dum inferior eſt, nec non alterius

viribus pro ſua conſervatione indiget, ſuperiorem
in expeditione ſequatur, & in iis quæ ad conſerva-
tionem ſuperioris pertinent, faſcium ſupremarum
poteſtatem reverenter obſervet; dummodo in ipſa
libertate, in nullius alterius ſubjectione inferior
verſatur. Infuſum tamen libertati venenum latet 5
in impari fœdere, in agnoſcenda comiter alterius
populi majeſtate; quia id ipſum fœdus inæquale
fieri non poteſt, niſi per ſubmiſſionem, recipi non
poteſt, niſi ab illo, qui ſe, vel hoc ipſo quod alteri
ſe ſubmittit, ſuperiorem agnoſcit. Fatetur ſub-
mittens alterum eſſe liberum, ille cujus ſubmiſſio
fit, alterum eſſe ſuperiorem, ſed non citra indica-
tionem ſuperioris ſe ſuperorem eſſe, ac dum ſupe-
rior eſt, ſuam majeſtatem comiter obſervari velle.
Neque citra affirmationem alterius ſeſe ſubjicien-
tis, illum cui ſeſe ſubjicit, eſſe potentiorem. Stant
ergo libertate ſalva, hinc potentia, illinc ſubmiſſio,
medium libertas eſt, de cujus ſalute agitur; & quo-
modo inter hunc anfractum ſolidè ſibi libertas con-
ſtare poſſit, fœdere, & adjectis fœderi legibus, ex-
peditur; ita tamen, ut qui potentia alteri inęquales
ſunt, inęquale fœdus vulgò obtineant, tantò magis
inferiori nocivum, quantò magis hoc idem fœdus
ab æquitate, ſive æqualitate deflectitur. Ita ut tan-
dem inferiores potentiori imperio per injuriam
cedant.

Digitized

cedant. In quã rem illa Mantuani ferè conveniunt[a]: [a] *Eclog. 4.*

Cunctis animantibus una eſt
Conditio, ſemper majora minoribus perſunt,
Agna Lupo, mites aquilis ſunt præda columbæ.

6 Effectus tamen fœderis inæqualis in agnoſcenda conſervandaq́; tantum comiter alterius populi majeſtate conſiſtit. Hic inferiorem, ut dixi ſe fateatur, ille ſuperiorem ſe gerat, proque eo agnoſci quavis occaſione ſuperior velit, licet libertate in ſubditos proprios, ſuoſque, ambo pares ſint; quandoquidem majus aut minus ſpeciem non mutant; populus populo potentia minori, vel majori in exteros non diſtinguuntur, quoad exiſtentiam, verum habitu, actu, atque exercitio in cives ſuos prçſtando. Quocirca etiam non minus prudenter, quam dilucidè *conſervandi* vocem JC[tus] Proculus, legi inſeruit, inquiens: *Ut alterius populi majeſtatem comiter conſervaret.* Quæ dictio ſanè per ſe nihil non amicum ſonat, nec aliquid offert, quod amicitiæ non conveniat. Ipſe comiter conſervandi modus honorem, reverentiamque majori debitam, commonſtrat. Fidei libertatem ac voluntatem arguit, ſubjectionem non infert, libertatem probat. Rem obſcuram facibus illuſtrare libet.
7 Undè eſt illa comis obſervantia? à fœdere. Undè fœdus? à populo libero ſui juris, eoque à libertate. Libertas autem hujus ad

ad libertatem illius ordinata non eſt; ſed fœderis pactione convenitur, ut hic populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret; & hoc adjicitur, ut intelligatur alterum ſuperiorem eſſe. Eoque eſt hęc adjectio quaſi retributum quid, reverentia, pro conſervatione. Ac ſi dicatur (quod eſt in diverbio) redhoſtimentum par pari relatum, opera pro pecunia. Hic ſuperior protegit, adſiſtit, malum avertit. Hic honorem deſiderat ab eo cui auxilio eſt, idque ſecundum naturam, qua inferiores ſuperioribus reverentiam præſtare, comiter ſuperioris majeſtatem conſervare tenentur; cum per eam conſervati, neque auctoritate, neque dignitate, neque viribus ſuperiori pares ſunt. Adeò tamen ut non ſemper & indeterminatè honor ſuperiori ab inferioribus debeatur, verum etiam quandoque ſuperiores honorare debeant inferiores[a], fruſtra enim exigit debitum qui quod debet non impendit, cui illa quadrant[b]. *Cur ego te habeam in Principem, cum tu me non habeas ut Senatorem.* Et ut ait L. Craſſus Senator ad L. Philippum Conſulem: *Non eſt mibi Philippe Conſul, quia nec tibi Senator ſum*[c]. Nec prioribus abſimilè illud Platonis ad Dionyſium Syracuſanum: *Si noſtra tibi placent, nos quoque honorare debes.* Ut autem ab initio ego te honore affeci, honorem expectabam, poſtquam honorem delatum inutilem eſſe perſpexi,

con-

a *L. potioris. §. 1. C. de off. rect.*
b *Gloſſ. in C. fruſtra. de reg. jur. in 6.*
c *Valerius Max. lib. 6. c. 8.*

conquieſcere in honoris officio mihi æquius viſum fuit. Et Plato: *Ubi enim in juvenes pudorem ſenes abjiciunt, nulla in eos verecundia juvenibus eſt*; quandoquidem qui non facit quod debet, non recepit quod oportet. Qui aliquid dare aut facere tenetur ut quidquam recipiat, à petitione ejus quod debebatur, removetur, donec à ſua quoq; parte impleverit quod dando, faciendo mutuo debebatur. Quocirca etiam concludendum non minus ſuperiorem caſibus quibuſdã inferiori obſtrictum, quam hunc illi devinctum, ſi comiter ſuperioris majeſtatem conſervare inferior promiſerit.

8 Superiores hic accidentaliter appellantur, qui ſupra alios ex conſenſu locati, priores ſedes tenent. Simili exemplo Principes aliis præeſſe, hoc eſt, alios antecellere, & quod primas capiunt ſive obti-
9 neant ſedes, Principes dicti. Superioribus inferiores opponuntur; non quod hic alio ſuperior libertate ſit, non magis quam conſularis dignitas, præbejo, de quibus licet ſtatu differant, ambos libertatem illibatam ac parem retinuiſſe conſtat; quia ſtatus rei non mutat conditionem, qualitatemve perſonæ, quoad libertatem [a]. Nec ſuperior, in res inferioris, quoad hic ſuperior abſque magiſtratura, ille inferior, ſuperioris legibus non ſubjectus, juriſdictionem ritè exercet; cum libertas non ex ac-

[a] *L. unic. C. de impon. lucrat. deſcript.*

Digitized by Google

accidenti aliquo, qualè eſt divitem eſſe, vel pauperem, ſed ex ipſo politeumata liberæ poteſtatis æſtimetur. Quocirca rectè dicendum, minorem po- 10
teſtate populum, cum majore, libertate in ſuos parem eſſe. Non obſtante ſuperiore, inferiorem penes libertatem primęvam, ac priſtinam permanere. Jura ſua majeſtatis, ſuperioris inſtar, liberè exercere; quamvis hic populus populum alium pacto fœdere, auctoritate, dignitate, viribus, armorum peritia, navibus, auro, gemmis, ſtatu tranquillo, fertilitate, arte & mercatura, juriſdicundi pręcellentia, ſuperioritatis neceſſitate, & ſimilibus, in ſupplementum alterius inopiæ, aut iis quo quis indigere poſſet adinventis, antecellat, & ex fœdere inæquali, vi ſubſequutæ ſtipulationis, ſe minor inferiorem gerat. Sic Livius de fœdere inter Romanos & Latinos circa jus Albanorum. *In eo fœdere ſuperior res Romanorum erat.* Ac niſi liberi ambo fuiſſent, ſuperior cum inferiore, quatenus ſuperioritatem ex fœdere obtenderet, comparari non potuiſſet; quandoquidem inter eſſe, & non eſſe, comparationis partes nullę ſunt. Ut nec inter ſubditum, & Principem, quoad hic ſuperior ille inferior eſt. Humanitate, ac libertate privata quidem comparantur, non tamen publica, hoc eſt, majeſtate, quæ imperio popularis aurę non committitur. Quocirca

&

& hic qui ſe ſuperiorem, alium inferiorem agnoſ-
cit, ſimul etiam inferioris populi libertatem plena-
11 riam profitetur. Nec prætereundum ex his quæ
proximè allata ſunt, duplicem ſuperioritatis natu-
ram conſiderari poſſe; eam nempè, quæ per ſe eſt,
& quæ conventionis jure prætenditur. Ea quæ per
ſe eſt, nullius alterius ope, aut conſenſu, ſed ſua na-
tura, ſuiſvis virtutibus comparativè ſupra alios ſeſe
extendit; quemadmodum de iis regionibus dixi,
quæ fertilitate, divitiis, potentia, ſtatu tranquillo,
induſtria, juriſdicundi pręcellentia, aliiſquę quali-
tatibus ſubjecto accedentibus, alios antecellunt.
Nam eos his caſibus particularibus ſuperiores infe-
rioribus ſuis eſſe, ipſa rerum evidentia, ſuperioris
inferioriſq; verba oſtendunt, ita ut illud idemq; ig-
norare per rationem non poſſimus. Non tamen ut
ex his accidentiis fatuè quis ſuperioritatis univerſa-
lis jura in populum exterum præſumat. Cum & in
inferiore quovis modo, quædam ſint proculdubio
quibus ſuperiorē ſuum in caſibus ſingularibus ante-
cellat. Ea rurſus ſuperioritas quę conventionis jure
obtenditur, in hac noſtra lege ſeſe ſpectandam prę-
bet; hujuſce capitis proprium, ac particularè ſub-
jectum eſt, dum in conſequentiam earum quæ jam
à me prolata ſunt, ex inęquali ſua conventione, qua
hic *populus alterius populi majeſtatem comiter conſervare*

tenetur, vel cum diminutione, vel ſine diminutione imperii, hæc ſuperioritas initur. Cum diminu- 12
tione, ut ſi non mutuo, ſed ſingulariter convenias, te fœdus, nec bellum citra ſuperioris in fœdere cognitionem, ac conſenſum amplecturum; quale in ſecundo fœdere Carthaginenſium cum Romanis pactum fuit, *Ne cui Carthaginenſes bellum facerent, injuſſu populi Romani.* Sine diminutione, cum ea inferior promittat, quæ imperio ſuo minimè obeſſe poſſunt; quale eſt, ut quis populus ſingulis annis oblata prius pecunia certam armorum, auri, argenti, metalli quantitatem, & ſimilia ex pacto convento alteri præſtet. Et hæ præſtationes quæ ſine 13
diminutione imperii fiunt rurſus tranſitoriæ, vel permanentes ſunt. Tranſitoriæ, quæ ſtatim ut ſolutę ſunt, ſolutione ejus quod debebatur, perimuntur; Nempè ut ſtipendium quoddam ſolvatur, eaque offerantur, quę pangendo fœdere promiſſa ſunt. Permanentes, quæ populis in ſocietate perſeverantibus, non perimuntur. Diſtinctę in majores, & minores. Majores ſunt, quę imperium quodam- 14
modo minuere videntur, qualia in non ęquali fœdere ſunt, *ut hic populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret.* Quos hoſtes, quos amicos habeat, habiturusve ſit, à ſuperiore dependeat. Exercitu ſuo alios præter ſuperiorem, ſuperiorisve conſenſum ſpe-

ſpecialem, non adjuvet. Exercitum alterius populi citra ſuperioris voluntatem expreſſam, per ſuos fines duci, non patiatur, non permittat. Minores permanentes pręſtationes ſunt, ne arces certis locis ædificare, ne exercitum ducere, ne naves habere ultra definitum numerum, ne urbem condere, ne navigare, ne militem certis locis conſcribere liceat. Ne ſuperioris majeſtatis ſocios oppugnare, ne commeatu hoſtes juvare, ne recipere eos qui aliundè veniunt, permittatur. Ut fœdera cum aliis facta prius diruantur; quorum omnium exempla teſte eximio, atque incomparabili in publicis ſtudiis Grotio, ſi quis ſtudioſior erit, rectius apud Polybium, Livium, & alios reperiet; nobis propoſitum eſt legis tantum ordinem, & explicationem con-
15 texere. Et cum his, ac ſimilibus aliis conventionibus ſuſpectis, facilius res aliqualem immutationem, quam univerſalem interitum patiantur, ac citius imperia dilabantur ex medio ad infimum, quam de ſummo ad medium, amputanda erit omnis occaſio, ne quis non minus facto, quam jure, retinendo, defendendo, libertati ſuæ proſpiciat; cum ita plerumque accidere ſoleat, ut qui ſuperior eſt in fœdere, potentia multum inferiorem ſuum antecellat, paulatim potentiam minorem facto (cujus vis magna penes potentiores eſt) uſurpet.

Paulatim ea ſibi arrogando, quæ primis occaſionibus quidem per ſe parva, & obindè neglecta erant, verum temporis curriculo ad tantam molem pervenere, ut per injuſtas ſuas conſequentias, civitatis ruinam, libertatis publicæ interitum, trahere videantur. Maximè ſi cum diminutione inferioris imperii perpetua, tranſitoria conveniatur; ut jure fœderis, prȩſidia ſuperioris in oppida inferioris deducantur. Pro fœderis cautione, præſidiis ſocialibus quaſi, munimenta ac fortalitia inferioris per ſuperiorem ſerventur, regantur. Cautè igitur agendum, ne quis loco ſociali fœderis, modum ſubjectionis amplectatur, loco libertatis ejus umbram inanem, ſubito perituram, retineat. Idque dum majeſtatem alterius populi nummis, ac ſanguine proprio ſe conſervaturum tacitè promittit, cujus memorabile exemplum Cicero [c] in his verbis adducit. *Additum etiam eſſe illud, ut majeſtatem illi noſtram conſervare deberent, quæ certè minueretur, ſi aut adjutoribus illorum civibus uti in bellis nobis non liceret, aut præmii tribuendi poteſtatem nullam haberemus.* Sic Latini, ſic Ætoli ſub umbra fœderis, Romanorum ſe ſervitutem pati, vanam ſpeciem, & inane libertatis nomen retinuiſſe, quin imò Achæi poſtmodum *fœdus impar ſpecie jam eſſe precariam ſervitutem* conquerebantur. Nec Theſſalos in fœdere ſuo fuiſſe liberos, ſed revera im-

[c] Orat. pro Corn. Balbo.

imperio Macedonum ſubjectos, refert Polybius, dum ex impari fœdere cum potentiori inito, ſuperior ſeſe rebus inferioris ingereret, immiſceretve: nimirum ut falſo virtutis prætextu rectè defendi ab omni commotione inteſtina, potentioris auctoritate ſubventus, inferior tutus videri poſſit; Inferior nunquam à reverentiali obſervantia alteri prçſtanda deſiſtat. Undè fit, ut dum patientia unius in jus alterius tranſit, hic imperet, imperiumve gerat, alter obediat, & imperio ſuperioris obſequatur. Qui ſocii prius erant, perverſa libertatis ſpecie, inani fœderis nomine ſuperiori in aliquibus, in multis deindè, ac paulatim in plurimis reverentiam, ex reverentia obſequium præſtent, tandem aliquando qui ſocii fuerant, ex ſociis per oppoſitionem ſubjecti, per patientiam ſeſe injuſtitiæ non opponentem, ſubditi fiant; aut quod in re mala favorabilius, cum civibus ſuperioris in fœdere majeſtatis ita miſceantur, ut non amplius quam unum imperium, conjuncti cives ex duabus pluribuſve civitatibus fœderatis, appareant. Et cum hoc admodum frequens antiquis temporibus eſſet, ut potentia ſua ſuperiores, ad inferiorum imperia aſpirarent (quod nec omnibus mortalibus excidit) rectè à JC^to^ noſtro libertas populi hic definita, libertatis jura, & quatenus fœdera libertati non officiunt, ſed proſunt, nec

non

non Patronorum clientumve officia, ſimul pręſcribuntur, reverentialis illa alterius majeſtatis obſervantia explicatur; ut in re maximi momenti tandem aliquando populi liberi certi ſint, fœdere qua fœdus libertatem non minui, niſi per id quod fœderi adjectum ex conventione probatur. Superiores in fœdere, etiam ex promiſſa comiter alterius majeſtatis obſervantia, nihil juris in libertatem inferioris ſui, obtinuiſſe; niſi illud quod conventum, ut nempè comiter alterius majeſtatem conſervent, quod ibidem adjectum, *ut intelligatur alterum populum ſuperiorē eſſe, non ut intelligatur alterum non eſſe liberum.* Cęterum liberi populi proſpiciant, ne ſęva verborũ pręrogativa contra libertatem, fœderibus cum potentioribus ineündis, nocivum quippiam adſcribatur, conventione pręcipuè ab inferioris tantum parte obligatoria, Nobili Ciceronis pręſcripto, cum de Gaditanis ait: *Alterius populi majeſtas conſervari jubetur, de altero ſiletur; certè ille populus in ſuperiore conditione, cauſaque ponitur, cujus majeſtas fœderis ſanctione defenditur. Cum ab alia parte ſuperior inferiorem, ſi non humanitatis ratione, ſaltem fœderis jure, legibuſve fœderi adjectis, defendere non tenetur.* Inferior quidem, & ſocius, & liber eſt, ut & illi, qui miniſterium nobis in rebus quotidianis præſtant, ſed ſuperioris neceſſitati ſubjectus, addictuſve; ſi non

ple-

plenaria ſervitute, ſpecie tamen quadam ſubjectionis involutus, abſciſſa retrogradiendi per potentiam ſuperiorem libertate, cujus poſtmodum ſecundum Poëtam:

Servaveris umbram,
Si quidquam jubeare, velis.

Dum cominus dando, faciendoque præſtas, quæ ſuperior pro ſua majeſtate conſervanda inferiori injungit, dare aut facere præcipi. Habita non tuæ libertatis, ſed alterius neceſſitatis, quandoque etiam utilitatis ſola, ac principali ratione. Non in bello tantum, ſed & pro re nata, in omnibus aliis occurrentiis; quoniam *comiter obſervare* inquit Kirchnerus, Juris publici egregius diſputator, *non ſolum in ſeſſionibus, honoribus, & conventionibus conſiſtit, ſed ut & omni ſtudio, conſilio, voluntate, benevolentia, benignitate, ſuperiorem rempub: adjuves, & in omnibus aliis fœderibus, & pactionibus, majeſtatem ſuperiorem ſine fraude doloque conſerves, ejuſque ſocios & amicos omnes placidè excipias.* Sapienter igitur non minus quam prudenter hiſce pactionibus, & ſtipulationibus inæqualibus populi utantur; nec iiſdem citra neceſſitatem ſeſe immiſceant, dum libertate ſua, viribuſque ſuis, externi non indigentes auxilii, ſubſiſtere poſſunt.

CAP. LX.

DE SUBJECTIONUM MODIS AC PRÆSUMPTIONIBUS.

1. *Comiter alterius majeſtatem conſervare libertatem non minuit.* 2. *Fœderis fundamentum libertas.* 3. *Fœdus nec juriſdictionem, nec privilegia, nec jura populi auſert.* 4. *Prærogativa inferioris in ſuperiorem.* 5. *Ex actu ſervili nemo ſervus fit.* 6. *Subjectio libertati officit.* 7. *Bello quis alterius poteſtate ſubjicitur.* 8. *Ut & conventione reali, ac perſonali.* 9. *Perſonalis traditio libertatis, deliberata eſſe debet.* 10. *Ex titulis honoris ſubjectio non inferenda.* 11. *Clauſula generalis contra ſpecialem libertatem non extenditur.* 12. *Quænam requirantur, ut populus ſeſe alteri tradere poſſit.* 13. *Ex confeſſione contra libertatem præſumitur.* 14. *De probanda ſubjectione controverſa.* 15. *Quomodo ex titulis, & litterarum inſcriptionibus hinc indè miſſis, ſubjectio inferatur.* 16. *De juramento alteri præſtito.* 17. *De clavium, ac ſigillorum traditione.* 18. *De titulorum, armorumve præſumptionibus.* 19. *Si quis mandato alterius obedierit.* 20. *Si appellationem admiſerit.* 21. *De religione per exterum reformata.* 22. *De citatione extra regnum facta.* 23. *Locus extra territorium, ut exterus ibidem appareat deſignatus, ſubjectionem*

nem non inſert. 24. *Nec quod quis alteri, dare quidquam promiſerit.* 25. *De ſenſu ſubjectionis, conventionali, ac privilegiato.*

1 Subjicit JC[tus], ut dixi, *non ut intelligatur alterum non eſſe liberum.* Nam comiter conſervare, eſt auxilium non indignum libero populo exhibere; qualiter olim Arverni, Senctones, Bituriges, Galliæ populi liberi erant. Nec non magnæ urbes Græciæ, puta Athenæ, Thebæ, Corinthus. *Iiſque ſingulis,* inquit Sigonius, *in ſe plenum erat imperium,* non tamen eo minus adverſus vim Perſarum colligebantur, cum ad communia fœderis negotia inſtitutus eſſet Amphictionum conventus. Itaque plerique Italiæ populi, Regum Romanorum ſæculo, jus in ſe ſummum quidem habebant, ita tamen ut inter ſe, atq; cum Romanis fœdere devincti eſſent; proculdubio Romanis inferiores, nec minus ob id
2 tamen liberi. Fœderatos, ſive fœdere jungendos, liberos eſſe, liberoſve poſt pactum fœdus permanere, plurima evincunt, nec fœdus illum natura ſua validum exiſtere, niſi poteſtates mutuæ, mutuas libertas ſummas, univerſales, independentes agnoſcant, & obſervent, eorum populorum, cum quibus pangendo fœdere inter ſe conveniunt. Dubium aliquod ea in re ſi oboriatur, nihil partes agunt,

priuſquam libertatem fœderandorum ſingularium, approbatam, atque non amplius controvertendam omnes & ſinguli habuerint. Quin imò ſi poſt pactum fœdus aliquis fœderato de libertate ſua quęſtionem moveret, fœderati alii controverſię libertatis litem in ſe recipere, æquo ac naturali quodammodo jure tenentur; ut ſocium ſuum in libertate ipſis probatiſſima conſervent, ac contra omnes alios, ſeſe ſociorum libertati opponentes, defendant. Nam niſi ipſorum libertatem tanquam omnium contractuum partem fundamentalem antè fœderis conventionem fœderati plenariè agnoviſſent, conventio nulla, nullum fœdus inter eos extitiſſet, nec exiſteret. Quod olim liberæ Belgiæ Provinciæ ad animum revocantes, pangendi fœderis initia non ſubiere, donec Archiduces Albertus & Iſabella, tum ſuo, tum Philippi Hiſpaniæ Regis (à quo id mandatum acceperant) nomine, publicè quidem & ſcripto in fœdere relato, expreſſove, profiterentur, ſe paciſci eas inducias cum ordinibus fœderatis, ut cum liberarum nationum, ac civitatum ordinibus, taleſque eos à ſe haberi, & nihil à ſe in ipſos juris obtendi, ut in præcedentibus latius oſtendi. Et re vera fœdus, qua fœdus, neminem ordinaria 3
juriſdictione eximit, nullam juriſdictionem tranſfert, ſed gentem liberam conſervat, cujus potiſſi-

mum

mum cauſa fœdus inſtitutum, conſummatum eſt.
Privilegia, jura, illæſa regimen priſtinum inoffen-
ſum relinquit, ac pro neceſſitate obvenienti fœde-
ratos defendit; ita ut Princeps ſocius in alterius orbe
nihil cenſere, non jus dicere, nec collectas indicere
poſſit, manente gentis honore, & antiquę libertatis
inſigne; fœdere contracto non ut ſervirent, ſed ne
ſervire tenerentur. Neutrum igitur, ſive æquale,
ſive inæquale fœdus ſubſtantiam libertatis immi-
nuit; dummodo alterius poteſtati ſeſe pangendo
fœdere non ſubjiciunt; dum fœdere per ſe ſi ſub-
jicerentur, non eſſet hoc jam fœdus, ſed deditio,
quæ ipſa niſi liberorum non eſt, teſtimonio Livii
de deditione Samnitum, atque eo quod [a] infra de [a] *Cap. 64.*
dedititiis dicetur. Quocirca liber populus, licet fœ-
dere inferior, liberè poterit jura majeſtatis in cives
ſuos exercere, nec ab ulla actione abeſſe, aut exulare
4 neceſſe habebit, poſita libertate. Imò ex liberta-
tis primęvæ prærogativa ſupra ipſum populum ſu-
periorem, inferior jus exercet, vel tunc cum maje-
ſtatem ſuperioris populi comiter conſervat. Cui ta-
men in liberum populum jus deerit ſuperioritatis,
licet etiam omni potentiæ titulo, hic populus infe-
rior, deſtitutus ſit; quia ratio ordinis potens illa in-
tentione, ratione, effectu, neceſſitate ſequelæ, om-
5 nem hic excludit ſuperioritatē. Et quemadmodum

Digitized by Google

nemo in eo ſtatu eſt, undè aut quo ingreditur, ita nec in illo, undè aut quo regreditur, ſic neque qui liber eſt, & actus aliquos facit, aut promittit qui ſervitutis aliquod initium, judiciumve habent, aut demonſtrant, ideò ſtatim ſervus eſt: ut nec ex adverſo ſtatim liber eſt, qui ſervus cum ſit, fueritve, actum præſtat, cum ſervitute, ejuſve natura incompatibilem. Verum enim verò cum quilibet ſe ad quędam ſubmittere poteſt, in iis quę promiſſa ſunt, non voluntatis perverſę placito, ſed neceſſitatis telo unuſquiſque ad implenda promiſſa urgetur; quia quæ primo univerſaliter libertatis erant, deinde ex pacto fœdere, & quæ in fœderibus ſtipulantur, ſingulariter quoad conventum, neceſſitatis fiunt. In cæteris tamen unuſquiſque liber eſt, ac permanet, quæ pacto expreſsè, tacitè, & quidem per conſequentiam quandam inevitabilem, non continentur[a]. Idque præcipuè, quia intuitu conſervationis ſuperioris majeſtatis, non ex fine, & animo ſubjiciendi inferiorem, juris civilis executio quandoque in fœderata civitate admittitur, ſive exercetur.

[a] *Arg. L. 2. in pr. ff. de jure immunit.*

Quippè priuſquam populus liber alterius populi 6
poteſtati ſubjiciatur, dicive liber populus amplius non poſſit, plura requiruntur: Nempè populum alterius populi poteſtati ſubjectum eſſe. Hoc generalè, quo revera populo libertas adempta probatur,

ut

ut indubitatè amplius liber haberi non poſſit. Et cum hæc ſubjectio facti ſit, ac contra naturalem ęquitatem introducta, modos quibus dominium acquiritur, libertas amittitur, dominium pręſumptivè probatur, libertas defenditur, hic recenſere liber.
7 Modi igitur ſubjiciendi præſertim bini ſunt, ut in domino & ſubjecto duę perſonę requiruntur. Unus eſt, cum bello populus ſubjicitur. Alter quo inter ſe populi conveniunt, ut hic imperet, ille obediat, alterius mandato parere neceſſe habeat. Bellum ut peſtis orbis terrarum, ut virga impiorum atque infidelium, ſola poteſtate ac vi majori ad ſubjectionem armis populos liberos cogit, quibus ſemel devictis, nihil amplius eſt, quod de libertate exercenda diſceptetur. Ad eandem ſubjectionem probandam, nec verbis, nec teſtibus ſingularibus opus. Ergo de conventione inter populos diverſos liberoſq; eſt quod porrò agamus. Et dicendum quoad introducendam ſubjectionem ex conventione, neceſſario conſenſum utriuſque ab utraque parte requiri. Conſenſum inquam, non ſolum ut ſe populus realiter, ſed præcipuè perſonaliter alterius poteſtati ſubjiciat. Realiter quis ſe ſubjicit, qui dominium rerum ſuarum in alium transfert, quod omnibus liberum, cum res omnes hominibus ſubjectę ſint, eoque capite unuſquiſque rerum ſuarum mo-

moderator & arbiter exiſtat, dominus rei ſuæ; cui idcirco onus, legemve pro libero arbitrio imponere, quem velit, poteſt; ſalva tamen libertate perſonali, cum res hominibus, & non vice verſa homines rebus inſerviant. Quocirca qui ſe realiter tantum ſubjicit, ad perſonalem ſubjectionem, atque obedientiam non tenetur. Undè nec populus perſonaliter dici poteſt ſubjectus, qui alterius poteſtati territorium ſuum mancipavit, vel de perſonali ſubjectione mentionem nullam fecit, qua ſe alterius poteſtati tradidit. Nec minus incivilè foret, populum omnibus fortunis realibus exutum, præterea perſonalis ſervitutis tædio perſequi. Et hoc niſi de perſonali ſubjectione dilucidè conſtiterit, cum ſe quoque perſonaliter unuſquiſque in totum, vel pro parte, obligare, tradere, & in alterius dominium conſentire poſſit. Quæ tamen obligatio viribus 9
caritura priuſquam animo deliberato, expreſſa ſtipulatione conſtiterit eam mentem veram, & ſinceram ſeſe ſubjicientis, fuiſſe. Ac proindè, ſi de ſervitute ſingulari, ſive univerſali nihil expreſſè actum ſit, legitimève conſtiterit, contra eam ſemper, neutiquam pro ea præſumetur; cum odioſa & ſtricti juris ſit, abſque manifeſta probatione [a], aut ſubſequente aliquo actu juriſdictionali invalida; ne inconſultò homines liberi, ſive etiam poteſtates ſummæ,

a C. quamvis. De præbend. in 6.

mæ, ſolis profeſſionibus reverentiæ, ſcripturiſve liberalioribus ad deteriorem fortunam inviti probabantur[a]. Notum enim eſt nobiliores atque etiam projectiſſimæ ſortis homines cum ad ſuos litteras deſtinant, devotiſſimi, ſubjectiſſimi titulos, & qui ſimiles ſunt, epiſtolis fuit inferere. Eodem contextu quo dici tua nobilitas, tua excellentia conſueverit, eadem facilitate, dominos, abſolutos, ſacros, quin imò divinos quoſdam appellemus. Et hinc ne quis ex appellatione *Domini* aut *Servi*, tanquam vanis nominibus, ſervitutem inferat, ex humanitate ſua quiſquam obtorto collo in ſervitutem trahatur. Quale illud apud Martialem eſt[b]: *a L. 22. C. de agric. & cenſit.*

E ſervo ſcis te genitum, blandeque fateris,
Cum dicis dominum, Soſibiane, patrem. *b Epigr. lib. 1. & 82.*

10 Animadvertendum quibus actibus, quave intentione, ejuſmodi humanitatis nomina adjiciantur; cum ſępiſſimè magis ad dignitatem, & pręeminentiam exprimendam, ſive etiam ad benevolentiam alicujus captandam, quam ad jus pertineat, ut ex inſcriptione, ac ſubſignatione litterarum, colloquiis curialibus apparet, quibus pares, imò quandoq; minores, dominos noſtros appellamus, noſque eorum ſervos eſſe, eorumque ſevitio addictiſſimos liberè profitemur. Non univerſaliter, ſed ad actus ſingulares, ſcilicet præſtandos, qui huic illive prodeſſe

Digitized by Google

poſſent; eoſve intra honeſtatis atque humanitatis terminos contentos, ut non petant, niſi quæ licita ſunt, non plura vel majora onera humanitati imponant, quam quæ commodè hujus vel illius humanitas ferrè poſſit. Aliter qui faciunt, humanitatis lęſæ rei, benignitatis acerrimi oppreſſores continuò habentur. Has formulas extero vocabulo nos *Complimenten*, ſive ab aula Gallica *Courtoiſies* nuncupamus, nullam omnino obligationem, mutationem, alternationemve validam, ſive efficacem producentes, tanquam nuda pacta, in vagum diſperſa, quaſi eloquentiæ, non obligationis ſigna, ad veram rei ſubſtantiam nihil conferentia. Unde ſi quis officii, urbanitatis, vel loci cauſa omnia bona, Sphaſidas aves, vel aureos montes cuiquam promittat, (ut quandoq; in conviviis lepidiſſimis fieri aſſolet) non obligatur, ut Boërius: *Verba ad complacentiam prolata, ſerviunt de vento, nec ullam obligationem inducunt.* Et nobile Imp: Juſtiniani [c] præſcriptum habet: *Sancimus ſolam confeſſionem, vel aliam quamcunque ſcripturam, non ſufficere, ne per eas fortè liberi homines, abſque aliis adminiculis, ſive aliis adjutoriis, ad deteriorem trahantur fortunam.* Et nuper D. Graſwinckelius [b]. *Futilè eſt ubi rerum momenta deſunt & requiruntur, ſolius nominis aut agnominis argumento uti.* Ac paulò poſt idem legibus in finem contrarium adductis [a] aſſerit, in

toto

[c] D. l. 22. C. eod.

[b] Tr. de jure preced. c. 3.

[a] L. 13. & 14. C. de probat. & l. cajus ff. de jure patronat.

toto juris corpore nullum textum, nullam legem reperiri cujus auctoritate probari poſſit qualitatem quam quis neque naſcendi ſorti acceptam ferat, neque alias beneficio juris adeptus ſit, nudis appellationibus aut epithetis ſic acquiri, ut ex eo ſolo conditionem ſtatus ſibi quiſquam poſſit immutare quamobrem etiam in ea verba idem auctor alibi ſic prorumpit[a]: *Qui non habet habuitq́; regnum regnive jus, eum ut nobiliſſimus ſit, ut maximus, ut regia indole præditus appelletur, ut poſſeſſiones ejus atque ditiones regni inſtar eſſè dicantur, iſta ſpecioſa ac turgida nomina non magis ex non Rege Regem faciunt, quam aut umbra conſtituat corpus, aut habitum efformet privatio.* Quæ cum ita ſint, maturius proſpiciendum ne inani verborum univerſalium captione homines, ditiones, regna fallantur; idque beneficio æquitatis, cujus patrocinio univerſalis enunciatio temporatur, ſecundum qualitatem, naturam, & aptitudinem perſonarum, regionumve, quibus objici ejuſmodi humanitatis oblationes

11 poſſent. Certo fundamento clauſulam generalem ad ſpecialia non ſpecificata, prę ſertim contra ipſam libertatem, non[a] extendi; notiſſima regula: *Quod in ſimplici cognitione feudali ſola res; res autem & perſona, non niſi in feudo ligio obligentur.* Quod feudum ligium quomodo, & quibus actibus de neceſſitate intervenientibus, præparato ad id animo inſtituatur, juris

a *D. tr. cap.* 19.

a *L. obligationē. §. 1. ff. de obl. & act. l. non omnis. ff. si cert. petat. l. in qui. §. 1. ff. commod.*

Digitized by Google

publici ſacerdotes paſſim oſtendunt. Quin imò ex ſeparatis, argumento à rei ſubjectione ad perſonalem ſervitutem, nihil rectè inferri magnifica illa atque indubitata Livii verba commonſtrant. *Rex primum quærebat Legatos. Miſſine, ut vos, populumque dederetis?* Reſpondebant: *Sumus. Eſt ne populus iſte in poteſtate ſua? Eſt. Deditiſne vos, populumque, urbem, agros, terminos, delubra, Deum utenſilia, divina, humanaque omnia in meam populiq; Romani ditionem? Damus. Et ego accipio.* Tria ibidem ad ſubjectionem intro- 12
ducendam neceſſaria elucent; nempè, ut populus ſuæ ſpontis, juris & poteſtatis ſit. Ut expreſsè ſe, ſuaque omnia ſubmittat. Alter alterius oblationem ſuſcipiat, non generaliter ſolum, ſed & disertè, nominatim, expreſsè, particulariter populus in ſtipulatione ſit; niſi repulſam quis ex maſcula Ulpiani ſententia expectare aliquando velit. *Quid ad te*, quamvis olim tibi ſervitium præſtiti, *Nunc liberas ædes habeo*. Libertatem in civitate mea libera, nulli ſubjecta, exerceo.

Atque hæc de modis, quibus alter alteri ſubjici- 13
tur. Sequuntur porrò rationes quibus pro, aut contra libertatem præſumitur, probaturve. Et generaliter optimus ſubjectionis probandi modus, ex ipſa ſubjecti, ſive ſubjectorum confeſſione elicitur, legaliter negando ſe liberum eſſe, legitimè affirman-

mando, ſe alterius dominium, poteſtatemve agnoſcere. Quod tantum pro eo facit, qui dominium obtendit, ut licet is de cujus libertate diſſertatur, ſubjectus non ſit, ſtatim ex voluntate obtendentis, atque acceptilatione ſuſcipientis, confeſſus alterius poteſtati ſubjiciatur; profitendo, ſi hactenus eos in deditionem ſuam nondum ſuſceperit, nunc ex certa utriuſq; voluntate, juriſq; ſeſe tradere volentis cognitione inconcuſſa, eoſdem in ſuam poteſtatē ſuſci-
14 pere. Pluris momenti res eſt, ſi ab una pro ſua libertate populus ſe liberum eſſe, ac fuiſſe ſemper arguat, paratus libertatē à majoribus acceptam, facto & jure defendere. Ab altera populus vel Princeps externus poteſtatem ſupra, atq; in eos prętendat, ſicut ipſius poteſtati eoſdem vi, aut jure ſubjectos velit. Rationibus agendo, hic vim omnem excludo. Ac primum rationes quibus ſubjectio probari debet, à parte actoris, non rei petendę, quia jure naturali omnes liberi ſumus, jure gentium [a] contra libertatem ſubjectio introducta eſt, qua non probata, ex reatu po- *a L. ſi quod dominus. 64. ff. de condict. indeb.*
15 pulus eodem gentium jure abſolvitur. Ad probandam igitur ſubjectionem, plenum dominum actoris agnitum eſſe oportet, quod plerumque vel ex nomine, vel ex litteris ad populum ſubjectum miſſis, elicitur. Ex nomine, ſi quempiam in vel extra territorium ſuum agnoſcant regis titulo deco-

ratum : quia Rex à *regendo* dictus, cuncta ex ſolo ipſius placito regere intelligitur, & ut hoc vel illud faciat à proceribus, exteriſve illum moveri, impellive non poſſe. Quamvis ut plurimum ex conſuetudine hodierna, multum ab antiqua gentium norma diſcrepante, populi liberi omne ſuum imperium, omnia ſua jura in Reges non transferatn, verum quędam tantum. Quin imò Regum ferè jura principalia ſibi reſervant, cætera ſuis Rectoribus, Regibus, ſive Dynaſtis committentes. Itidem nec argumentum à nervorum cortice concinnatum, quale eſt illud: *Rex eſt ergo abſolutè tibi imperat*, admodum nervöſum, ut exindè abſolutum dominium quis juſtè inferat: quandoquidem nec titulorum honores, licet ſumma nomina continentes, per ſe majeſtatem tribuunt his qui neque regium, neque majeſtatis jus unquam habuerunt. Jus igitur tali titulò adeſſe conveniens eſt, cum adjectiva nomina pro ratione ſubſtantivorum quibus junguntur augeri aut decreſcere ſoleant, aliud quod prædicatur, aliud illud de quo prædicatur ſit; ita ut ſublato fundamento, ea omnia jura quę fundamento ſuperpoſita, aut inædificata dicebantur, ultrò in ruinam ſolvantur. Quod clarius ut reddatur, regium nomen non ſemper, ac per neceſſariam conſequentiam, regiam illam, eoque abſolutam poteſtatem in ſe

con-

continere conſtat, & frequenter in hiſtoriis repertum reges ipſos alienis imperiis ſubjectos, quandoq; fuiſſe, atque etiamnum exiſtere. De quibus paululum illud Lyrici inverſum,

Multa ſub regno graviore regna.

Atque illud:

Vice cuncta premuntur
Alterniſve premunt, propriis ſub regibus omnis
Terra: premunt fœlix regum diademata Roma.

Quorum aliquos verbotenus tantum reges, facto ſervientes (ut in re tam gravi ſuperciliosa verborum inania evitentur) alibi eruditiſſimè D. Graſwinkelius [a] recenſet. Ex litteris verò plerumqùe ſubjectio unius, plenumve dominium alterius elicitur ſi quiſquam ſcriptis, aut mandatis ad populum miſſis, terminis *noſtri ſubjecti, noſtra ditio, noſtrum Regnum* **onſe Onderdanen**/ ſive magis propriè, **Ondergeſtelde / onſe Landen / onſen Koninckrijcke** / ad eoſdem utatur. Nec non ex litteris à reis ad actorem miſſis, quibus additũ expreſſumve *noſter Dominus, noſter Rex.* **Onſen Heer / onſen Koninck.** Plenum dixi dominium actoris agnitum fuiſſe oportere, quia dominii verbum varias habens ſignificationes, ſecundum ſubjectum ſuum variè intelligitur, aliquando præeminentiam, ac dignitatem tantum indicans. Unde idem D. Graſwinckelius de Gallorum humanitate

[a] *D. tr. de jure præced. cap. 7.*

nitate verba faciens inquit. *Notum eſt quam ut dici propè mereatur, apud Gallos nomen domini tam eſſe propitium ac triviale, ut minorum gentium Dynaſtis, etiam Toparchis citra injuriam adimi non poſſit.* Aliquando nomen domini pro directo, aut utili aliquando etiam pro dominio protectionis acceptum. Quin imò & liberi populi Chriſtiani omnes, Principes ſuos dominos appellant; de quibus tamen conſtat non ſubjectos, ſed tantum Principum ſuorum ſubditos, eoque liberos eſſe; ſic ut inhumanum prorſus foret, ſimplicem appellationem dominii, plenarium producere ſubjectionem. Ex abuſu ſive improprietate loquendi, contra ipſam naturam populum ſubjectum appellari, ita ut ex officio humanitatis præſtito ſubjectorum onera populus pati teneretur. Quarè & hoc animadverſione dignum, neque confeſſionem propriam, neque externam quamvis, plurium licet litteris vallatam, admodum validam prodire, ut vel rei veritatem tollat, vel id quod à ſenioribus ac prudentioribus pro rei veritate habetur. Unde fœliciter idem D. Graſwinkèlius[a]: *Divinæ juſſiones, divina oracula, & quæ ejus generis plura ſunt, Imperatoribus aptantur; quos tamen idcirco nemo Deos eſſe dicat, niſi quatenus illius ſummi Dei in terris vicarii ſunt, atque illius vice concreditos ſibi populos imperio regunt.* Et quæ ibi plura ratione & exemplis ſecundum ſubjectam me-

[a] *Tr. de jure præced. cap.* 18.

materiam eum in finem adducuntur, ne cordatus hæc admittat, ſapiens nemo ea attendat; quandoquidem ut plurimum non ex ipſa juris ſubſtantia, ſed vel ex conſanguinitate, affectu, beneficio, vi, ambitu, vel doloſa adulantium improbitate hæc epitheta proveniunt, vel etiam ab hominibus lucri quippiam inhoneſti, per oblata ſpecioſa nomina captare deſiderantibus, ut ſæpè in ſummis Regum anguſtiis hæc à fortioribus quoque extorquentur. Quę cum ita ſint, ut recentium conſuetudine, Principum, quin imò privatorum tituli confuſius immiſceantur, non tanti ponderis, antiqua licet nomina, abſque aliis adminiculis omni dubio fortioribus, eſſe a oportet, ut vel per patientiam alteri jus acquirant, vel per omiſſionem rerum in ſe ſubſtantiam nullam habentium, libertatis prærogativis liberi alioquin populi exuantur. Et ſi nova quędam offerenda honorum ac dignitatum adoptiva beneficia proveniant, proſpiciendum ne dignitatum notæ confundantur; quoniam noſtro tempore plus quam olim adeò ſubtiles homines in iſtis titulorum corticibus tribuendis, iiſdem poſtmodum latè extendendis reperiuntur; ut quę ſine delectu, ſine ſequela quidē imaginativa ſemel data nomina excellentiora, etiam per exteros ſunt, poſtmodū his aucti magnates, de ſe ſuiſq; rebus majorem auctoritatem,

a *L. ſola. C. de teſtib.*

dignitatem, atq; ex his deſcendentia jura ſuperiora præſumant. Et ſic tandem hæc delata benignitatis munera ad alia quædam præter intentionem deferentis, delationemve patientis, magno imperiorum, populorumve liberorum incommodo, ac ſępius ruina, trahantur.

Subjectionis argumentum etiam à juramento alteri pręſtito, deſumitur; *In tantum*, inquit Maſcardus [a], *ut per inſtrumenta antiqua juramenti ſubjectionis formulam continentia, probetur ſubjectio.* Et ſic qui homagium perſonale, ſeu juramentum aſſecurationis, vel ſubjectionis ſuſcepit, in primo ſubjectionis gradu conſtitutus dicitur [b]; Et dum ſubtilis eorum quęſtio agitur, qui alterius majeſtatē comiter conſervare teneantur, ut fœdere inferiores cum clientibus, hi cum vaſallis, vaſalli cum utriuſque ſimul miſceantur. Generaliter tamen juramentum quamvis generali verborum ſerie conceptum, ad ea tantum jura reſtringitur, quę ex pacto habet is, cui pręſtatur. Et tunc demum juramentum vim contractus obtinet, ſi rebus omnibus, conditionibus, actibuſve adjungatur [a], de quibus ſine dolo malo conventum eſt. Extra caſus pręſcriptos nihil rectè operatur. Ad cauſas verò non expreſſas, ſi adjungatur, magis perjurii, quam juramenti nomen meretur. Pręſertim in juramento ſubjectionis, cum illud ad certa tantum capita 16

a *De probat. concl. 947. quib. mod. juriſd. prob. n. 19. & 21.*

b *Gail. de arreſt. c. 7.*

a *L. fin. C. de non num. pec. c. quemadmodũ. X. de jure jurand.*

capita jurantem adſtringat; Sic ut inhumanum foret, ex limitata illa exteriore juramenti præſtatione, ad omnia ſubjectionis onera quemquam adſtringi. Et inhumanius, juramentum extra intentionem jurantium primam & expreſſam injuſtè quidquam operari; quandoquidem non univerſaliter, ſed particulariter, & ſecundum quid, illud promiſit, de quo juratum eſt. Id juramentum nulla alia de cauſa, quam ut tali modo fides habita, magis confirmaretur, interpoſitum, Deo in teſtem vocato, in vindicem tranſgreſſoris poſito, excluſo judicio humano, pro cujuſque ſecuritatè, ac ſalutè, interjectum ſit.

17 Clavium quoque & ſigillorum civitatis traditio ad transferendum rei dominium pertinet[g], ſubjectionem inducit, atque indè, ut ajunt, *jus intradæ* competit. Ac præſertim dominium probat, ſi à populo acclamatum ſit: *Vivat, Vivat*. Atque is, qui ut dominus intrabat, juriſdictionem in civitate exercuerit, edictorum, mandatorumve promulgatione, quæ facienda, quæ non facienda ſint, indixerit; Ut habet illud: *Qui tibi mandatis imperat, dominus tuus eſt.* Sed requiritur, tradentem claves, juſtam civitatis poſſeſſionem, plenumve ejus dominium habere, & ad hunc effectum claves tradi, ut civitas realis ſive perſonalis pleno dominio in poſſeſſionem accipientis tranſeat. Cæterum ſi claves

[g] *L. 74. ff. de contr. empt. & §. 45. Inſtit. de rer. diviſ.*

Digitized by Google

à non domino traditæ ſint, vel in eum finem non traditæ, ut ad alium civitas transferatur, nihil ejuſmodi traditio operabitur. Ex ſigilli mutatione, 18
inſignium ablatione, ſigillique ad alium tranſlati argumento, ſubjectio etiam quædam arguitur; quocirca ſibi ea in re Lotharingia, Brabantia & Limburgum quondam conſulere voluerunt, cum Philippum II. Hiſpan: Regem, Ducem eligerent. Similiter & ex armis, atque inſigniis alterius populi, locis ad liberum populum pertinentibus, affixis, inciſiſve, maximè in curiis, vel baſilicis eadem appenſa probentur, quidam ſubjectionem præſumunt, licet non ſemper vera talis opinio, abſque aliis adminiculis, reperiatur. Nam accidere poteſt, ut Princeps exterus, ſive privatus alius ad opus aliquod faciendum pecuniam liberaliter contribuat, atq; indè inſignium ſuorum parieti, vitro, curiæ, vel mænibus inſculpendorum libertatem nactus fuerit. Ac denique ſi populus juſtè Principem ſuum deſeruerit, magis eſt arma deſerti Principis alibi reperta ad populi averſionem ab antiquo Principe, quam Principis dominii præſentem in populos probationem pertinere.

Cæterum & tunc ſubjectio eruitur, cum probatum fuerit populum exterum preces alteri obtuliſſe, mandato exterorum paruiſſe, ac comparuiſſe; qui 19
enim

enim paret ſubditus præſumitur, niſi aliud confeſtim probetur: maximè ſi populus voluntate parendi, & non incidenter ea mandata ſuſceperit, mandatiſve injunctis obedierit. Et ſic obedientiam prętat, qui pręſidia externa mandato alterius ſuſcipit, ſuſcipereve ab extraneo, extranei cauſa tenetur. Sic & libertatis depravatio ex ablatis propriis, & inductis aliorum præſidiis probatur. Hinc Livius[b]: *Ab Æno, & Maronia præſidia deduci juſſit, ut in libertate eæ civitates eſſent. Nam ſi à præſidiis Romanis liberatæ non fuiſſent, ſervæ manſiſſent, nec ſociorum amicorumve confœderatione æquali habitæ.* Atq; alibi idem auctor[c]: *Quidam Principatum poſtulare, ut præſidia in urbes ſuas deducerentur, adverſus amicitiam eorum qui ad Macedoniam gentem trahebantur. Pars recuſare, ne quod bello captis, & ab hoſtibus mos eſſet, id pacatæ ac ſociæ civitates acciperent.* Item liber non pręſumitur qui externam poteſtatē lictoribus extero adjunctis, admittit. Qui judicium civitatis ſuæ, civiumq; ſuorum, invitus, nullo pręcedente pacto, extra proprium territorium univerſale patitur, continuò ut pati idem tenetur. Qui legibus, monitis & ſtatutis alterius paret, ac velut ſubjectus proprius iiſdem nolens volens parere neceſſe habet; licet accidere poſſit, ut quis ſpontè alienas ſanctiones imitetur, aut obſervet. Sicut nos, aliique populi leges Juſtiniani ex earum æquitate, pro jure habe-

b *Lib.* 36.

c *Lib.* 43.

habemus. Non tamen quod iiſdem ſtrictè teneamur, aut libertas noſtra eas quoad nos mutare legibus poſtmodum latis, fèrendiſque non poſſit. Accidit etiam ut preces ex cauſa neceſſitatis, probatæ fidei, atque amicitiæ quandoque ſociis offerantur, nec enim tunc ex iiſdem ſubjectionem inferri poſſe, ipſa rerum magiſtra veritas, adjuncta ſibi comite ratione, evincunt.
20 Obedientiam ſimiliter, & ex obedientia ſubjectionem præſtare videntur, qui citra conventionem liberorum populorum, penes quos libertatis inſigne permanet, appellationis imperium in ſua civitate admittunt, cum appellatio ordinariè non præcipiti ſaltu, ſed gradatim de inferiore ad ſuperiores intendatur, quaſi in appellatione ſumma juriſdictionis teſſera conſiſtat; ita ut appellatio judicis à quo, ſuperioritatem judicis ad quem, deſignet[a], ſubjectionemve annexam habeat, dum civitatis civiumq; res extra proprium territorium judicantur. Violentum enim videtur, ut cujus principium agendi eſt intrinſecum, unde originem ducit, illud idemque extra provinciam ab externis judicibus agatur. Et hinc meritò vulgatum illud: *Qui te judicat dominus tuus eſt.* Citra conventionem, ſive conſuetudinem dixi, quia conſuetudine ad alium devolvere appellatio poteſt, quam quo alioquin ſuo jure appellatio devoluta[b] fuiſſet.

Con-

a *C. placuit. cauſ. 2. q. 6. c. ſi duobus. §. denique. De appell. & l. 19. l. 32. C. de appellat.*

b *C. Romana §. debet. De appellat. in 6.*

Conventione itidem quandoq; inter liberos populos paciſcitur, ut Curia appellationis, extra Curiam, Civitatemve propriam conſtituatur. Qualiter olim in Belgia Curia ſupremi ſenatus Mecheliniæ ordinata, de qua poſtmodum bello ſeparatis Provinciis, inter Hollandiam Zelandiamq; convenit, ut eadem Curia appellationis, loco non nomine mutato, HagęComitis in Hollandia certis legibus inſtitueretur. Senatores reverendiſſimi conſultiſſimiq; ibidem judicium de civibus Hollandis, Zelandiſq; ferrent.

21 Obedientiam porrò ex religione mandata elicias: quandoquidem is qui in cauſa religionis te judicat ſuo jure territorii, tui dominus pręſumitur, dummodo ad eum reformatio religionis non minus quam res eccleſiaſticę omnes pertineant. Et hinc illud tritum: Cujus religio ejus regio eſt. Uſq; adeò ut dum inſtitutio, nec non reformatio religionis ſummę poteſtatis ſequela neceſſaria eſt, hæc exerceri vix poſſit, niſi ab eo qui delatam in ſe ſupremam poteſtatem recepit.

22 Ulterius, cum etiam citatio ſuperioritatem denotet, & ſubjectionem in eo qui citatur deſignet, ſi compareat, ex perſonali iſta comparatione, formuliſque dominationi propriis: *l. Sta. Redi. Veni.* non minori calculo probatur ſubjectio. Verum enim verò ſi quidquam juſſum fuerit ab una parte, nec ſuſ-

ſuſceptum ab altera, nihil actum, quoad probationem ſubjectionis videtur. Cum juriſdictio non
a Maſcard. concl. 947. n. 4. probetur, niſi quam exceperit obedientia[a]; ſic ut mandatum alterius ea in re abſque effectu, nullius momenti ſit. Et in his accuratè diſtinguendum, an comparatio injuncta ex conventione exterorum, ex partium conſenſu, aut ex mero, ac ſolius jubentis mandato fiat. Nam ſi ex conventione, nihil ex ea, quatenus conventio omnis libera eſt, quoad dominium juſtum, pręter contrahentium voluntatem li- 23
beram ritè infertur; niſi aliæ conditiones conventioni adjectę fuerint. Locus quoque comparitionis ſubjectionem arguit, ſi nempè extra territorium proprium in tribunali alterius populi, ubi judicium dicitur, ex mandato populus exterus compareat, ſive rem ſuam judicari, civiumque ſuorum cauſas definiri ab extraneis patiatur; ea neceſſitate, ut jure alterius judicis proprio ibidem judicium invitus ſuſcipere cogi poſſit. Cæterum tamen ſi & judices veſtræ gentis ejuſdem conſilii membra neceſſaria ſint, tuum æquę territorium, quam illud in quo jus dicitur liberum, civeſque tui liberi præſumentur, cum non in ſignum ſubjectionis cives in alieno territorio ad judicia accedant, verum ut eorum lites per eos terminentur, qui ex duorũ pluriumve Principum placito, decidendis proceſſibus convenere.

Sub-

Subſiſtente nihilominus utriuſque gentis honore, ut ſi quędam circa Senatorium ordinem, juſtitiæve vigorem innovari, mutari, corrigi, vel etiam ampliari velint, id communi ſupremarum poteſtatum voto expediatur.

24 Item ſi citatus ad bellū, excubias arcis, aliaſve prę-ſtationes faciendas populus, bello adſit, ſubjectionē præſumptivam inducit; quamvis eadem variis exceptionibus ſcateat, ex hac mea repetitione paſſim petendis. Nec non ſi compareat populus ſolvendo contributiones, & collectas; nam qui oneribus impoſitis obſequitur, eorumq; executioni ſeſe ſubmittit, ipſo facto ſe ſubjectum profitetur. Ut & qui mulctam ſolvit, pœnaſque luit, cum pœnę ſigna, fructuſve juriſdictionis ſint. Collectas dico, non cenſus, quia hi quandoque ex pacto protectionis, invaſionis avertendi, aliave de cauſa ſolvuntur. Sic Imp: Germaniæ, Regeſque Mauritaniæ, tanquam boni patresfamilias, ſolutione annui penſionis, ab excurſionibus & devaſtationibus Turcarum, ſubditos ſuos liberos, eorumve prædia inconcuſſa conſervant. Turcicus Imp: ſummo jure in ſuos utens, ita ut imperio potentior ſolutiorve vix ullus Principum habeatur, veteri pacto tributum ducentorum millium nummorum Æthiopum Regi, ſive Presbytero Johanni pendere tenetur. Quod cum

Selymus II. per biennium non ſolviſſet, inter Selymum & Æthiopem bellum ingens exarſit [a]. Quin & Turcarum Imp: etiam illis populis qui in montibus Arabiæ degunt, ſexaginta millia aureorum tribuit, ut agro Paleſtino, ac Damaſceno libere fruatur. Et quod ad collectas attinet ex plenitudine poteſtatis injunctas, ſolutaſve, regulariter quidem ſubjectionem indicant, cum earum impoſitio juriſdictionem, juriſdictio vero ſubmiſſionem neceſſario præſupponat; ita ut non exigi niſi à ſubjectionis poſſint [b]. Quamobrem & ſolutio collectarum ſubjectionis teſſera nuncupatur [d], nempè ſi conſtet collectam ſubjectionis jure impoſitam ſolutamque fuiſſe. Veruntamen accidere poteſt, ut ex conſenſu, aliave de cauſa petenti offeratur, ut protectori quidquam pro conſervanda, munienda-ve libertate numeretur. In quam rem hiſtoriæ ſacræ verba ſunt, ubi [b] textus inquit: *Veniebat Phul, Rex Aſſyriorum in Therſam, & dabat Manachem Phul mille talenta argenti, ut eſſet ei in auxilium, & confirmaret regnum ejus. Indixitque Manachem argentum ſuper Iſraël cunctis potentibus ut daret Regi Aſſyriorum quinquaginta ſiclos argenti per ſingulos. Reverſuſq; eſt Rex Aſſyriorum & non eſt moratus in Therſa.* Unde apparet quod quamvis Manachem pro regno conſervando magnam pecuniẹ vim Regi Aſſyriorum dederit, nec non Iſraëlitæ-

a *Anno. 1572.*

b *L. reſcripto l. munerũ. §. patrimoniorum. & ibi Bart. ff. de muner.*

d *L. omnis anima. X. de cenſib.*

b *4. Reg. 15. verſ. 19. & ſeqq.*

Digitized by Google

litæ potentioris exactionem iſtam tunc temporis paſſi fuerint, & Manachem & Iſraëlitas liberos nihilominus permanſiſſe. Et ſic de cæteris pari judicio ſemper finis examinendus, ob quem prǫſtitum, exactum, oblatum, quidquam eſſe dicetur; ac prę-
25 cipuè in cenſibus, cum cenſus quoque alius ſubjectionis [a] ſit, qui ab ordinario magiſtratu imponitur; alius libertatis ſive privilegii, qualem exterus ſuperior ab inferiori fœdere populo, vel etiam magiſtratus ordinarius pro conceſſa ſubditis hoc vel illud faciendi, vel non faciendi libertate, accipere poteſt. Alius rurſus cenſus excuſationis, qualem Imp: Germaniæ Turcico imperio quotannis cenſum ſolvit, ne Barbarorum ut dixi excurſionibus ſubditi ejus, Turcis viciniores, vexentur. Vel deniq; etiam cenſus protectionis, qui licet inter tributa referantur, non tamen ejus momenti ſunt, ut per ſe ſubjectionem probent, aut per eoſdem libertatis retentę prę-ſumptiones tollantur.

[a] *Decret. Gregor. c. 2. de cenſib.*

CAP. LXI.

DE CLIENTIBUS ET PATRONIS *ARMATIS.*

1. *Quid cliens, quid clientela.* 2. *Clientela libertati non officit.* 3. *Clientelarum origo.* 4. *Clientela varia eſt,*

ac multiplex. 5. *De quibus clientibus lex noſtra agat.* 6. *De clientela perſonali & hereditaria.* 7. *Quomodo clientes in fidem patronorum conſentiant, & ſuſcipiantur.* 8. *Patronus quomodo ſe erga clientem gerere debeat.* 9. *Quatenus jus patronatus, advocatiæ & protectionis ſeſe extendant.* 10. *Protectio nõ commiſcet civitatis jura.* 11. *Patronus clientem defendere tenetur.* 12. *Ignominioſus eſt qui clientes opprimit, aut deſerit.* 13. *Quid cliens patrono præſtet.* 14. *Quomodo intra ſortem ſuam ſe vix patronus contineat.* 15. *Leges pro conſervando fœdere patronis proponuntur.* 16. *Extra neceſſitatem patrocinium non amplectendum.* 17. *Quomodo de clientelari fœdere agendum.* 18. *Arces & oppida exterorum cuſtodiæ non ſunt mandanda.* 19. *Promiſſio à patrono facienda.* 20. *Quomodo patrocinia finiantur.*

Atque hęc de fœderibus propriis, ac quomodo
ſubjectio probari aliquatenus, libertas rur-
ſus defendi poſſit. Reſtat in fœderibus in- 1
ęqualibus, ſive impropriis clientela, quę ut reveren-
tiale atque improprium fœdus, recenſetur in verbis
JC^ti^ Proculi: *Et quemadmodum intelligimus clientes
noſtros liberos eſſe.* Clientes à colendo, quaſi co-
lentes dicti, qui in ſuperioris fidem ſe conferunt.
Superior autem cujus fides imploratur, inferior qui
à patrono in protectione ſuſcipitur; unde in fide
eſſe,

Digitized

eſſe, unum idemq; eſt, quod in patrocinio exiſtere, cum fides iſta à ſuperiore dependeat; eoque magis obſervanda, quod res maximi momenti libertas ſuperiori commiſſa ſit, ut eandem tanquam Deus in terris protegat ac defendat; Quemadmodum ſalutem propriam protegi ac defendi à divina majeſtate deſiderat. In quam rem exemplo clientis & patroni, in ſummis rerum perturbationibus & anguſtiis exclamat Cicero: *Di veſtram fidem.* Nec clientela quidquam libertati officit, quandoquidem JC^tus^ comiter alterius majeſtatem conſervantes, ſuperiorem colentes, auxilium potentioris amplectentes, humanitate non minus quam veritate id dictante, intelligit nihilominus liberos eſſe, eoque non ſervos, quia clientes, & ut ait Seneca: *amicos, ſed minores,* & idcirco majoribus inęquales, quibus æqualia attribuere, nihil foret tali æqualitate inęqualius. Liberi quippè ſunt, cum imperium & juriſdictionem per ſe habeant, & in ſe ſuoſve judicia libera exerceant; alterius viribus ad defenſionem ſuam tantum utentes. Et hoc quidem ſine ulla dignitatis aut libertatis priſtinæ immutatione, cum inter populos liberos clientela nihil aliud ſit, quam fœderata ſociatio, qua alter majeſtatem alterius, ut à potentiorum injuria tutus eſſe poſſit, benignè conſervat. Nec non blanda per ſe conſpiratio, qua potentior minus

potentem in tutelam ſuſcipit, defenſionem ei pollicetur, inferior oblatam ultrò tutelam recipit, reverentiam, fidelitatem, auxilium, quovis meliori modo ſuperiori promittit; quod longè à ſubjectione differt; nec enim quidquam libero populo indignum tali promiſſione continetur. Nec libertati, nec dignitati ſuæ quiſquam prejudicat, qui certo modo ſeſe alicui ſubmittit, preſertim dum hic plura quam ille præſtare tenetur, patronus nempè, ut clientem ſuum acriter defendat, cliens tantum, ut patroni majeſtatem comiter ac reverenter conſervet, dum cauſam clientis ſui ſuſcepit. Et velut ferro indignum non eſt, nec ferro officit, quod à magnete trahatur, nec viro forti ſi pro evitandis imbribus, crudeliumve ferarum morſibus ſeſe alterius hoſpitio, ac ſocietati virorũ fortium committat; ſic nec libro populo, quod pro ſui ſuorumve defenſione ac tutela, ſe ſuaq; alterius populi patrocinio immiſceat. Imò hunc ita ſuſcipiat, ut ultra hoſpitium protector in territorio ſuo, nec non territorio clientis, ſi ſe ipſum defendere, hoſteſve ſuos depellere cliens nequeat ſalvum tamen preſtet; eo quod protectio ſui natura ex neceſſaria conſequentia ſecuritatem & ſalvum, expoſtulat.

Hoc jus clientelare antiquiſſimum eſt, à Romulo inſtitutum, Romanis uſitatiſſimum, delectiſſimum. 3

Ha-

Digitized by Google

Habita enim prius filiorum, pupillorumve ratione, proximo loco clientes patronorum curæ erant; idque lege antiqua, qua cavebatur, *ut patroni ita charos & proprio ſanguine junctos haberent clientes.* Etiam apud inferos in pœnis parricidis proximos facit Poëta; qui clientes fraude mala læſiſſent, ut evincit illud:

Pulſatuſve parens, aut fraus innexa clienti.

4 Clientelæ apud antiquos variæ ſuſcipiebantur, ut & nunc quandoque ſuſcipiuntur, quales ſunt, Provinciarum, Civitatum, Collegiorum, ac ſingulorum, quę à patronis ſuis etiam fortiter defenduntur, ſcilicet à privatis jure, per poteſtates ſupereminentes jure & facto, dum liber populus alterius populi clientelam ſuſcipit. De privato ſingulorum, atque univerſitatum clientela juridica Cicero[a]: *Cum omnia illa mancipia, quæ ſunt à Vibone Brunduſium in fide mea eſſent, iter mihi tutum multis minitantibus, magno cum ſuo metu præſtiterunt.* Idem alibi[b]: *Ad meam Siculi confugiunt fidem, per me auxilium ſibi à vobis petunt, me defenſorem calamitatum ſuarum, me ultorem injuriarũ, me ſui cognitionum juris, me cauſæ totius actorem eſſe voluerunt.* Et de ſingulorum tutela idem inquit[d]; *Diſerti hominis, & facilè laborantis, quodque in patriis eſt moribus, multorum cauſas, & non gravatè, & gratuitò defendentis, beneficia & patrocinia latè patent.* Et ne gravari clientes

a Orat. pro Plancio.

b Orat. in Verrem. I.

d Lib. 2. de offic.

pręſ-

prȩſtationibus quibuſdam poſſent lege Çincia, citò tamen invalida, cavebatur: *Ne quis ob cauſam orandam pecuniam donumve acciperet.* Idque eo tempore, cum fœlicitatem virtute, non fortuna Romani metiebantur. Et hi clientes privati quandoque pro hominibus tenuioris fortunæ, aut ruſticis, ſive colonis ſumebântur[a]; ſed plerumque pro his qui nunc, ut olim, noſtrum juris patrocinium in rebus, cauſiſve ſuis judicialibus deſiderant.

[a] *L. rem non novam. C. de judic.*

Ab his multum differunt, qui juris & facti ſimul clientelam expoſtulant, quales liberi populi ſunt, propriè ad hanc juris publici materiam pertinentes, cum JCtus in hac noſtra lege per clientes intelligat Provinciales, vel Italos populos, qui ſe in clientelam dabant Romanis proceribus, quos Romani defendendos ſuſceperant: Et hinc Cȩſar *Magnas fuiſſe Pompei clientelas in Hiſpania* commemorat. Quippè populi minores, viribus hoſtium, auctoritate & dignitate Romana impares, jure protectionis practicæ, ſeu advocatiæ armatæ, pro retinenda, conſervandaque libertate, à ſuperioribus potentia, nempè Romanis ſibi providebant, ut per eos contra omnem vim externam in libertate ſua defenderentur. Et hoc Gallis *avoizon ou avouerie* dictum, unum idemque eſt, quod in jure, atque alibi fœdus clientelare nuncupatur, nihil principaliter aliud in ſe 5

quam

Digitized by

quam patrocinium, protectionem & defenſionem
continens, nec non vindictam ab injuriis, atque
injuſtitia clienti ab exteris, ſine cauſa juſta, dolo
malo illatis. Pulchrè Cicero in Divinatione ſua:
*Clariſſimi viri noſtræ civitatis, temporibus optimis, hoc
ſibi ampliſſimum pulcherrimumque ducebant, ab hoſtibus
clientibuſve ſuis, ab externis, quæ in amicitia populi Ro-
mani ditioneque eſſent, injurias propulſare, eorumque for-
tunas defendere.* Et Cæſar[a]: *Sequani cum per ſe minus*
[a] *Lib.6. de bell. civil.*
*valerent, quod ſumma auctoritas antiquitus erat in Æduis,
magnæq; eorum erant clientelæ, propter veteres cum Æduis
amicitias, ſe Rhemis in amicitiam dabant. Hos illi diligen-
ter tuebantur.* Hinc eliciendum jus clientelare pror-
ſus ad libertates populi inferioris, ejuſve conſerva-
tionem pertinere, atq; ab ipſo jure naturę quaſi pro-
genitum exiſtere; quandoquidē vel ipſa naturę lex
eam obligationē parit, quando afflictis & vim pati-
entibus opem ferre quodammodo vel nolentes, im-
pellimur; cum publicè intereſſe probamus homi-
nem homini officioſū eſſe debere cum miſeranda
calamitatis ratio nos eo deducit, ut è veſtigio vim
patienti, ſuppreſſiſve noſtro auxilio ſubveniamus,
quod & divinis traditionibus, potentiorum mune-
6 ris eſſe non uno loco docetur. Et jus illud tam in
populo quā familia nno modo perſonale, ſed & hę-
reditarium quandoq; extitit. *Quare*, inquit Cicero,

ſi te favore uſus erit, ampliſſimas clientelas acceptas à majoribus, confirmare poterit, & beneficiis ſuis obligare. Quocirca ſi quis ſemel in populi, vel Principis alicujus protectionem tranſierit, citra temporalem aut perſonalem ſtipulationem, ſe ejus patrocinio deindè, abſque ejuſdem populi, vel Principis ſucceſſorumve eorum conſenſu ſpeciali eximere citra offenſionem non poterit. Quia jus ſemel quæſitum, ſine facto, ſive conſenſu ſuo ei non eſt auferendum[a], cum quod primum voluntatis, deindè neceſſitatis factũ ſit. Quamobrem & Genuates à clientela ſe liberare inſcio & invito protectore ſuo conantes, per Ludovicum ejus nominis Galliæ Regem XII. qui eos in protectione ſua ſuſceperat, aureis 200000. mulctatos Bodinus refert[b]. Nec hoc ſolum, ut ſe quis ex alterius protectione eximere non poſſit, ſed & omnia quę in clientelari fœdere conventa ſunt, ad unguem obſervari debent, niſi malæ fidei reatum velit quiſquam ſubire. Cæterum & ſine conditionibus fœderi adjectis cum clientela ſit, videlicet ſi populus, vel Princeps exterus hoſtium ſuorum metu, fines alterius populi imgrediatur, & ab eo in tutelam recipiatur, ſequitur & hunc popuũ, reverentiam protectori ſuo debere, & ad pręſtationes tacitè obligatum eſſe, quę in redhibitionẽ defenſionis ordinariè patronis offeruntur. Quod ſi adverſus ea faciant

a *L. fin. ff. de pact. l. quod noſtrũ ff. de R. I.*

b *L. 5. de repub. c. 6.*

ciant clientes, devictis eorum hoſtibus, clientelę ſeſe exemerint, idq́; invito protectore, rumpere tamen fidem, quatenus per fidē fœdus pangitur non dicuntur, quamvis fidem eos fefelliſſe indubitati juris ſit.

7 Clientes porrò in fidem patronorum conſentiunt dupliciter, tum quod ipſorum fidem approbatam habeant, ab injuriis vacuam agnoſcant; tum quod in patronorum patrocinio ſe ſuaque omnia ab injuriis omnibus defenſa confidant. Sic Romani legatione ſua ad Carthaginenſes, pro avertendo eorum exercitu à Samnitibus, qui in fide Romanorum tunc temporis erant, ajunt: *Neque ſi quos in fidem reciperent, poſſuros ſe injuria ab aliis* [a] *affici.* Et Cæſar [b]: *Implorato patroni auxilio, ejus adventu Bituriges ad Æduos, quorum erant in fide, legatos mittunt, ſubſidium rogatum, quo facilius hoſtium copias ſuſtinere poſſint.* Unde & fœdus clientelare eſt conventio publica, qua populus liber ſalva libertate, præſtando juramentum, ſive honorarium annuum, in potentioris populi protectionem tranſit, ut irruente hoſte, aut alia quavis neceſſitate urgente, ipſius gaudeat pa-

8 trocinio. Fidelitatem promittat cliens, fidem, ſive protectionem patronus polliceatur; quaſi Dei perſonam in terris agens, à Deo in defenſionem & conſervationem afflictorum patronus electus, clientes ſuos, & eorum jura conſervare ac defendere velit

a *Polib. Lib.* 3.
b *Lib.* 7. *de bello Gall.*

inceſſanter; minimè alienare, aut opprimere, vel
ſeſe in præjudicium libertatis rebus clientis ſui,
extra, vel præter officium boni defenſoris, immiſ-
cere, cum ejus partes in defenſione, ac conſerva-
tione ſuſceptę clientelę ſubſiſtant, non verò ut ſpecie
defenſionis, minorem rebus ſuis exuat, vi ſuperiori-
tatis vel poteſtatis in territorio clientis ſui jus dicat;
Quandoquidem jus patronatus, ſive protectionis, 9
patrono in clientes ſuos, nullam tribuit juriſdictio-
nem, protectio à juriſdictione & adminiſtratione
juſtitiæ omnino ſeparata eſt, nec ſeſe extra protec-
tionem populi minoris ad officia alia extendit; non
ulterius progreditur, quam placiti fine inter partes,
ſine dolo malo expreſsè convenerit. Et notandum
quod advocatiæ conſtitutio, quoad alicui aliquid
auferendum, vel inferendum, ſtricti juris ſit, adeo-
que nihil niſi quod de præciſa ejus natura, aut no-
a L. 99. ff. minatim expreſſum eſt[a], clientibus auferat, patro-
de verb. obl. nis concedat[b]. Et hinc cum Gregorio Tholoſano
b De Repub. rectè dicas: *Patronum, cauſa protectionis, non magis jus*
II. c. 11. *dominii in protegendos, protectoſve habere, quam milites*
n. 6. *auxiliares reipub:, cui auxilium præſtant, domini ſunt.*
Societas enim, ut ſuperius indicavi, non commiſcet 10
neque conturbat civitatum jura, inter quos eſt ſo-
cietas. Et ſic in clientelari quoq; fœdere, exemplo
aliorum, ſi turbarentur clientum jura, nullum am-
plius

plius fœdus clientelare exiſteret, una eademq; reſpub: eſſet, unus idemque populus, patroni & clientis confunderentur; aut quod pejus eſt, ſubjectorum loco clientes haberentur, quod barbarum planè, atq; inhumanum foret, ut qui in patronum fidunt, per fidem patronorum ſuorum fallantur, ac ſupprimantur. Cum Bodino[a] igitur magis eſt, quod dicamus, clientelam fœderatam ſocietatem eſſe, ac permanere, qua alter alteriūs majeſtatem conſervare tenetur, ut ab injuria potentiorum uterq; tutior eſſe poſſit, hic rebus belli imperando, ille iiſdem obediendo; cujus imperii occaſionibus defuturos clientes ſuos ſuperior non præſumit, eos dilectos ſuos, fideleſque ſocios, ex officio pręſtito, præſtandoque patronus appellare conſuevit; **Onſe liebe / onſe**
11 **getrouwe**. Ecquid enim juris patrono contra clientis ſui libertatem, ex fœdere clientelari competeret, cui pro defenſione ſuſcipienda annua penſio plerumq; ſolvitur, à clientibus ſcilicet, loco honorarii, & arrhabonis[b]; Patrono inquam, non in vanum, verum ut à populo libero potentiori, populi liberi viribus impares, data penſione, contra omnem externam injuriam ſubſiſtant, defendantur, per majeſtatem excelſam (cui hoc ſolum ex Menochii[c] ſententia jure gentium competit) in protectionem publicam ſuſcipiantur, à qua tantum fidei expectatur,

[a] *Lib. 1. de repub. c.7.*

[b] *L. quidquid adſtringendę. 99. ff. de verb. obl.*

[c] *de arb. ind. quæſt. caſ. 338. n. 3.*

tur, quantum ejus auctoritas ſupereminet alias poteſtates. Et hinc animo fixum, immotumque ſeverioribus Romanis ex lege XII. tab. erat: *Clientem fraudi à patrono affici non debere.* Protectionis jus divi-
[a] Lib. 2. c. 1. noct. attic. num ſacrumque eſt. In quam rem Aul. Gellius[a]: *Nullum facinus pejus æſtimatur, quam ſi quis probetur clientem deriſui habuiſſe.* Protectione miſerabilium 12
ut quis ergo proximè Deos accedit, ſic & eorum debellatione, ſuppreſſione, ex adverſo munus peragi videtur, quo nos omnes humani generis hoſtis diabolus perſequitur; & obindè cum poteſtas omnis à Deo ſit, nec aliæ ſint poteſtates, quam quæ à Deo ordinatę ſunt, hoc facinus indignum, quin imo contrarium majeſtati cenſetur, ut dum protegere clientes per juſtitiam ſua opera majeſtas debeat, injuſtè op primateoſdem. Et hoc dum ſuis omni occaſione clientibus in neceſſitate adeſſe tenetur, nec
[b] Lib. 7. de bello Gall. eoſdem deſerere; idque ex monito Cęſaris illuſtri[b], ubi ait: *Clientes in extrema fortuna deſerere, nefas ſit;* Ita tamen ut hæc omnia clientum ſumptibus, & impenſis peragantur, dummodò ſuperſunt: Nam illud rationi conſonum, ut propriis ſe ſumptibus tueantur, cum ea defenſio ad neminem magis principaliter, quam ad clientem ipſum pertineat, licet patronus eorum cauſam & afflictionem, ſuam ſollicitudinem exiſtimet, ac pro ea avertenda, depellen-

da

da operam ſuam, Duces ac milites ſuos, ſuaque omnia impendat, ut fuſis fugatiſque clientis ſui hoſtibus, plena rurſus per eum tranquillitate fruantur.
13 In cujus redhoſtimentum à partibus clientis ferè jure gentium obtinuit, ut dum ſuperioris populi majeſtatem clientes comiter conſervant, pro eadem conſervatione omnia ſua impendere teneantur, ut eoſdem amicos, eoſdem inimicos habeant. Sic Maſſilienſes portas Cæſari clauſerunt. Albicos barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant, monteſque ſupra Maſſiliam incolebant, ad ſe vocaverunt. Excluſo denique omni fœdere cum aliis pangendo, niſi conſenſus quoque patroni interveniat, ut in nuptiis ratihabitiones parentum, in rebus minorum, interventiones tutorum curatorumve de neceſſitate requiruntur, quorum perſonas majeſtas ſuperior, ſive fœderis Princeps, in rebus cauſiſve inferiorum ſuorum ſæpius repræſentare videtur, ut nempè ejus præſens auctoritas ac dignitas, clientibus omni occaſione quibuſcunque etiam negotiis adverſus vim atque machinationem omnem internam, exterorumve prodeſſe poſſit.
14 Verum enim verò, licet hęc æquo jure, ac rationibus omni exceptione majoribus ſic obtineant. Hæc quoque pręter occaſiones, omnes confiteantur, qui ad imperia aſpirant, vel etiam imperia nacti, juſta

æque

Digitized by Google

æquè ac tranquilla poſſeſſione eadem regunt, ac gubernant, non dubitem tamen illorum quoque qui cum

-----nolunt occidere quemquam,
Poſſe volunt.

Contraria exempla in hiſtoriis reperiri, cum cliens ſæpiſſimè in poteſtate patroni, ut muſca in manu pupilli ſit. Luporum cuſtodiæ ſeſe agni committant, dum lupos canibus in propriam ruinam fortiores putant. Quidquid eſt, ex minoris impotentia, ac ſuperioris ambitioſo extendendi imperii deſiderio, fœdus clientelare ex accidenti ut miſerrimum atque omnibus formidabile, maximo periculo laborat. Ex horum potentia ſuperbienti, illorum infirmitate ſubmiſſa nunquam non timendum, ut patroni in dominos, vel etiam Tyrannos, clientes in ſubjectos, & ſervos evadant, evertantur. Quare Gellius[a]: *Cui plus licet quam par eſt, plus vult quam licet.* Quod egregiè quoque animadvertit Gunterus, dum ait:

[a] Lib. 17. c. 14.

Tanta tamen diri fuit inclementia fati,
Ut quicunque bona priſcorum munera regum
Hactenus iſta fide poſſederat, idque probare
Legitimis poterat, vel demonſtrare tabellis.
Principis aſſenſu titulo gaviſus, eodem
Nunc quoque poſſideat.

Ex

Ex potentia ſua Ottomannicus Imp: tanta ſuperbia tumidus, ut ſe non tantum clientum ſuorum, verum univerſalem orbis terrarum dominum profiteri velit, litteris ſuis credentiarum ad Germaniæ Imp: præfigendo: *Ego dominus omnium dominantium, Regnator orientis & occidentis, qui potens ſum facere, & non facere quæ libet. Dominator omnium eorum quæcunque regi, & dominio ſubjici poſſunt, magnus heros heroüm, & fortis gigas latiſſimi hujus orbis univerſi. Quam plurium regnorum, & dominorum ego ſum Imperator: In manu mea potenti traditi ſunt omnes fines terræ, nullis exceptis, mecum eſt fortitudo totius mundi, & virtus firmandi. &c.* Quamvis hęc dominandi libido, tituliquе libidini ſuæ adjecti, rei veritatem [a] non mutent, neque ob confeſſionem propriam, in ſui commodum factam magis minuſve poſſideat, quia non in prejudicium tertii, ſed tantum profitentis damnum ejuſmodi confeſſio operatur. Proſpiciant igitur inferiores, ne juri ſuo ſe nimium confidant, dum fœderis clientelaris quæſtiones factis plerumque deciduntur, meritò omnibus regnandi libido ſuſpecta ſit, quaſi intra ſuos tramites vix ſeſe mortales contineant. Ac precipuè in fœdere quo alter alteri conventione inferior eſt, cautè agendum; nam ſæpiſſimè primum actum, poſt protectionem ſtipulatam, invaſionem prætextati protegentis fuiſſe, exemplorum

[a] *Arg. l. 8. ff. de caſt. pecul.*

vetuſtas docuit. Sic Tulli, Metenſes, Verodini, ab Imperio Germanico avulſi, libertatem amiſere. Sic Auguſtus urbes quaſdam, fœderatas, teſte Suetonio, patrocinii prætextu ſibi ſubjecit. In quam rem Plutarchus concinnè: *Rogante aviculas cuculo, cur ſe fugerent, quia accipitrem te forè ſubverebamur, ajebant.* Et in humanis, converſationibus accidit, ut multi non lædant, dum lædere non poſſunt:

Tolle quod obſtat
Tunc vana proſiliit frenis natura remotis.

Digito ipſorum dentibus commiſſo, acrius mordeant, tantum auferant, quantum ſecluſa omni virtute, reverentia, atque humanitate vires ipſorum impiæ patiuntur. Quibus tamen læſionibus privatis, ut mederi poſſit, jura in medium conſtituta ſunt, alterius poteſtati ne quis ſe facilè committat. Legibus expreſſum, ut nemo potentiorum patrocinium advocet[a]. Civis alterius patrocinium non petat, cum Principi proprio, ac magiſtratui in eum finem ordinato competat ſuos protegere ac defendere, civem nullum indefenſum, inultum relinquere. Idque ne exterorum perverſa ambitione, falſa virtutis protegendi ſpeciè obruantur, præſtando extranis principibus pro patrocinio penſione, vel ſtipendio, cives exhauriantur; quodque magis urget à reverentia propriæ majeſtati debita, cives ſedu-

[a] *L. 1. C. ne liceat potēt. l. illicitas §. ne potentiores. 2. ff. de offic. præſid. l. 1. C. ut nemo ad ſuum patrocin.*

ſeducantur, abſtrahantur. Et hoc ita intelligendum, ſi indefenſi, aut neglecti per Principem ſuum cives non exiſtant. Nam ut derelicti ſunt, occaſionibus inſerviendum. Cum vita, vel libertas in dubium trahuntur, ſeſe amico potius aliquo
16 modo, quam hoſti plenariè committendum. Igitur cum à poteſtate ſuperiori periculum imminere poſſit, prima populis liberis lex ſit, ut extra neceſſitatem patrocinium non ſuſcipiant, nam:

Domum tyranni quiſquis introiverit,
Haud liber erit, liber etſi venerit.

Neceſſitatis verò alia res eſt. Et hinc:

Quemque ſuæ rapiunt in fœdera cauſæ.

In iis enim cum nemo liberalis præſumatur, id facere tenetur, quod pro ſua ſalutè omitti non poterat. Atque eo caſu ſępè ſuſcipiendum quod conceditur, non quod volumus; quia dulcius adhuc ex utroque malo, nomen ſubditi in patrocinio, quam ex hoſtium victoria ſubjecti titulum referre. Sic rebus deſperatis Achaz nuncios ad Theglath-Phalaſar Regem Aſſyriorum mittit, dicens: *Servus tuus, & filius tuus ego ſum, aſcende, & ſalvum me fac de manu Regis Cyriæ, & de manu Regis Iſraël, qui conſurrexerunt adverſus me*[a]. Et licet hæc inferior conditio ſuperiori in fœdere auctoritatem, & dignitatem vulgo adferat, tempora tamen dira, ſeveraque aliquando po-

[a] 2. Reg. 16. verſ. 7.

populo impetito obveniunt, quibus ſuſcipere tutelę
oblationem, Principes exteri recuſant. Quod ſi ne- 17
ceſſitas non admodum urgeat, pro clientelari fœdere confici inſtrumenta publica, protectionis formulam ab utraque parte obligatoriam continentia, curentur, ne exindè potius ſubjectionis, quam protectionis occaſio in futurum naſcatur, unde protectio vera ac non fucata ſperabatur. Curioſè, dilucidè atque attentè exprimatur, quomodo ſeſe aliorum curę ſubmittant, verbis omnibus ſubjectionem quandam inferentibus, procul inde remotis, ita ut certa exprimendo ad quæ voluerint teneri, tacitè declarent ſe reliquis, ex gentium conſuetudine introductis obſervationibus, teneri nolle [b]. Stipulatio hæc ſi fieri poſſit, ad certum, & breve tempus tantum ſit, ut ſi clientibus gravior, vel incommoda civibus videatur, mutari, ſi honeſta, placida, jure & facto pro arbitrio clientes prolongari, continuari poſſit: nimirum quia clientela ordinariè pro conſervatione clientis, & non in commodum patroni ſuſcipitur, nec de jure præſumendum ſit, quod eandem augendi ſui imperii cauſa patronus ſuſcipiat, licet quorundam moribus aliter perperam practi-
cari meminerimus. Porrò in conſiliis ſuis ſecretio- 18
ribus, clientes patroni ſui conſiliarios non admittant. Arces & oppida ſua teneri ſuperioris majeſtatis

[b] Arg. l. 12. §. 43. ff. de inſtrum. legat.

tis præſidio militari non patiantur. Sic enim Athe-
nienſes ad Antipatro, & Caſſandro oppreſſi ſunt.
Sic Conſtantio, Trajectum ad Moſam olim, Ca-
meracum, Vienna, qui Auſtriacorum patrocinium
adoraverant, recepto pręſidio libertatem amiſerunt.
Quibus aliiſve exemplis moniti Scoti dum quon-
dam Anglorum tutelam & patrocinium expoſtu-
laſſent, obſidibus ſexto menſe revocatis, ſibi cave-
runt, ne Angli arcem ullam ad Scotos pertinentem,
poſſiderent. Cujus cantelę vim ſero animadvertiſ-
ſent Batavi niſi pręſidiis Anglorum, urbibus Brielę
in Hollandia, Vliſſingæ in Zelandia injectis, ſeſe
19 maturè liberaſſent. Porrò patronus promittat jura
majeſtatis ad clientem pertinentia integra, incon-
cuſſa, ſalva futura, nulloque rei civilis negotio, vel
etiam ad civitatem ſolam pertinentis ſeſe immiſſu-
rum. Patrocinii tabulę eum in modum conceptæ,
conventæ, ſubſignentur, ſigillatæ ut oportet, clien-
tibus à patrono tradantur, & pacto fœdere cliente-
lari, ſumma cautio ſit, ut ſi patronus nocere velit,
non tamen poſſit.

20 Et hoc de ineündo, conſervandoque fœdere cli-
entelari. Porrò quo tempore patrocinium finiatur
ex contractu, vel defectu elicitur. Ex contractu, ſi
ad certum tempus advocatia petita ſit, ſequitur ex-
ſpiratione conventi temporis advocatiam hanc ar-

Digitized by Google

matam finiri [a]. Item ſi conditio adimpleta ſit, aut non amplius exſtet, quia ea deficiente perindè habetur, ac ſi facta non fuiſſet conventio [b]. Item ſi re integra pari conſenſu contrahentes fœdus annulaverint [c]. Aut contractu ab una parte nondum perfecto, is per quem non ſtat, quo minus perfectum ſit negotium, reſilierit, contractuſve non perfecti, nec apparenter perficiendi, pœniteat; ut ei pœnitere [d] licet, cum is qui nondum contractum impleverat, illud implere tenebatur, aut ſolvere ei qui à ſua parte impleverat, id quod ipſi intererat ab utraque parte impleri [e]. Cęterum & ex defectu, ut dixi, patrocinium quoque finitur, ſublata ſcilicet patrocinii poſſibilitate [f]. Nam quod conceditur certa qualitate, ea remota tollitur id quod conceſſum fuerat [g]. Finitur etiam ſi patronus clientis defenſionem neglexerit [h], quia protectoris nomen non meretur, qui protegendo ſuum non facit officium [i], quo etiam caſu de jure ſcripto clienti, ut minus promiſſi ſubſequuta fide, condictio adverſus patronum competit [l]; niſi fortuito protectio ſequuta non ſit, tunc enim honorarii, ſenſuſve ſoluti repetitio locum non habet [m]. Amittitur quoq; jus patronatus, non utendo ſuo patrocinio [n]; licet etiam non requi-

a Arg. l. 52. §. fin. & l. 1. DD. ff. de pact.
b L. 36. ff. de reb. credit. l. 8. pr. ff. de peric. & comm. rei vendit.
c Arg. l. 2. pr. l. 5. §. 1. ff. de reſcind. vend. l. 35. ff. de reg. jur.
d L. 5. §. 1. ff. de condict. cauſ. dat.
e Arg. l. 5. C. de obl. & act. l. 1. & 2. C. quand. liceat ad empt. reced. l. 3. C. de reſcind. vendit.
f Arg. l. 17. §. 3. ff. de uſur.
g Arg. l. 7. pr. ff. de cap. minut.
h Gloſſ. in l. 3. voce coget. & voce iuriſdict. C. de procur.
i L. unic. C. de mund. jur. Quis toll.
l L. 5. §. 2. l. 7. ff. de præſcr. verb. l. 3. §. 2. ff. condict. cauſ. dat. l. 4 8. & l. fin. C. eod. l. 7. C. de rei permut.
m L. 19. C. condict. cauſ. dat.
n Arg. l. 16. pr. C. de uſufr. l. 13. C. de ſervit.

Digitized by Google

ſitus protectionem omiſerit, cum ſecundum Imp: Juſtinianum [o], *ea quæ promiſit ipſe in memoria ſua ſervare, non ab aliis ſibi manifeſtari debeat poſcere*. Multo magis ſi ſævitia, patrocinii jure (admonitione ut ab offenſione & injuria deſiſtat, præmiſſa) notoriè quis fuerit abuſus [p], per vulgatam regulam, *conceſſa abutentem poteſtate, eadem privandum eſſe* [q], exemplo judicis ordinarii in ſua juriſdictione ſevientis. Notoriè dico, quia ſevitia in magiſtratu non præſumitur, multo minus in majeſtate ſumma, quamvis Cravetta diſſentiat, aſſerens pro ſubditis contra dominos, pro inferioribus contra ſuperiores præſumptionem operari [r]. Morte etiam patroni, ſi perſona ipſius ſpecialiter in advocatia armata ad auxilium ferendum vocata fuerit, finitur patrocinium. Et velut in privatis cauſis morte clientis clientela quoque deſinit, & reſpub: morte naturali ſubjecta non ſit, verum everſioni violentæ, & captivitati fatali, dummodo cives aliqui ſuperſunt; Sic omnium tamen civium morte, fuga huc illuc, diſparſione in omnem ventum, ut pulvis ejectus, loci protegendi deſtructione, occupatione violenta, protectionis ſtipulationem exſpirare, cenſus annui ſolutionem per ſe ceſſare, certi, atque inconcuſſi juris eſt [ſ]. Et hoc quoad clientes & patronos, eorum jura, ſtipulationes & cautiones, nec non abſolutiones dixiſſe ſufficiat.

CAP.

o *L.12. C. contr. & comm. ſtip.*

p *L.14.15. & 16. ff. pro ſocio. arg. c. un. §.8. lib. 2. tit. 27. de feud. & C. pen. X. de pœnis.*

q *L. Iudæos. C. de Iudæis.*

r *conſ. 132. n. 18. & ſeqq.*

ſ *§.3. Inſtit. de uſufr. l. 5 §. 2. in fin. ff. qui. mod. uſuſfr. amitt. l. 16. §. 1. & 2. C. de uſufr.*

CAP. LXII.

DE VASALLIS.

1. Vaſalli imperiorum nervi ſunt. 2. Vaſallorum fidei formula. 3. Feudum aliud determinatum aliud indeterminatum. 4. Quando ſervitium in bello prǫſtandum. 4. Servitium feudale etiam pacis tempore debetur. 6. Servitia reverentialia in faciendo & non faciendo conſiſtant. 7. Clientis & vaſalli differentia. 8. Vaſalli & ſubjecti differentia. 9. Servitutis ſingularis genera. 10. Jure publico tripliciter quis alteri devincitur. 11. Ex rebus perſonæ non ſubjiciuntur. 12. Majeſtatis intereſt, nè ex rerum calamitate, perſonæ patiantur. 13. Homagii & vaſallagii diſcrimen. 14. De vaſallorum jure. 15. Inter vaſallum & dominum paritas quædam eſt. 16. Feudum aliud perſonale, aliud hereditarium. 17. Feudi dominus abſolutè de feudo diſponit.

Sequitur nunc ut in ſequelam, ſive conſequentiã 1 legis noſtræ de vaſallis, qui improprio fœdere in ſocietatem amicitiamve aliorum aſſumuntur, parumper agamus; idque quia nervi, & robur maximorum imperiorum ſunt, membra majeſtatis ſupereminentis vulgò habentur. Vaſalli virtute bellica clariſſimi, tanquam viri fortes in fidem potentiorum atteruntur, cum pro feudo utendo, fruendo-

endoque dato, præſtationibus perſonalibus, ſive etiam quandoq; realibus, ſeſe obligant, ut alterius majeſtatem comiter obſervent, eandem colant, comitentur, profuſione proprii ſanguinis ſuiſq; ſumptibus,in & extra patriam [a] promiſcuè contra omnes, excepto ſolo [b] domino antiquiore defendant; Quę cum ita ſint, vaſallos omni modo ſervitiis ferendis præſtò eſſe debere, eorumve ſervitium & munus pręcipuè in bello,armiſve tractandis conſiſtere ipſis legibus [c], ipſa duce & magiſtrata rerum experientia docetur; ita etiam ut non niſi militiæ idoneis hominibus regulariter feuda tribuantur [d], & hinc ſæpius vaſalli indiſtinctè milites appellentur; dummodo viri inſigni fortitudine armati, ad injuriam propulſandam & hoſtium impetus arcendos, ad pacem conſervandam,recuperandamve,neceſſariò requiruntur [e]. Quod & clarius adhuc ex vaſallorum, fidei formulis redditum, quibus ſuper ſancta Dei
2 Evangelia his verbis juratur [f]: *Ego ab ipſa promiſſionis hora, uſque ad ultimum diem vitæ meæ, ero fidelis domino meo, contra omnem hominem.* Quæ verba interpretaturus Imp: ſignificare inquit: *Ego juro quod nunquam ſcienter ero in conſilio, vel in auxilio, vel in facto, quod tu amittas vitam, vel membrum aliquod: vel quod tu recipias in perſona aliquam læſionem, vel injuriam, vel contumeliam, vel quod tu amittas aliquem honorem, quem*

a *Borrin. de ſervit. vaſall. part. 1. c. 9. 10. & 11.*
b *C. contra omnes. tit. hic finitur lex &c.*
c *C. domino Guerram. D. tit.*
d *C. unic. Tit. an mutus vel alias imperfect.*
e *L. milites 31. C. locati.*
f *C. unic. tit. de nov. forma fidel.*

Digitized by Google

nunc habes, vel antea habebas : Et ſi ſcivero, vel audivero
de aliquo qui velit aliquod iſtorum contra te facere , pro
poſſe meo, ut non fiat, impedimentum præſtabo. Et ſi im-
pedimentum præſtare nequivero, quam citò potero tibi nun-
ciabo : Et contra eum prout potero auxilium meum tibi
præſtabo : Et ſi contigerit te rem aliquam quam habes, vel
habebis, injuſtè vel fortuito caſu amittere, eam recuperare
juvabo, & recuperatam omni tempore retinere. Et ſiſci-
vero te velle juſtè aliquem offendere, & indè generaliter,
vel ſpecialiter fuero requiſitus, meum tibi ſicut potero,
præſtabo auxilium : Et ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſta-
veris, illud ſine tua licentia nemini pandam, vel per quod
pandatur faciam : Et ſi conſilium mihi ſuper aliquo facto
poſtulaveris, illud tibi dabo conſilium, quod mihi videbitur
expedire tibi. Et nunquam ex perſona mea aliquid faciam
ſcienter, quod pertineat ad tuum, vel tuorum injuriam, vel
contumeliam. Quaſi neglecta propria utilitate, quin
imò neceſſitate, citra propriam libertatem, omnia
pro domino ſuo agere, ſanguinem fundere vel hau-
rire, vitam perdere, vel perire vaſallus teneatur.
Verum enim verò licet hoc feudale juramentum 3
ſemper ſervitium annexum habeat, atque onera
ferè omnia tam perſonalia quam realia (quando-
quidem *adjuvandi* verbum feudis ordinariè adjec-
tum, generale eſt; atque illud *adjuvare debet*, ne-
ceſſitatem ex ratione & natura feudi indeterminati
pro-

provenientem inducat, atque exprimat, juramento inſuper fidelitatis vallatam) conſtat tamen pro arbitrio conſtituentium illud ſtrictius latius imponi, vel adjici feudo poſſe. Et ſic vulgò tenent, ut ſi ſimpliciter alicui delatum feudum ſit, illud indeterminatum dicatur, habeatur, hoc eſt, quod nulla partium intercedente determinatione & pacto, ex propria feudi natura & qualitate determinationem capit [a]; qualiter pro vario feuda conſtituentium placito, & vario regionum ac populorum more inveterato, obſervatur. Determinatum verò quod ad certam loci, temporis, perſonarum, & officiorum qualitatem, & conditionem ex pacto inveſtituræ adjecto pertinet; ut puta ſi in tali loco, tali tempore atque occaſione ad ſerviendum domino ſuo, uno duobus vel pluribus equis, militibus, pane,
4 pecunia, vino, & ſimilibus ſeſe obliget. Quibus determinatè promiſſis, quavis occaſione pro re nata prout promiſſa ſunt, è veſtigio is qui ea promiſit, eadem præſtare tenebitur, cum ſpecialiter in ſtipulationem deducta probantur. Quod in feudi delationibus indeterminatis non eodem modo obtinet. Licet enim jure feudi ſervitium ſemper domino præſtari in atque extra bellum debeat; hoc tamen ultra juſtitię rationem non extenditur, eo quod tam de jure divino, naturali, gentium ac civili omnia

a §. fin. Tit. quib. mod. feud. amitt. arg. l. 4. §. per ff. de re jud. & l. cũ dotem. §. gener. ff. de jure dot.

ex æquo, juſto & bono (licet pacto ſpecialiter comprehenſa non ſunt) definiuntur; & contra jus ſit, & contra omnem juſtitiam, ex qua jus provenit, & ſecundum quod non niſi id quod bonum & juſtum eſt, permittitur, ut in bello injuſto vaſallus dominum ſequi teneretur. Ita etiam ut bellum injuſtum fera & periculi ſui neſcia fervens inſania, maturatum ſcelus, & ut ita cum aliis dixerim, non niſi verum latrocinium ſit, à ſceleratis hominibus contra leges, ipſamque naturam, in necem ac ruinam generis humani adinventum [a]. Et idcirco ei bello injuſto non adherendum, præcipuè dum jure conſtet. Nullam ad maleficia obligationem validam exiſtere [b]. Nullam rei turpis promiſſionem quidquam operari, licet fidei datę robore, licet juramento confirmatam. Adeò etiam ut ſi perverſo imperio liberè quis obſequutus fuerit, perjurii pœna in eum qui jura gentium, naturalia, & civilia violaverit, juſtè retorqueri poſſit. Et hoc quoad agreſſorem, atque aggrediendo ſervitium petentem. Aliud tamen de favorabili defenſione ſtatuendum, quia defenſio, quamvis injuſta, de jure naturale permiſſa videtur [c], & ut quis ſanguinem ſuum quoquo modo redimat, conceſſum [d]. Præſertim ſi tempus, occaſio, locus, non patiantur plenius deliberandi conſilium, quo juſta vel injuſta belli defenſivi cauſa per vaſallum exa-

a L. per omnes. 6. C. de deſerſ. civit.

b L. juris gentium §. ſi ob maleficium ff. de pact.

c L. ut vim. ff. de inſtit. & jur.

d L. 1. ff. de bon. eor. qui antè ſent. ſibi mort.

examinetur. Dominus juſtitię pręſumptionem pro ſe habeat, & vaſallus ex feudo indeterminatè accepto, ſervitium domino debeat, & ut ſecundum traditam fidelitatis formam, ejus majeſtatem conſervet, eum incolumem reddat, perpetuo protegat ac defendat. Quare & in libris feudorum ſæpius vaſalli, militare, & milites eſſe dicuntur, quos de jure ad bellorum neceſſitatem adſtrictos eſſe conſtat generaliter, eoque ut dominum ſuum ſemper adjuvent devinctos. Ipſa ſępius neceſſitate ſic pręſſi, ut licet injuſta defenſio foret, tamen ut defendant, per dominos conſtringantur. Et hos vaſallos licet ex cauſæ injuſtitia reos faciat facti perverſitas, à pœna tamen excuſat obſequii neceſſitas; quia ordo, & vis illa ſerviendi & obſequendi domino, hos innocentes de jure reddit [a].

5 Cæterum etiam ſervitium feudale, nedum in bello ſolum, ſed & extra bellum, ab ipſo feudi conceſſionis die, ex quo probabiliter ſcire vaſallus intelligitur quod ſuo ſervitio & opera dominus indigeat [b], locum habet. Et ſecundum datam fidei formulam ad omne tempus quo vim atque injuriam pati dominus intelligitur, vel alias ope & auxilio vaſalli ſui indiget, ad perſonalem & realem defenſionem ſeſe extendit. Admodum ut in vaſallo nedum ſola induſtriæ, perſonaliſve obſequii ratio

[a] *L. ſervus non. 20. ff. de obl. & act.*

[b] *L. quoties. 24. ff. de oper. libert.*

perpendatur, verum etiam animi; utpote quod in
beneficii accepti memoriam non viribus tantum &
induſtria, ſed & affectu quoque & benevolentia in
dominū opus ſit, cujus perſona ſemper vaſallo ho-
neſta ac ſancta haberi debet. Quod itidem ex feudi
litteris ſignificativis aptè elicitur, quaſi *Feudum*
ſit, *Fidem. Etenim. Veram. Domino. Vero. Meo.* Scilicet
præſtabo. Ex eo quod feudum ſervitium ſemper
annexum habeat, à reverentia prçſtanda, ſervitium
reverentiale vulgò appellatum. Quæ reverentia
cum animo maximè operetur, ac naturæ pietatem,
& ejuſdem animi integritatem reſpiciat, cauſam
continuam, ex prompto & continuo animi motu &
affectione, in atque extra bellum habere creditur,
dum ſervitia hæc reverentialia alia in faciendò, alia
in non faciendo conſiſtunt. In faciendi termino, 6
ut fidelitatem vaſallus domino ex data fide, obſer-
vantiā, venerationē, advenientis contra dominum
injuſtitiæ revelationem, oppoſitionem, defenſio-
nem, ſi captus fuerit redemptionem, in quavis re
conſilium ac patrocinium prçſtet. In non faciendo,
ut vaſallus grati animi vires & ſignificationes do-
mino oſtendendo, convicio, injuria, factis inhoneſt-
tis, indecentibus machinationibus, inſidiis clandeſ-
tinis vel manifeſtis dominum non afficiat. In eum
manus impias non ſtringat[a]. Amicitiam cum do-
mini

[a] §. porrò. *Tit. Quæ fuer. primæ cauſ. &c. l. 1. & 2. ff. de obſeq. parent. prçſtand.*

mini ſui inimicis non faciat: Abdita rerum ejus ſecreta non pandat. Fortalitiorum conſtitutionem malo animo hoſtibus non prodat. Dominum non accuſet, adverſus Borrinus eum patrcoinium non ſuſcipiat. Teſtimonium, judiciumve, niſi in rebus maximi momenti invitus & coactus, ut volunt[b], non ferat. Dominum ſine venia in jus non vocet, in jus vocando ſalva reverentia domino debita verbis honorificis, pudorem annexa habentibus, exiſtimationem domini non offendentibus, utatur, ut de jure utriuſque experiatur. Et quę plura ad negativam hanc claſſem violatæ fidei ſigna adduci poſſent.

7 Nec tacitò pede prætereundum quod licet fidei vinculo dominis ſuis, ut clientes patronis adſtringantur, nec non liberi ambo ſint, magnam tamen in clientelari & vaſallagii jure differentiā eſſe. Quippe clientelæ onus per ſe militiam annexam non habet, vaſallorum conditio eſt, ut cum dilectis edicuntur, in militiam eant, vel ſi perſonaliter excuſentur, impotentiave corporali laborent, vicarium mittant, vel certum cenſum ærario domini ſui inferant. Clientes ſua poſſident, vaſalli vero delata fide, ceſſa proprietate bonorum, collatis in dominos prædiis ſuis, electa eorum fide, terras utili dominio, tanquam commodatas poſſident, & pro iis comitia pręſtare tenentur. Et hinc feudum quod poſſi-

b Borrinius tr. de ſervit. vaſall. part. 1. cap. 3. n. 8.

poſſident, noſtra lingua vocatur **Leen**/ hoc eſt, commodatum, & vaſalli **Geſellen**/ quod adeſſe omni Principis negotio, eumque comitari neceſſario adſtricti ſint, & ut dominum ſequantur deſtinati [a]. Ita ut vaſallus honorem domini ſui & exiſtimationem grato animo ac benevolentia proſequi tueriq;, conſilio ipſi adeſſe recto, ita ut nullum malum ingenium (prout ajunt) intercedat, teneatur. Etenim ſic natura comparatum eſt, atque apud omnes gentes receptum, ut benefacienti benefaciamus, & beneficiis affici curemus; hos vero qui acceptorum beneficiorum merita, mutuis beneficiis non excipiunt, tanquam ab humano genere & ſocietate alienos ingratoſve negligamus, reprobemus, dum accepta obligatione non ſolum ad obſequendum ei, à quo beneficium accepimus, verum etiam per naturam ipſam, ad beneficii accepti remunerationem impellimur [b]. Et hoc jure teneri æquè ac moveri omnes creaturas cernimus, patriæ pietatis officium inſtitui, obſequia patronis præſtari, domeſtica mutuis animis munera exerceri, ſociales benevolentias pro ſociis effundi perſpicimus. In quam ſignificationem etiam feudum definitur: *Jus prædio alieno in perpetuum utendi fruendi; Quod pro beneficio dominus dat ea lege, ut qui accipit, ſibi fidem, & militiæ, aliudve ſervitii munus exhibeat.* Alia adhuc ratio-

a L. 15. §. 16. ff. de injur.

b L. ſed & ſi lege 25. §. conſuluit. 11. ff. de petit. hered.

ratione clientes à vaſallis differunt. Nam clientes liberi, & in libertate ſua, ſuo jure permanent. Vaſalli vero ſervos noſtros imitantur, qui tametſi ſervi, hoc eſt, in ſervitutem redacti non ſunt, ſerviunt tamen, & ſervire tenentur, ſervitia debent; quæ duo longè adhuc diverſa ſunt [b], ſervum ſcilicet eſſe, & ſervire, ſervitus, & ſervitium. Uxor enim marito inſervit, filius obſequitur imperio patris, nec
8 tamen ſervi ſunt. Quod eo pertinet, ut licet ſervitium vaſallus pręſtet, attamen in ſervitute eum non eſſe, liberum nihilominus eum exiſtere, ac toto cœlo diſtare ſubjectum & vaſallum eſt, intelligatur; maximè quia oppoſitum conſequentis, ſtat cum veritate antecedentis [c]. Quin imò hic feudi tantum reſpectu dominum agnoſcit, ſubjectus ſubjectionis onus perpetuo ſuſtinet. Hic particulariter, ille univerſaliter adſtringitur. Hic aliquando data occaſione tantum, ille ſemper domino ſuo, ut quę velit faciat, obſtrictus. Subjecti quoque ad collectas, vaſalli quo tales, non tenentur. Subjectus crimen læſę majeſtatis committit, vaſallus non item, ac plures aliæ inter vaſallum & ſubjectum differentiæ ſunt, quibus pleniſſime probatur, vaſallum non ſubjectum per ſe, ſed liberum eſſe, atq; permanere, donec gliſcente ſuperiorum protervia, extincta majorum audacia, poteſtas domini ſervitutem, patien-

[b] *L. uxori. in fin. ff. de uſufr. leg.*

[c] *L. non hoc C. unde cognati.*

tia ſervientes ſervitium faciat. Facilius ut cauſas libertatis, ac ſervitutis intelligamus, cum liber homo 9
eas ignorare non debeat, tria ſunt ſervitutis ſingularis genera. I. Quoties non eſt poteſtas vivendi, ut velis; quod ei accidit qui carceri includitur. II. Qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur, & id propriè ſervitus vocatur. III. Qua dominis ſuis inſerviunt mercenarii, obærati, addicti, clientes, vaſalli. Qui cum proximè accedant eos qui generaliter ſuperioribus tenentur, dicendum, quod itidem triplex juris publici nexus ſit, quo quis 10
alteri devincitur. Primus ſubditum propriè tangit, qui ratione territorii, & domicilii domino adſtringitur. Et hic nodorum maximus, quoniam perſonis, capitibuſve eorum liberis imperat. Secundus, vaſallum domino cui fidelitas juratur, quamdiu res feudales ab ipſo poſſidentur, obligat. Atque inde feudi ſervitium perſonale, dicitur officium illud quod perſonaliter ad domini utilitatem debetur, ac pręſtatur; vulgo in induſtriali officiali, & obſequiali ſervitio diviſum. Conſiſtens *induſtriale* in facto potiſſimum non tamen continuo, ſed in opportunitatibus tantum, quæ cauſam diſcontinuam exemplo aliarū ſervitutum[a] habent. *Officiale* in facto, cum perſona, ejuſve induſtria ſimul; ita ut vaſallus officiales manus cum hoſte conferre, officium & operam belli tem-

[a] L. foramē ff. de ſervit. urb. præd.

tempore pręſtare, & quavis occaſione ad domini, rerumque domini ſui defenſionem & incolumitatem adeſſe, nunquam honeſtis opportunitatibus deeſſe teneatur. Et tandem *obſequiale ſervitium* in eo quod à perſona vaſalli in perſonam domini impenditur. Ejus qui pręſtat, & cui præſtatur perſonam tantum reſpiciens. Quæ officia omnia ſiquidem perſonam quodammodo afficiunt quoad miniſteria quæ domino pro terra poſſeſſa debentur, attamen re vera ut ex re provenientia, magis realia quam perſonalia ſunt, nec perſonalia, niſi in conſequentiam rerum poſſeſſarum dicuntur. Licet mediam ingreſſus viam commodius putem hæc mixti generis appellari poſſe, tum reſpectu terræ commiſſæ, tum id quod circa feudi delationem, acceptilationemve, determinatè, indeterminatè deferri, ac ſpoſpondi conſuevit. Tertius nexus quo quis alteri devincitur, jure realis eſt, cum nullam aliam quam fundorum, atq; annui cenſus ex prędiis pendendi, rationem habeat; Et nihil aliud feudum reale ſit, quam ſervitium ſive adjutorium quod de fructibus feudi vaſallus debet ac pręſtat, ad publicę expeditionis, & domini utilitatem. Quocirca etiam minimus alterum devinciendi modus exiſtimatur; quia perſonam planè non tangit, in ſola prędii poſſeſſione [a] conſiſtit. Certa regula: *Solam poſſeſſionem bono-*

[a] *L. fin. §. 25. ff. de muner. & honor.*

bonorum ſubditum non efficere [b]. Et abſurdum foret 11
cum homines rebus præpoſiti, hominumve cauſa res creatæ ſint, ex natura rerum hominibus ſubjectarum, homines rebus majores, præſtantiores, ob res poſſeſſas ſubjectione perſonali affici; & id quidem contra naturam, qua pars dignior, minus dignam atterit, majus lumen minus obfuſcat. Præſertim contra perſonas, omnibus rebus, fortuniſque excellentiores [c]. Contra libertatem quæ tanquam res divina, incomparabilis ullis rebus, ne dicam cogitationibus ipſis habetur. Prȩſidens quocunque loco ſita, quibuſve aliis qualitatibus conjuncta fuerit; quandoquidem ſi ex pluribus qualitatibus reſultare poſſit diverſus effectus, dignior potiorque ſemper attenditur, quæ certè in omnibus qualitatibus liberas eſt. Nec magis cuiquam huic rei quam 12
Dominis, liberis Populis, Imperatoribus, Regibus, aut Principibus ipſis, ſummam in terris poteſtatem exercentibus, intereſt, qui eo fundamento, ubicunque ſunt, ratione perſonæ ſuæ Principes liberi permanent. Sol tot liberos, quot Principes aſpiciat, non ſubjectos, etiamſi in alieno degant territorio. Haud aliter quam Leo Afer in Hollandiam tranſvectus, Leo nihilominus diceretur. Hujus libertatis favore, illuſtrium perſonarum ſtatus inconcuſſus, perpetuus habetur. Majeſtas ubique, licet in ipſa cap-

b L. 17. §. 13. ff. ad municip.

c L. in pecudum ff. de uſur. l. ſancimus. C. de SS. eccleſ.

captivitate, reverenter excipitur. Principes capti regio more aluntur; quia majeſtas propriè non patrimonii qualitas, ſed dignitas eſt, eaque inſeparabilis. Et hinc illud: *Fortuna quam naſcendo quis meruit, mutari, adimi, amitti non poteſt*[a]. *Quæ à genere, à civitate, à rerum natura tribuuntur, poſteris incolumia manere certum eſt*[b]. Unde fit, ut proceres imperii Germaniæ, quantumlibet etiam extorres, de jure titulos ſuos, ac dignitates retineant, ad comitia nihilominus vocentur, ſeſſionem inter Principes ſuo loco habeant, retineant, litteris omnibus ut alii Principes, ſubſcribant, privilegiis primæ inſtantiæ gaudeant, cæteriſque Imperii conſtitutionibus citra ullam exceptionem utantur, fruantur. Eoq; jure & hoc adjiciendum, quod Principes liberi, ad extera imperia tranſeuntes, adventu ſuo prius indicato, religionis ſuę exercitium, licet moribus aditī populi diverſum, contrarium, pro ſuo comitatu, donec prohibeatur habeant. Et hoc jure legati, omnes, quamvis alieno territorio inſiſtentes, fruuntur.

13 Sic ut ex his omnibus dilucidè appareat rerum locorumque mutatione, perſonarum qualitates, libertates non mutari; nec vaſallos, eo quod prædium utili dominio poſſident, homines domini directi, ſive ſubjectos fieri, licet ratione feudalium bonorum aliquatenus, & ad quędam per fidem datam

a L.14.C. de decur.

b L.3.ff.de interd. & releg. l.11. ff.de Senat.

pręſtanda, non tamen,ut dixi, jure ſubjectionis, aut ſimpliciter ex eo quod bona quędam utili dominio poſſideant, teneantur. Et hoc diſcrimine Homagium & Vaſallagium diſtinguuntur, quaſi homagium perſonæ, feudum ſive vaſallagium glebæ adhęreat. Homagium dictum, quod hominium debeat. Sic Fredericus Imp: apud Otthonem Friſingenſem: *Hominio*, inquit, *ac fidelitate nobis facta, coronam regni de manu noſtra Petrus Rex Danorum ſuſcepit.* Atque hi omnes qui homagium præſtant, perſonaliter domino ſuo obſtringuntur, cum ratione perſonarum ſuarum ſeſe principaliter alterius auxilio manciparunt. Quod aliter in vaſallo obtinet, cujus eſſe, non eſt ſtatus perſonæ, ſed patrimonii qualitas, eoque ejus obligatio (licet præſtationes quaſdam perſonales producat) realis, non perſonalis cenſetur, habens plerumq; connexam juriſdictio- 14
nem, & regalia, in territorio, quod ipſi in feudum datum eſt. Quæ conceſſio etiam ejus momenti, ut cominus directus non habeat amplius facultatem exercendę juriſdictionis in terra infeudata, nec vim diſponendi de rebus vaſalli [a], aut vaſallum de rebus ad eum pertinentibus in jus vocandi, deque iis ſtatuendi; ita etiam ut mortaliter peccare Princeps exiſtimetur, ſi ſeſe rebus vaſalli immiſceat, dum ipſe cunctis juſtitiam adminiſtrat. Unde illud Gallorum

[a] C. un. De feud. dat. in vic. leg. commiſ.

lorum veriverbiũ promanavit, *Quand le vaſſal veille,*
le Seigneur dort. Quod vigilante vaſallo domi-
15 nus abdormiſcat. Ulterius & illud obtinet, ut in-
ter dominum & vaſallum paritas quędam ſit, & ob-
ligationis reciprocatio [b]. Illius rebellio, dominii
utilis ademptione, hujus vero iniquitas, privatione
directi dominii puniantur [c], nec feudatarius ultra
fidelitatis formam adſtringatur, vel adſtringi poſſit.
16 Porrò in feudis ſucceſſio duplex eſt, quandoq; per-
ſonam non egreditur, quandoque hereditarium
ex conventione ad hęredem vaſalli, ſive fructuarii
transfertur. Et quamvis Juſtinianus hanc pactio-
nem coarctaverit, ne ultra primum hæredem ſeſe
extenderet [d], cum iniquum videretur univerſam
proprietatē inutilem fore, ſemper abſcedente uſu-
fructu: tamen illud immutatum, & diuturnis uten-
tium moribus confirmatum, ut contractu in infini-
tium ad ſucceſſores uſufructuariorum, ſive domini
utilis, tranſire feudum poſſit, addita lege fidei, ho-
minii, ſervitii, ne magis ſit inutilis proprietas,
quam à pręſcriptionis defraudatione liberata. Ma-
jori cautione in pleriſque feudis adhibita, ut vel
ſingulis annis ex cenſu, vel fructibus, vel emptione,
venditione, donatione, & ſimilibus, nova inveſti-
tura intercedente, certi quidquam domino pro-
prietario, ac directo ſolvatur; quo præſcripto om-
ni-

b C. un. in fin. de form. fidel.
c C. un. qualit. dom. propr. privetur.
d L. antiquitas C. de uſufr.

Digitized by Google

nimodo inutilitas proprietatis tollitur, quamvis in perpetuum uſusfructus conſtituatur. Et quoniam 17 vaſallus omne id quod pro domino poſſidet, ex beneficio domini directi accepit, idcirco annuum dominium utile transferre volentis, conſtitutio libera eſt, ſi non titulo oneroſo vaſallus feudum acquiſiverit, vel aliter inter ipſos convenerit. Præterea & feudum illud legibus coarctare, quin imo quantum domino directo placuerit, ſolvere poteſt; ita etiam ut ſæpius vaſalli liberi recipiantur, nullo alio munere, quam manus porrectione, & deoſculatione (tanquam vera homagii Symbola) adſtricti, ut Richardus, atque alii Principes ſeſe in manibus Caroli Quinti commendarunt.

CAP. LXIII.

DE DEDITITIIS.

1. *Quid ſit dedere, & qui dedantur.* 2. *In deditione clementia Imperatoris primas partes agit.* 3. *Deditio particularis.* 4. *De iis qui ſe hoſtium gratiæ tradunt.* 5. *De deditione generali.* 6. *Pura.* 7. *Purè dediti fiunt ſubditi.* 8. *De deditione conventionali.* 9 *Utrum hæc deditio libera, an coacta.* 10. *De conditionibus eorum qui ſe dedunt.* 11. *De deditione violenta.* 12. *De varia ſeſe dedentium ſorte.*

Porrò

pretio, non dimittuntur, ſed extraordinariè de eorum redemptione, publico nomine agi conſuevit.
5 Enarrata deditione particulari, ſequitur generalis, ex iis quæ de particulari dicta ſunt, facilius intelligenda. Ac nihil aliud eſt, quam cum tota civitas, reſpub:, ſive populus univerſus in alterius populi poteſtatem tranſit. Quod tribus plerumque modis accidit, obligatione pura, conventionali pacto, vel etiam cum quis violenter in alterius poteſtatem redigitur.
6 Quoad obligationem puram, ea eſt, cum quis nullo pacto fœdere, nullis inter hunc illumve populum legibus interjectis, ſe evitandi majoris mali cauſa, ſcilicet ſubjectionis plenariæ, ſe alterius majeſtati committit. *Sic* [a] *ſervi Adad-Eſer videntes ſe ab Iſraël eſſe ſuperatos, transfugerunt ad David, pacem fecerunt, & ſervirent ei.* Verum enim verò cum hęc deditio interdum incerta eſſet, interdum rebus afflictorum meliori termino procedentibus, negaretur, adinventæ à providis Romanorum proceribus formulæ ſunt, quibus ſe dedere volentes, interrogabantur. *Deditiſne vos populumque, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia, divina humanaque omnia, in meam, populique Romani ditionem?* Huic petitioni reſponſio affirmativa, & poſt affirmationē ſubſignatio debita, ſi ſequeretur, dedititii erant, dedititiorumq; jure regebantur,

a 1. Paral. 19. v. ult.

 hoc

nimodo inutilitas proprietatis tollitur, quamvis in perpetuum uſusfructus conſtituatur. Et quoniam 17
vaſallus omne id quod pro domino poſſidet, ex beneficio domini directi accepit, idcirco annuum dominium utile transferre volentis, conſtitutio libera eſt, ſi non titulo oneroſo vaſallus feudum acquiſiverit, vel aliter inter ipſos convenerit. Præterea & feudum illud legibus coarctare, quin imo quantum domino directo placuerit, ſolvere poteſt; ita etiam ut ſæpius vaſalli liberi recipiantur, nullo alio munere, quam manus porrectione, & deoſculatione (tanquam vera homagii Symbola) adſtricti, ut Richardus, atque alii Principes ſeſe in manibus Caroli Quinti commendarunt.

CAP. LXIII.

DE DEDITITIIS.

1. *Quid ſit dedere, & qui dedantur.* 2. *In deditione clementia Imperatoris primas partes agit.* 3. *Deditio particularis.* 4. *De iis qui ſe hoſtium gratiæ tradunt.* 5. *De deditione generali.* 6. *Pura.* 7. *Purè dediti fiunt ſubditi.* 8. *De deditione conventionali.* 9 *Utrum hæc deditio libera, an coacta.* 10. *De conditionibus eorum qui ſe dedunt.* 11. *De deditione violenta.* 12. *De varia ſeſe dedentium ſorte.*

Porrò

pretio, non dimittuntur, ſed extraordinariè de eorum redemptione, publico nomine agi conſue-
5 vit. Enarrata deditione particulari, ſequitur generalis, ex iis quæ de particulari dicta ſunt, facilius intelligenda. Ac nihil aliud eſt, quam cum tota civitas, reſpub:, ſive populus univerſus in alterius populi poteſtatem tranſit. Quod tribus plerumque modis accidit, obligatione pura, conventionali pacto, vel etiam cum quis violenter in alterius po-
6 teſtatem redigitur. Quoad obligationem puram, ea eſt, cum quis nullo pacto fœdere, nullis inter hunc illumve populum legibus interjectis, ſe evitandi majoris mali cauſa, ſcilicet ſubjectionis plenariæ, ſe alterius majeſtati committit. *Sic* [a] *ſervi Adad-Eſer videntes ſe ab Iſraël eſſe ſuperatos, transfugerunt ad David, pacem fecerunt, & ſervirent ei.* Verum enim verò cum hęc deditio interdum incerta eſſet, interdum rebus afflictorum meliori termino procedentibus, negaretur, adinventæ à providis Romanorum proceribus formulæ ſunt, quibus ſe dedere volentes, interrogabantur. *Deditiſne vos populumque, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia, divina humanaque omnia, in meam, populique Romani ditionem?* Huic petitioni reſponſio affirmativa, & poſt affirmatione ſubſignatio debita, ſi ſequeretur, dedititii erant, dedititiorumq; jure regebantur,

a 1. Paral. 19. v. ult.

nimodo inutilitas proprietatis tollitur, quamvis in perpetuum uſusfructus conſtituatur. Et quoniam 17
vaſallus omne id quod pro domino poſſidet, ex beneficio domini directi accepit, idcirco annuum dominium utile transferre volentis, conſtitutio libera eſt, ſi non titulo oneroſo vaſallus feudum acquiſiverit, vel aliter inter ipſos convenerit. Præterea & feudum illud legibus coarctare, quin imo quantum domino directo placuerit, ſolvere poteſt; ita etiam ut ſæpius vaſalli liberi recipiantur, nullo alio munere, quam manus porrectione, & deoſculatione (tanquam vera homagii Symbola) adſtricti, ut Richardus, atque alii Principes ſeſe in manibus Caroli Quinti commendarunt.

CAP. LXIII.

DE DEDITITIIS.

1. *Quid ſit dedere, & qui dedantur.* 2. *In deditione clementia Imperatoris primas partes agit.* 3. *Deditio particularis.* 4. *De iis qui ſe hoſtium gratiæ tradunt.* 5. *De deditione generali.* 6. *Pura.* 7. *Purè dediti fiunt ſubditi.* 8. *De deditione conventionali.* 9 *Utrum hæc deditio libera, an coacta.* 10. *De conditionibus eorum qui ſe dedunt.* 11. *De deditione violenta.* 12. *De varia ſeſe dedentium ſorte.*

Porrò

pretio, non dimittuntur, ſed extraordinariè de eorum redemptione, publico nomine agi conſuevit.
5 Enarrata deditione particulari, ſequitur generalis, ex iis quæ de particulari dicta ſunt, facilius intelligenda. Ac nihil aliud eſt, quam cum tota civitas, reſpub:, ſive populus univerſus in alterius populi poteſtatem tranſit. Quod tribus plerumque modis accidit, obligatione pura, conventionali pacto, vel etiam cum quis violenter in alterius po-
6 teſtatem redigitur. Quoad obligationem puram, ea eſt, cum quis nullo pacto fœdere, nullis inter hunc illumve populum legibus interjectis, ſe evitandi majoris mali cauſa, ſcilicet ſubjectionis plenariæ, ſe alterius majeſtati committit. *Sic* [a] *ſervi Adad-Eſer videntes ſe ab Iſraël eſſe ſuperatos, transfugerunt ad David, pacem fecerunt, & ſervirent ei.* Verum enim verò cum hęc deditio interdum incerta eſſet, interdum rebus afflictorum meliori termino procedentibus, negaretur, adinventæ à providis Romanorum proceribus formulæ ſunt, quibus ſe dedere volentes, interrogabantur. *Deditiſne vos populumque, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia, divina humanaque omnia, in meam, populique Romani ditionem?* Huic petitioni reſponſio affirmativa, & poſt affirmationẽ ſubſignatio debita, ſi ſequeretur, dedititii erant, dedititiorumq; jure regebantur,

a 1. Paral. 19. v. ult.

pretio, non dimittuntur, ſed extraordinariè de
eorum redemptione, publico nomine agi conſue-
5 vit. Enarrata deditione particulari, ſequitur gene-
ralis, ex iis quæ de particulari dicta ſunt, facilius
intelligenda. Ac nihil aliud eſt, quam cum tota
civitas, reſpub:, ſive populus univerſus in alterius
populi poteſtatem tranſit. Quod tribus plerumque
modis accidit, obligatione pura, conventionali
pacto, vel etiam cum quis violenter in alterius po-
6 teſtatem redigitur. Quoad obligationem puram,
ea eſt, cum quis nullo pacto fœdere, nullis inter
hunc illumve populum legibus interjectis, ſe evi-
tandi majoris mali cauſa, ſcilicet ſubjectionis ple-
nariæ, ſe alterius majeſtati committit. *Sic* [a] *ſervi* [a] 1. Paral.
Adad-Eſer videntes ſe ab Iſraël eſſe ſuperatos, transfu- 19. v. ult.
gerunt ad David, pacem fecerunt, & ſervirent ei. Verum
enim verò cum hęc deditio interdum incerta eſſet,
interdum rebus afflictorum meliori termino pro-
cedentibus, negaretur, adinventæ à providis Ro-
manorum proceribus formulæ ſunt, quibus ſe de-
dere volentes, interrogabantur. *Deditiſne vos po-
pulumque, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, uten-
ſilia, divina humanaque omnia, in meam, populique Ro-
mani ditionem?* Huic petitioni reſponſio affirmativa,
& poſt affirmationē ſubſignatio debita, ſi ſequere-
tur, dedititii erant, dedititiorumq; jure regebantur,

hoc eſt à domino ſuo, tanquam patrono defendi,
ut ſubditi proprij, debebant. Qua moleſtia ut ſeſe
Romani liberarent Campanos multoties à Samni-
tibus, Romanorum ſocijs victis, imploratam dedi-
tionem recuſarunt, dummodo in hæc verba pro-
rumperent Campani: *Quandoquidem noſtra tueri*
adverſus vim, atque injuriam non vultis, veſtra certè
defendetis. Itaque populum Campanum, urbemq; capuam,
agros, delubra Deum, divina, humanaq; omnia in veſtram
patres conſcripti, populique Romani deditionem dedimus,
quidquid deindè paſſuri, dedititij veſtri paſſuri. Quo
facto ut proculdubio more Romanorum obſidibus
acceptis, armis depoſitis, urbium fortalitiorumve
portis apertis, recepto præſidio, pleno jure & facto
ſubſequente, dedititij Romanorum Campani ha-
bebantur. Huc ejuſdem illud Livij pertinet:
Romanis mos vetuſtas erat, cum quo nec fœdere, nec
æquis legibus jungerentur amicitia, non prius imperio in
eum tanquam pacatum uti, quam omnia divina, humanaq;
dediſſent, obſides accepti, arma adempta, præſidia urbibus
impoſita forent. Et hac deditione pura non ſe tunc 7
ſubjectos, ſed ſubditos faciunt, & quidem ejus, cui
rerum ſuarum ſummam poteſtatem committunt.
Eoſve ſumma poteſtas ſic ſubditos accipit, ut pro
ſua, eorumve utilitate, neceſſitate, atque ſalute fa-
[a] Lib. 37. ciat quæ velit. Unde idem Livius[a]: *Permittant*
Car-

Carthaginenſes ſe arbitrio noſtro, ut victi ſolent, & multi antè hac fecerunt, videbimus deinde nos: Et ſi quid fuerimus largiti, habebunt nobis gratiam: Neque enim fœdus dicere poterunt. Per multum autem intereſt. Quamdiu fœdera cum illis inimus, ut ea rumpant, ſemper aliquid cauſabuntur, tanquam læſi adverſus aliquam fœderis partem. Nam quia multa ſunt dubiæ interpretationis, patet ſemper perplexandi materia. At ubi ut deditis, abſtuleritis arma, corpora ipſa accepimus in poteſtatem, tum demum intelligent nihil ſe habere proprium. Demittent animos, & quodcunq; à nobis acceperint, id tanquam de alieno datum, libentibus animis accipient. Quocirca & puræ conditionis ſubditi [a], *devoti* paſſim in jure appellantur, atq; apud Cęſarem idem nomen ferunt. Ita Cęſar: *Atque in ea re diſtentis omnium noſtrorum animis, alia ex parte oppida, Adcantuannus, qui ſummam imperij tenebat, cum ſexcentis devotis, quos illi ſoldarios appellant; quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum amicitiæ ſe dediderunt.*

[a] *l. 8. C. de veſtig. & commiſſ.*

8 Conventionali pacto, ſive deditione conditionata porrò in amicitiam alterius populi veniunt, qui vi majore repellendę impares, res ſuas inferiores cum eſſe videant, ſequioraque reformident, potentioribus ſe applicare potius habent conditionibus honeſtis, quam fortunam ulterius experiundo, in extremum diſcrimen ſe ſuaq; adducere. Et hoc dum

dum conventionibus pręſtationibuſq; inter ſe agitur, conſenſu rectè perfici dicitur; licet quęcunque 9
majorum malorum metu, aut propter aliquod honeſtum fiunt, dubitationem quandam habeant, utrum invita, an voluntaria ſint. Nam cum ſic inter eos convenerit, conſenſu factam deditionem neceſſario conſtat, ut coacta voluntas etiam voluntas eſt. Nec tali caſu adhuc plenariè, cum res ſuas adhuc differre, dubium martis eventum expectare, ferro viam facere potuiſſent, hi qui pulchrum ducunt in armis extrema pati; libertatem defendere, aut mori antè ſervitutem fortiter conſtituerunt. Quin imò & hoc accidit, ut viribus minores, majoribus conditiones offerant, quas ſi recuſent, nullo poſtmodum conditionum vinculo teneri velint. Nihilominus vero licet hęc ita defendi poſſint, cum tamen ſe dedere volentes magis leges accipiunt, quam liberè paciſcuntur, dicendum ejuſmodi actiones quodammodo mixtas eſſe, hoc eſt, liberè quidem has peragi, attamen ne quid ipſis acrius eveniat, eoque non fœderis propriè, ſed deditionis nomine has conventiones venire poſſe. Nec minus proinde obſervandę. Et licet fœdus propriè deditio non ſit, à plena tamen fide dependet, penes quam cauſę externæ in conſiderationem faciendi, vel non faciendi minime intercedunt; verum illud ſolum-

modo

Digitized

1 Porrò improprio quoque fœdere, deditití, tributarii, atque alii miſerabilis fortunæ populi, purè etiam certis legibus deploratę ſubjectioni præſcriptis, ſuperioribus cedunt. Dedere nihil aliud eſt, quam alterum alterius poteſtati committere, ita ut de eo ſtatuat quod velit. Et hoc locum habet in civibus ſingularibus, in populis ſeditioſis, in extraneis. In civibus ſingularibus, ſi quando is qui culpæ reus eſt, ab exteris poſtulatur, à populo cujus civis eſt, deditur noxæ. Nam tunc alterum populus facere debet, aut punire nocentem, aut puniendum tradere. Sic Iſraëlitæ alii à Benjamenitis poſtulant[a], ut dedant facinoroſus. Sic Cæſarem Germanis ob bellum injuſtè eis illatum dedi voluit Cato. Romani dederunt eos, qui Carthaginenſium, nec non Apollonitarũ legatis manus intuliſſent. Et populi ſeditioſi dedititii fiebant, qui cum in Romanorũ fidem conſenſiſſent, vel etiam à Romanis ſuperati, liberiori tandem conditione habiti, rebellibus animis imperium Romanorum pro ſuperiore, patrono, aut domino agnoſcere dedignabantur; quibus deindè bello rurſus ſuperatis, in poteſtatem redactis, Imperatoria quidem lenitate vita ſervabatur, imaginaria libertas relinquebatur, verum ea infamiæ nota, ut lata lege, ad veram libertatem, Romanæque civitatis jura poſtmodum nunquam

a *Iudic.* 20.

Digitized by Google

admitterentur; quales apud Romanos Gabii fuiſſe
dicuntur. Tertio & extranei ſeſe dedunt, qui juſto
metu, vel etiam bello coacti, in alterius populi po-
b 1.Reg.11. verſ. 1. teſtatem tranſeunt. Sic juſto metu percuſſi [b] *omnes
viri Jabes, dixerunt ad Naas, habeto nos fœderatos, &
ſerviemus tibi.* Et circa deditionem miſerabilem, 2
flebilemque obſervandum, clementiam Impera-
toris hic primas partes agere, cujus proprium eſt,
defenſionis auxilio deficiente, victis parcere, captos
c L.3.ff.de juſt.& jur. ſervare, nec occidere. Præcipuè cum hominis
interſit, hominem beneficio affici [c]. Parcere mul-
tis non ſolum viro magno digna, ſed & glorioſa ac
fructuoſa res eſſe ſoleat. Audi Herennium: *Viri
fortis eſt, qui de victoria contendunt, eos hoſtes putare.
Qui victi ſunt, eos homines judicare, ut poſſit bellum for-
titudo minuere, pacem humanitas augere.* Et Poëta:

Parcere devictis, & debellare ſuperbos.

Sic Romani temporibus lætis non inſolentes, nec
adverſis duriſve rebus nimium animis dejecti, ma-
jorem ſępè laudem ex miſericordia poſt victoriam,
quam in victoria antè miſericordiam adepti ſunt;
nec turpi, ſed laude putarunt victos, aut jam indu-
bitatè vincendos, iiſdem conditionibus ornare,
quas niſi in neceſſitatem incidiſſent, difficile impe-
traſſent. Egregiũ exemplum referam. Scipio Afri-
canus, Antiocho victo, pacem petenti reſpondit.

Roma-

Digitized by

Romani eoſdem in omni fortuna animos geſſimus, neque eos ſecundæ res extulerunt, neque adverſæ minuerunt. Ejus rei ut alias omittam, Annibalem veſtrum vobis teſtem darem, niſi vos ipſos dare poſſem. Poſtquam Helleſpontum trajecimus, priuſquam caſtra regia, priuſquam aciem videremus, cum communis mars, & incertus belli exitus eſſet, de pace vobis agentibus, quas paribus ferebamus conditiones, eaſdem nunc victores, victis feremus.

3 In conſequentiam earum quę ſuperius à me prolata ſunt, deditio etiam in particularem, & generalem diſtinguitur, quaſi particularis ſit, cum aliqua urbs quę privatorum loco habetur [a], vel munimentum fortiſſimum, navis, ſive etiam claſſis aliqua mari commiſſus, hoſtium imperio ſubjicitur. Particularium deditionum nomine quoque veniunt ſubmiſſiones quorundam militum in prælio, conflictu, aut campo, ut nos dicimus, ſubagitatorum. Quæ licet pro ſeveritate prioris ſęculi Romani non eſſent permiſſæ, atrociter vindicarētur, edicta lege [b], *Quod ſe dedentes poſtliminii beneficio deſtituerentur*, eo fundamento quod Imp: magis quam hoſtis timendus, nulli miles unquam, niſi uni ſubjectus eſſe debeat: Tamen noſtris, aliorumve Chriſtianorum moribus, aliter obſervatur, ſive partes quædam vel turmæ, quas **Partyen** noſtra lingua vocamus, ſive major vis, ejus anguſtię eſſe cęperit, ut aut mortem,

[a] *L. 16. ff. V. S.*

[b] *Ayala. de jure belli lib. 3. c. 15.*

 aut

modo perpenditur, atque executioni mandatur, quod interveniente facto, ſtipulatu nimirum, inter partes ultro citroque conventum eſt, retenta in iis
10 quæ expreſſa ſunt, libertate. His conditionibus offerendis, conſentiendiſve alij ſeveriores, alij mitiores ſunt, ex conventionibus obſidentium, obſeſſorumve traditionibus, acceptilationibuſve ſeſe dedentium, hauriendis; quę plerumque in Belgio tranſlatione totius imperij, honeſtiſſimæ ſunt, ſervatis eorum privilegijs juribus atque immunitatibus omnibus, cum libero etiam propriæ religionis exercitio, ſi non collegiali, ſaltem ſingulari; quęq; alia deditionum articulis contenta, Ducem belli ſubſcriptione, principalium ſuorum nomine, confirmantur; quorum ſubſignatio conſenſum magis firmum, deliberatumque vulgò ſignificat.

11 Cæterum qui violenter alterius poteſtati fractis viribus ſe dedunt, ferè hi ſunt, qui in ultimo vitæ termino conſtituti, projectis armis, veros ſe dedititios exhibent, victoris ſunt, & ut nos dicimus, **Haer op genade ende ongenade overgeven /** expectaturi, quidquid de belli duce victore, militibuſq; ejus, in bello meruerint. Qualis illa eſt apud Appianum Alexandrina deditio: *Omnis multitudo oppidanorum, armis projectis, munitionibuſque ſuis relictis, veſte ea ſumpta, qua ſupplices dominantes deprecari con-*

ſueverant, ſacriſque omnibus prolatis, quorum religione placare offenſos, iratoſque regum animos erant ſoliti, advenienti Cęſari occurrerunt, ſeque ei dediderunt. Et Plautus in Amphitruo:

Poſtridie in caſtra ex urbe ad nos veniunt
Flentes Principes,
Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum.
Deduntque ſe, divina, humanaque omnia,
In deditionem, atque arbitratu cuncti Thebano
Populo.

Dedititij hi primis bellis aſperioribus, occidebantur, ut apud barbaros adhuc fieri conſuevit. 12
In ſaltibus enim Indorum populi reperiuntur, quos inter alios *Tapoejers* appellant, incertis ſedibus huc illuc vagantes, quibus volupè comprimis hoſtes captos deditoſque in viſcera ſua condere. Sed quoniam inhumanum prorſus, atque ipſa humanitate indignum videtur, ex bello captos occidi, ita quoque ſervari eos inter gentes humaniores convenit. Undè & ſervi à ſervando captivi appellantur[a]. Et ſervantur inquam, niſi crimen ipſorum particulare intercedat; & quidem tale, quod æquus judex morte vindicandum cenſeret; ut ſunt, qui de injuſtitia belli, ut ſeditioſi convicti, arma tamen non deponunt. Qui injurijs ac calumnijs hoſtem proſequuntur, aut Imperatorem hoſtilem non ferendis

[a] §. ſervi. Inſtit. de jure perſon.

con-

convitijs afficiunt, transfugæ ſunt, fidem adverſus publicam auctoritatem fefellerunt, vel contra jus gentium, Legatum majeſtatemve publicam violarunt. His enim & ſimilibus caſibus violenter deditos occidi poſſe, multorum moribus, doctorumve hominum opinionibus, invaluit. Quomodo cum populis dedititijs apud nos agatur, ſuperius memoratum eſt. Antiquis verò temporibus, qui deditione violenta, vel etiam pura quandoq; ſubjecti fiebant, liberè alienabantur. Operibus exſtruendis dominorum ſuorum famulabantur. Sic Iſraëlitis ait Rex Ægypti [b]: *Quare Moyſes & Aaron ſolicitatis populum ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. Sic numeravit Solomon omnes viros proſelytos, qui erant in terra Iſraël, poſt dinumerationem, quam dinumeravit David pater ejus: Et inventi ſunt centum quinquaginta tria millia, qui humeris onera portarent: Et octoginta millia, qui lapides de montibus cæderent.* Quaſi hi proprietate nihil, omnia gratia victoris poſſideant; miniſteria ſemper, beneficia nunquam prꝫſtent; idque ſecundum Senecam, dum ait: *Omnia quæ alio præſtante beneficia dicerentur, ſervo præſtante beneficia non ſunt*, nimirum quia utilitati alterius populi, ex miſerabili ſubjectionis ſorte inſervire obſtringuntur. Rectè igitur qui dediti ſunt violenter, atque ex deditione violenta ſervitijs imperantis addicti, ab his qui purè

b *Exod.* 5. *verſ.* 4.

Digitized by Google

dediti ſunt, diſtinguuntur; quandoquidem hi ferè ac plerumque ſubjectorum, ſervorumque illi verò ſubditorum jure reguntur.

CAP. LXIV.

DE SUBJECTORUM REDUCTIONE AD LIBERTATEM.

1. Deus ſuorum tandem miſeretur. 2. Ut tributa ſubjecti tantum ſolvant, animos dominantium diſponit. 3. Deinde recognitionem quandam majeſtati offerant. 4. Recognitioni ſolvendę qui reſiſtunt, in ſervitutem rurſus atteruntur. 5. Fidelitas ſubjecti quandoque libertatis occaſionem præbet. 6. Quomodo has libertates dare Imperatores ſoleant. 7. Quomodò ſubjecto expreſſe. 8. Quomodo tacitè finiatur.

Sed quoniam Deus eſt miſericors, ſuos non punit, niſi in meliorem partem, in Cœlis eſt ut 1
cunctis regnis gentium dominetur, deditorum, ſubjectorumve ſervitium quandoque moderatur. Diebus ſervitutis prȩteritis, benignum illud libertatis ſuæ lumen populis ſubjectis aſpiciendum præbet[a]. Et ſic ſuperatis populis illud accidit, ut 2
tempore intercedente aucto eorum numero, vitio ipſo-

[a] Ierem. 25. v. 11. & 12.

Digitized by Google

ipſorum per Deum, & ſpeciali quidem Dei gratia purgato, fideli in dominum animo reperti, pro ſervitiis perſonalibus præſtandis, realia onera ſolvant in cæteris plena libertate fruantur. *Indixit itaque Rex Aſſyriorum Ezechia Regi Judæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri*[b]. Salomo non necatis gladio Hetitis, Amoritis, & Phereſitis, Gevitis, & Jebuſitis, poſtmodum tributorum oblationem eis impoſuit[c]. Et Darius Judeos ſervitio addictos detinebat, donec libertatem magiſtraturæ ipſis redderet[a], injuncta eis ſtipendij, ſive tributi ſolutione[b], tunc enim (ut inquit Appianus de geſtis Syllę Tyrannide) *gentes univerſæ tributa pendere, & imperata facere jubebantur.* Atque ijs tributis exigendis, præſides Provinciarum conſtituebantur[c], quemadmodum & in Germania atque alibi agricolationis jura introducta creduntur. Neque iſtum rei ſtatum diu retinebant, ſed ex rerum viciſſitudine, qua imperia ut corpora humana naſcuntur, corroborantur, affliguntur, intereunt, & ſæcula vident.

b 4.Reg.18. verſ.14.
c 2.Chron.8. v.7. & 8.
a 4.Eſdr.1. verſ.59.
b ibid. c.2. verſ.19.
c Nov. 8. c.8. & 10. nov. 17.

Everſas urbes, regumque ruinas
Inque rogo Cræſum, Priamumq; in littore truncum.

Pro officiis ſubjectionis, & in ſubjectione obedientiæ, obſervantiæ, amoriſve muneribus veris domino vero præſtitis, minori deindè incommodo afficiebantur: Nempè, ut pro tributis recognitionem

3

quandam annuam exhibeant, idq; navibus, aliiſve
rebus in repub: ſubjecta maximè abundantibus,
oblatis. In quam rem rectè Thucydides: *Super hos
fœderati erant, eorumve alij ſubditi, alij ſocietatis & fœderis
lege liberi. Erant & milites mercenarij, & ſubditi quidem,
& tributarij erant ab Eubœa, Eretrienſes, Chalcidenſes,
Styrenſes, Caryſtij. In Inſulas autem Cei, Andri, Tei.
Ab Jonia verò Mileſij, Samij, Chij. Ex quibus Chij tributorum immunes, tantum navibus præſtandis obnoxij ſequebantur. Præter naves nihil pendebant, in plena libertate, proprijs legibus vivebant. Libertati eorum quædam
nota tantum ſervitutis injecta.* Quam ſi violenter, ſive 4
per injuſtitiam expungere conarentur, plenariæ ſervituti rurſus appropinquabant. Et hinc ſacra ait
pagina[d]: *Meza Rex Joab nutriebat pecora multa, &
ſolvebat Regi Iſraël centum millia agnorum, & centum
millia arietum, cum velleribus ſuis: Cumque mortuus fuiſſet Achab, prævaricatus eſt fœdus quod habebat cum Rege
Iſraël. Egreſſus eſt igitur Rex Jorum in die illa de Samaria,
& recenſuit univerſum Iſraël, miſitque ad Joſaphat Regem Judæ, dicens; Rex Moab receſſit à me, veni mecum
contra eum ad prælium*, & quæ ibi plura ſequuntur.
Dixitq; in eo negotio conſultus Eliſeus Propheta[a]:
*Dominus tradet Moab in manus veſtras, & percutietis
omnem civitatem munitam, & omnem urbem electam,
& univerſum lignum fructiferum ſuccidetis, cunctoſque
ſon-*

d 4. Reg. 3. verſ. 4. & ſeqq.

a D. c. 3. verſ. 19. & ſeqq.

fontes aquarum ſubturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. Sic & Tyberius Cyzicenis in cives Romanos violentius quędam auſis, publicè libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerant.

5. In contrarium verò, ſi populi ſubjecti fixo & fideli animo populo dominanti, pręlijs quibuſdam liberè fortiterque ex animi affectione geſtis adjumento fuerint, facilè dum in libertate eſſent, quamvis nondum liberi, antiqua libertate donabantur. Sic Cęſar inquit: *Pro quibus meritis, civitatem immunem eſſe juſſerat, jura legeſque reddiderat.* Et Livius: *Ibi pro tribunali de ſententia conſilij S. P. Q. R. Illyrios eſſe liberos jubere; Præſidia ex omnibus oppidis, arcibus & caſtellis ſeſe deducturum: Non ſolum liberos, ſed etiam immunes fore Iſenſes & Taulantios, quod incolumi Gentio ad Romanos defeciſſent. Daorseis quoque immunitatem dare, quod relicto Caravantio cum armis ad Romanos tranſiſſent.* Sic poſtquam primo à magiſtratura Darij, Hieroſolymitani liberati eſſent, Tributum Perſis ſolviſſent, facto Zorubabelis, plenariæ libertati non ſolum reſtituti ſunt, verum exteris alijs inſuper injunctum, ædificationi domus divinæ apportandis

6 materialibus omnifarijs ut adeſſent[b]. Et obſervatum libertatem eum in modum donatam, priſtino ſtatui reſtitutam præſumi, niſi ſi quid expreſsè exceptum probaretur. Quin imò intuitu fidelitatis Impp:

[b] 3. Eſdr. 4. verſ. 47. & ſeqq.

Impp: ſæpè certas dare voluerunt Provincijs liber-
tates, ut ſibi, imperioque ſuo magis magiſque de-
vincirent, quam ut omnes Provincias deditas, ſub-
jectaſve, in ſubjectione retinendo, ſeditionibus
obortis, quæ ut plurimum ſequelis non carent, to-
tum imperium in diſcrimen traherent. Certi hos
populos liberos potius ſua, quam aliena defenſuros.
Certi denique data occaſione auxilio hos non defu-
turos ijs, qui ut primum eos ſubjecerant nunc liber-
tatis priſtinæ reſtauratores agnoſcuntur. Et ne quid 7
penitus in his quę ad finiendam ſervitutem, ſive ut
nos humanius, ſubjectionem tollendam, vel po-
tius recuperandam libertatem pertinent, ſtudio vel
deſidia omittatur, dicendum ſubjectionem aliam
expreſsè, aliam tacitè finiri. Inter eam quę expreſsè
finitur ſævitiam dominorum in ſubditos, quin imò
ſubjectos ſuperius adduxi [a]. Reſtat ut cęteros libe-
rationis modos perſequamur, qui ferè ſunt, ut per
emptionem contractum juris gentium ſeſe hic po-
pulus alterius dominio generaliter eximat; vel
etiam particulariter, ſi ex re qualibet alter alteri po-
pulo eſt adſtrictus [b], cum omnis perimatur actio
ſolutione ejus quod debetur. Atque hinc ſi ex re,
hoc eſt terra quam colunt & inhabitant exteri alio-
quin liberi obſtringantur, ceſſione, refutatione, &
renunciatione, poſt ſolutionem earum quę ſolvi ex

a Cap. 53. n. 7.

b Arg. §. pen. & ult. Inſtit. de uſuſr. l. 1. C. de jure Emphyt.

re

re conſueverant eos liberari, & pleniſſimam libertatem recuperare æquiſſimum ſemper judicatum: niſi aliter inter admiſſum atque admittentem conveniſſet; vel etiam ſubjectionis conditio magis perſonę quam rebus poſſeſſis inhęreat: quia is qui ex facto ſuo convenitur, ut in perſonali obligatione accidit, nuda ceſſione rei non liberatur [c]. Quemadmodum & Bartolus [d] querens: An cędens fundum à ſolutione liberetur? inter cenſus certos & incertos diſtinguit, & hos non autem illos præſtantem ex ceſſione rei liberari tenet. Præterea & domino excommunicato aut bannito (ut inquit Andreas Gaill [a]) ſubditi & vaſalli à ſervitijs & ſubjectione interim liberantur, dum conſtitutio juris gentium vetat ſub pœna banni cum bannitis & excommunicatis ullam communionē exercere, tantum abeſt ut permittat ſervitio, auxilio, & ſubſidio ipſis adeſſe. Et ſubrogatione alterius populi in locum prioris devicti ſubjectionem finiri hactenus indubitatum; ut & manumiſſione tam tacita quam expreſſa, quę viventium placito non minus quam morientum beneficio ex meritis, ac ſuprema manumittentis benevolentia in hac digna favore cauſa elargitur. Cum in manumiſſione decus imperantium rerumque honor conſiſtat, profitentium non ſe ſubjectionem, verum majeſtatis divinæ exemplo (cujus

c *Per l. is cũ quo. 7. ff. de acq. pluv. arc.*

d *Ad. d. l. 7. n. 2.*

a *Lib. 2. de pac. publ. cap. 15.*

Digitized by Google

ſectatores eos ſemper eſſe oportet) morum correc-
tionem, ac fidei datę conſtantiam tantũ deſiderare.
Ita tamen ut ex liberalitate manumiſſi ſemper pa-
troni ſui, tanquam domini, libertorum[b] inſtar, re-
verentiam alant, nec levi de cauſa contra eum agant,
auxiliareſque copias contra patronum mittant, ne
liberalitatis ſuæ donator pœnas patiatur[c]. Nunc 8
ad tacitum finiendæ ſubjectionis modum tranſeo,
qui vulgò ex libertatis præſcriptione, & ſimplici
conceſſa tranſmigratione ad locum dimittenti non
ſubjectum, definiuntur. Ita enim ex pręſcriptione
in pręcedentibus[d] enarrata, populum liberum, ſive
in libertate & libertatis poſſeſſione exiſtentem, jura
majeſtatis ſuæ tueri rectè, non habet dubium. Et
hinc Impp. Dioclet: Maxim: Carino reſcribunt[e]:
*Præſtat firmam defenſionem libertatis ex juſto initio ob-
tenta poſſeſſio*; cum favor libertati debitus & ſalubris
non patiatur, ut his qui bona fide in poſſeſſione li-
bertatis ſupra hominum memoriam, ſine interpel-
latione morali eſſent, adverſus præſcriptionem ſta-
tus inquietudo moveretur. Undè apparet potiſſi-
mum tria in hac poſſeſſione longæva requiri, bo-
nam nempè fidem, qua ſe liberum putat populus.
Poſſeſſionem vel quaſi, ut palam & publicè partes
liberi populi egerit. Et quod reliquum, citra cu-
juſq; interpellationem poſſeſſionem libertatis om-
nimo-

b L. fin. verſ. reverentia. C. de bon. libert. l. ſi manumiſſori. 4. C. de obſeq. patr. præſt.

c L. ad res. 64. ff. de ædil. edict.

d Cap. 55. n. 6. & 7.

e L. præſtat. 2. C. de long. temp. præſcr. quæ pro libert. &c.

nimodæ ſupra hominum memoriam exercuerit. Et ſic qui cum alteri populo inſerviret, ab ipſo de facto eſt manumiſſus, patrię conditionem ſervilem, ſubjectamve prohabiliter ignorans, putans ipſam ſemper liberam fuiſſe, ſeſe pro libero populo ſemper geſſit, omneſq; actus majeſtatis, quibus non niſi liberi populi utuntur, celebravit, idq; in conſpectu populorum omnium eorumve officialium circumjacentium, patientium, & nunquam publicè contradicentium. Atque inſuper probata patientia actus libertatis omnimodę continuò exercuit, è quibus patientia illa una cum quaſi poſſeſſione libertatis illici poſſit. Tributa, officia perſonalia, aliaque ſubjectionis incommoda nunquam pręſtitit, majeſtatem alterius non agnovit, agnoſcitve, proculdubio populus hic non exiguò temporis beneficio vallatus liber cenſendus erit. Nec non ſi alios populos ſibi vicinos quis interpellans, populum hunc præterijſſe probabitur, vel eundum de ſubjectione pręſtanda compellens, libertatis vera opinione fretus populus liber, mandanti petitionem vel mandatum denegans, eidem denegationi mandans acquieſcat, & nec verbo, nec facto ſeſe unquam ejuſmodo denegationi opponat; cum ſervitus per ſolum non uſum tantum non amittatur, verum ubi acceſſerit factum præſcribentis ſervituti directè

Digitized by Google

contrarium[a]. *Ita ut nec* ſecundum Nattam[b] & Guidonem[c] Papæ, *ſubditi immunitas tantum à præſtatione homagij, verum utrobique contra interpellationem domini denegatio requiratur.* Præterea etiam tacitè ex conceſſa & permiſſa migratione in locum imperanti non ſubjectum, libertas populi elicitur. Ejuſve ſubjectionis onera atque officia tolluntur. De quibus ut in præmiſſis plura dixi[d]. Hic eadem perſcrutari amplius deſino. Et hæc quidem hactenus.

a *Arg. l.* 18. §. *ult. ff. quemad. ſerv. amitt. l.* 4. §. *ult. ff. de uſucap. & l. hæc autem jura. ff. de ſervit. urb. præd.*
b *Tom.* 3. *conſ.* 518.
c *Conſ.* 1. *n.* 15. & 16.
d *Cap.* 53. *n.* 9.

CAP. LXV.

DE NEUTRALITATE.

1. *Quinam neutrales dicantur.* 2. *De neutralitatis definitione.* 3. *Quinam ſuo jure neutralitatem conſtantem exerceant?* 4. *Quinam dubia fortuna.* 5. *Cum quibus potius ſe jungendum.* 6. *De cauſis conjunctionum.* 7. *De ſtatu & jure neutralitatis.* 8. *De ejus utilitate.* 9. *Quomodo neutralitas finiatur.*

Cæterum priuſquam hic enarrato omni fœderum genere deſinamus, animadvertendum 1
præter fœderatos qui pacem, aut inducias exercent, quoſdam inſuper eſſe, qui nec uni, aut neutri adſiſtere volentes, ſeſe exterorum bello non im-

immiſcent, obinde ab auxilio neutri præſtando *Neutrales* appellati, hoc eſt, nullius partes, aut qui neutri parti ſtudent, verum moderatè admodum intra proprios parietes ſuis rebus contenti, ſe continent, ut nec ad favorem unius, nec detrimentum alterius deflectant, decurrantve; & jure neutralitatis dum utuntur fruunturve alios non lædant, ne viciſ-
2 ſim ab aliis quaſi per retributionem lędantur. Qua ratione neutralitas ſępius definita reperitur *contractus juris gentium à ſpeciali gratia Principum vicinorum mutuo conſentientium, & ſibi invicem bella moventem, dependens.* Sed quoniam definitio hæc nimis arcta ac ſpecialis eſt, nec ad alios quam bello mutuo implicitos, & ab aliorum quaſi voluntate dependentes pertinet, (cum tamen neutralitas in ſe conſiderata maximè dependeat ex arbitrio libero, ac voluntate illæſa ejus qui in ſtatu neutro ſe continere, vel in quovis finitimorum negotio neutralis eſſe ſtudet) merito ſuſpecta mihi videtur; tanquam genuinam populorum neutralium libertatem tollat, ut ſublata eorum dignitate, ac voto libero facilius tandem ad gratiam, ac denique poſt gratiam ad ſubjectionem exterorum prolabantur, & hoc contra ipſam juſtitiam, ab omni vi, comminatione, dolo, metuve abhorrentem. Quare rectius quiſquam dixerit, Neutralitatem eſſe Principis vel populi placitum

abſolutè liberum, quo intendit ſeſe aliorum diſcordijs non immiſcere. Ita enim ſervata populi liberi dignitate, ex plenitudine poteſtatis ſuę ſecum unuſquiſque deliberat, an belli cauſam cum alio communem, vel pro reipub: tranquillitate abſtinendi à bello rationem habeat, dum ab una parte voluntas eadem libera atque inconcuſſa in hoc negotio dominatur; poſt expreſſam verò voluntatem ab altera ut intra juſtitię terminos ſeſe, ſaltem quoad neutralem, belligerantes vicini contineant, quorum ea poteſtas nunquam fuit, ut invitos populos liberos in ſe, vel in jura gentium non committentes, ad bella trahant. Quamvis non negem neutralitatem hanc firmiorem eſſe, quæ ex placito neutralis concepta, poſtmodum auctoritate & aſſenſu bella ſibi invicem moventium nixa probatur; ut nimirum ex conſenſu Principum finitimorum hic imperium proprium tueatur, neutralis abſtineat à bellis ſociorum, & ſocij tui, qui præter te ſibi invicem inimici ſunt, teque tuoſque nulla occaſione per bella finitima offendant. Qua quidem ratione Lotharingi, Allobroges, Burgundia libera, pace ac tranquillitate floruerunt, quamdiu bellis finitimorum Principum, & quidem eorum conſenſu abſtinerent. At cum primum Dux Allobrogum Hiſpanis ſeſe adjunxiſſet, imperio ac poteſtate à Francis exutus eſt,

Licet

Licet non admodum frequenter illud accidat his qui ut neutrales, viribus alijs inferiores, quibus omiſſa penitus omni ſolennitate poſt factum intentionis modeſtiæ ſuæ denunciationem ferè reſpondetur, ſecundum neutralium mores futuros, eoſdem habendos eſſe, ut ſi ſe indifferenter continuo gerant, nihil metuant, ſin dolosè, pœnas doli expectent, & quemadmodum Galli ajunt: *que ſelon le comportement au futur, on leur traitera à l'advenant.* Quamobrem cuncti proſpiciant ſibi ne ex veteratoria calliditate verbis nulli, re vera alteri per occulta ſuppetias ferant, cum fraus eorum diu latere vix poſſit; quo accidit ut tandem magis odioſi fiant ſocijs vel hoſtibus ipſis. Inſuper etiam antè & poſt ſuſceptam neutralitatẽ prudenter agendũ ne offenſionis occaſio cuiquam detur. Antè bellum ſuſceptũ, ut conſcius ſibi quiſque ſit ſe fautorem differentiarum nunquam extitiſſe, belli faces non accendiſſe; quippè hi dum ſibi cavere, nec non in utramque partem fallere ſtudent, exitium ſibi per eventum ſępius procurant. Undè Lipſius *vidimus & videmus, ita nunc eſt Europæ ſtatus, eos quos ignavia aut prava calliditas, ut alienis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit, acerbiſſimas pœnas ſolviſſe.* Poſt ſuſceptam verò neutralitatem res tanti momenti non minori cura indiget, ut ſcilicet indeſinenter ab omni parte proſpi-

ſpiciat, ne publicè, vel privatim quidquam in detrimentum hujus vel illius partis fiat. Publicè enim ſi quidquam peragatur, dubio caret, quin rebus belli peractis lęſus illatę injuriæ vindictam quęrat. A privatis verò ſi peccatum in hac parte fuerit, ſupinam negligentiam auguſtus facilè prætendet, quæ ex rupto per iniquitatem admiſſam fœdere belli cauſam præbet, *gnarus irarum cauſas ad ſingula rerum momenta trahi.*

Quibus porrò neutralitas innoxia vel nociva eſſe 3
poſſit nunc videamus, & in quavis repub: propriæ fortunę potius, quam exterorum ſortis conſideratio habeatur, ſecundum illud Curtij: *Suam quiſque fortunam in conſilio habeat, cum de aliena deliberat.* Ita tuto ſe neutralem fore quis profitetur, qui ſuis viribus potens, alterius poteſtatem, licet victoria ſuperbientem, juſta nixus ſtatus ſui ratione, metuere non habet neceſſe, aut quando extra teli jactum, etiam poſt ruinam vicinorum, tutus eſſe poſſit. In reliquis 4
autem quando nec vincere nec vinci ſine tuo periculo pars altera poſſit, magna eum prudentia eſſe oportet, qui non admodum potens, in ambiguitatis fortuna conſtitutus, ſine clade & detrimento ſe tueri in bello, vel conſervari in neutralitate ſua deſiderat, ubi penes ipſum quæſtio movetur anceps, an uni, vel neutri ſit adſiſtendum, & ab utraque con-

Digitized by

contendentium parte pro cujuſq; utilitate urgetur, ut te potius huic quam illi jungere velis. Quo tamen caſu politici omnes conſentiunt tutius eſſe cum alterutra parte, quam neutra jungi, *ne diuturnitate belli*, ut inquit Beſoldus, *velut granum inter duos molares ipſe quoque atteratur*. Aut certè ab alterutro victore ſine ullo gratiæ, dignitatiſve reſpectu, tandem opprimatur, & ſic quaſi media inhabitans domo ab inferiorum fumo, à ſuperiorum jactu, vel profuſione infeſtetur [a], ac tandem neutrarum partium populus victoribus tanquam certiſſima præda cædat, dum mediam in hujuſmodi rebus qui monſtrat viam nullam monſtrat, in quam pedem rectò figere liceat; quandoquidem alterutrum neceſſariò, ſocium aut hoſtem habere debeas. Et hi qui tali occaſione fortunæ conſilia ſua applicantes, armis abſtinuere, dum ſtultorum rationem eventum expectabant, nuſquam gratia ſtabili reperti fuere; verum ſæpius cum conſilijs, & conſiliarijs ſuis perijſſe. Cum ea ferè belli natura ſit, ut quiſq; hoſtem communem judicet eum, qui ſuppetias ferre recuſat; ita etiam ut qui amicus non ſit, inimicus habeatur, nec inter hos media via detur quin periculoſiſſima ſit, & ſæpius ruinam trahat. Sic Meſſeni cum duabus potentiſſimis civitatibus Gręcię finitimi eſſent, Arcadibus atque Lacedemonijs, bello inter eos

a *L. pen. ff. de injur.*

 orto,

orto, neutris ſe vel hoſtes, vel ſocios oſtendebant, quamvis Lacedemonijs ſemper antè illud bellum inimici, Arcadibus fœdere, atque amicitia juncti fuiſſent. Quamobrem dictę civitates ſibi invicem bella movebant, Meſſeni quieta pace fruebantur, donec Lacedemonij pace cum cęteris facta, omnem impetum belli in Meſſenos converterent, cum neq; illi reſiſtere per ſe potentiæ illorum, neque Arcadum auxilio amplius ſeſe tueri poſſent. Et ſic in deplorabilem ſervitutum cum conjugibus, liberiſque è patria ab hoſtibus ejecti, grande documentum poſteris dedere, quanto periculo fallantur qui finitimis duobus, pluribuſve gravi bello implicitis, medios gerere ſe & ab utrorumque ſocietate abſtinere conantur, dum periculum quod declinare ſtudent plerumque incurrunt. Præterquam quod magna vicinorum belligerantium adverſus partium neutralium tranquillitatem invidia ſemper exiſtat, qua tacitè cauſas agunt, quibus ſtatus eorum maximè commoveatur, atque ex motu tam proprio quam externo in diſcrimen ſalutis, vel ſaltem ad fortunam minorem atteratur, dum ſibi proponunt hunc populum tranquilla nunc pace adeò eminere, atque ex aliorum ruina ſuam civitatem admodum augere, ut ſub imperium ſuum vicinas & bello fatigatas, ſi velit tandem ſubjicere poteſtates poſſit.

Cum

5 Cum igitur in hac ambiguitate ſocius hic, ille hoſtis eligendus ſit, potiores ejus tibi in pari cauſa partes videantur, qui potentia alterum ſuperat.

Fatis accede, Deiſque,
Et cole fœlices.

Quid enim te infirmis & miſeris jungas? Aut ſi viribus pares ſint, ad meliores potius inclina, niſi hi quondam inimici, æmuli tuæ poteſtatis & ſucceſſus, aut infenſiſſimi tibi hoſtes fuerint. Inſuper (remota religionis tuendæ cauſa, quæ ſemper & ubique præcipua eſſe debet) locorum opportunitas, honeſtave alia utilitas profecto in hoc negotio attendi conſuevit, quandoquidem illud accidat, ut hi qui in proximo habitant, & loci opportunitate ſibi invicem quaſi conjuncti ſunt, licet non admodum potentes majorem tamen ſecuritatem adferant, quam illi viribus majores vulgò habentur; hoſtium occaſiones commodas ita ſæpè deſtruant, ut qua parte bellum tibi, ſocijſve tuis inferendum ſit, vix cognoſcatur, quaſi muris inviolabilibus circumcepti. Quare hoc caſu maximè conveniet tunc ſitum & diſtantiam ditionis examinare, an vicina illa, vel continens, vel inſula ſit. Nec non & ille qui bello jam implicitus ſocietatem alterius appetit, ſibi proſpiciat, num is quem huc invitat viribus polleat, & nervis, quibus per poteſtatem externam

Digitized by Google

auctus cęptum jam bellum finiri poſſit. Ne in medijs alioquin periculis deſeratur, & hoſti magis tunc quam antè implacabili nudus quaſi, & inermis diripendendus exponatur. Cæterum quoque animadverſione dignum ne quis ſocietatem potentiorum ſemper amplectatur, niſi poſt victoriam æqualitatem cum potentiore certam habiturus ſit, quandoquidem hiſtoriæ omnium penè gentium nobis docent, quod plerumque potentiores ab imbecillioribus ad belli ſocietatem invitati, ſocios tandem ipſos, viribus quia minores, oppreſſerint. Ac ſæpè qui extranei ad partem duntaxat regionis defendendam invitati erant, inſidiosè paulo poſt domini facti fuerint illius totius. Quod etiam ne fiat, prudenter admonetur, in urbibus aut præſidijs auxiliares copię ut non facilè ſuſcipiantur; verum ſtatim adverſus hoſtes ducantur, cum ut adventus eorum terrorem adverſario incutiat, tum ne per otium quieta turbent in ſolo ipſis extero, & animum ad res tuas magis, quam hoſtium intendant. Nec non ut veſtigio, bello finito, ad ſuos honeſtè dimittantur. Sunt & qui ſuadere auſint exemplum Romanorum, ac denique etiam Venetorum ſequendum eſſe, ut ſcilicet pro utilitate propria neutrarum partium quis, tanquam mars tertius, hoſtium amborum oppida, caſtella, munitiones invadat occupet

&

Digitized by Google

& præſidijs ſuis firmat. Hoc remedio non laudem modo & exiſtimationem ingentem comparari, ſed cum regni ſui tuitione, aut ad deponenda arma hoſtes adigi, aut brevi certe dignoſci poſſe, cui potius parti adhærendum ſit. Verum ejuſmodi conſultores maturè proſpiciant, ne dum capere aliena ſtudent, ipſi ſtatim compoſitis belli primum ſuſcepti inter utrumque motibus, prẹda utriuſq; communis fiant, dum amborum pluriumve viribus impares, ad repellendam offenſorum vim minimè accedunt.

6 Cauſæ verò quę ad conjunctionem hujus magis quam illius conducunt ſunt, ut conjungens agnoſcat eum cui ſe conjungit Deum ſocium habere. Cauſam ejus juſtam, alterius injuſtam exiſtere. Pro fidei communis defenſione hunc bella ſuſcepiſſe, illum vero illata propellere. Et in conſequentiam quando vicinus oppugnatur ex cauſa, quæ eadem contra te intactum tamen adhuc, quandoq; locum habere poſſet; ita ut ſi ambo incolumes eſſe velint, alteri belligerantium communem cauſam habenti neceſſario opem ferat. Cæterum quoque & hic ſibi proſpiciat qui exterum ad auxilia ferenda impellit, an ex propria tantum neceſſitate bellum, an verò ex ficta communi cauſa proveniat, cum dolus & inſidiæ has ſæpius comitare ſoleant.

Itidem cavendum ne ſocij qui aut tua tantum cauſa, vel etiam pro proprio intereſſe auxilia ſua ad te transferunt præſidijs ſuis, ac milite veterano te ſuperent, viribus ſuis te potiores ſint. Sic Romani Duces, non admodum credebant auxilijs externis, ut non plus ſui roboris, viriumque in caſtris haberent. Et dum ab alijs adjuvarentur, curam gerebant, ut externas copias diſciplinę Romanæ, ac ducum Romanorum imperio ſubmitterent; ne conjuncta potentia auxilij alieni, debilitatem propriæ poteſtatis adferret, nec tam ad libertatem conſervandam, quam ſervitutem inducendam exiſteret gradus. Quod itidem his obſervandum qui bellis civilibus fatigati, exterorum auxilia petunt; quia ut plurimum externæ gentes in bellorum ſocietatem, præſertim inteſtinorum aſcitæ, pulſis poſtea ſucceſſoribus, ipſi ſedes occupant, ac ſingulari artificio habent, per ſpeciem alienæ fungendæ vicis, ſuas firmare opes, regna aliena per vim & aſtutiam ad ſuum imperium deducere. Quare maturius quiſque perpendat, quid ſtatus ſui conditio ferat, potenſne an impotens poſt cladem acceptam adverſus ambos futurus ſit. Atque in ipſo negotio ſi res alterutrius minuantur, alterius per bellum extollantur (dummodo adverſarium nondum elegiſti) initijs vicinę potentiæ, nimium ac manifeſte creſ-

creſcentis, in tempore occurrendum, ne vires unius per triumphos adeò augeantur, ut ſi libuerit, quovis momento te ſupprimere poſſit.

Tecum prius ergo voluta
Hæc animo antè tubas, galeatum ſero duelli
Pœnitet.

Et hoc dum libera eligendi poteſtate fulges cui te potius pro imperij conſervatione jungere velis: Niſi fœdere antecedenti conventum ſit, ut hi qui nunc ſibi invicem fœderati ſunt, amicos, ſocios, inimicos, adverſarios omnes paſſim & ubique offendendo alter alteri adeſſe debeat. Nam tunc quod inter ipſos convenit, ſervari æquum eſt.

7 Cæterum etiam cum & cunctis interſit, ut quidam ſeſe neutros gerant, ſtatus horum examinandus nunc erit; qui ferè in eo conſiſtit, ut dum omnium amicitiam, & gratiam ex æquo, ſine cujuſquam offenſione, tuentur, ſeſe rebus exterorum directè indirectè non immiſceant, intra proprios parietes ſeſe neutrales perpetuò contineant. Et ut præclarè inquit D. Grotius[a]: *Nihil faciant quo validior fiat is, qui improbam fovet cauſam, aut quo juſtum bellum gerentis motus impediantur.* Ita etiam ut pro re nata, ſi opus fuerit pro tranquillitate propria milites alant, ut per eos curetur, ne quid detrimenti per exteros capiat reſpublica. Et hæc neutralitas ſic con-

a *Lib. 3. cap. 17. n. 3. de jur. bell. & pac.*

conſiderata, non ineptè activa vocatur, quæ communia humanitatis officia utriſque exhibens, per ſe conſtat, intra limites proprios liberè agit, ab exterorum conſenſu, aut voluntate non dependet; ſic etiam ut ſi hoſtium phalanges ad prælij diſcrimen pergant, neutralium turmæ in confinijs quoque adſint, ut ſua defendant, & injuſta quædam, aut nocitura ſi accidiſſent, auctoritatem ſuam interponant. Et ſic T. Flamininus Attilio Conſuli Ætolorum captas urbes vaſtare cupienti, reſtitit, cum diceret Ætolorum calamitates Philippo Regi Macedonię incrementum allaturas. Cum inſuper paſſiva neutralitas ſit, quam is qui intermedius aut belligerantibus proximus eſt, ex utriuſque voluntate bello abſtinens interim patitur. Quæ paſſio plurimum in eo conſiſtit, ut uterque data occaſione per territorium horum qui bello medij ſunt tranſeat, commeatum legionibus præbeat, obſeſſis nullo modo ſuccurrat, nihil quod uni conceditur, alteri non permittatur [a]; vel ſi quid non mutuo admittatur, aut denegetur in hoſtium partibus ſit, qui ad bellum neceſſaria (ut ſunt pecunia, commeatus, arma, naves & quæ navibus adſunt) alteri ſubminiſtraſſe probatur [b]. Et ſic Corcyrenſes apud Thucydidem, Athenienſium officij eſſe ajunt, extra partes eſſe velint, aut Corinthios prohibere, ne ex

[a] Grot. d. lib. 3. cap. 17. n. 3.

agro

agro Attico militem conducant, aut idem ſibi permittere. Philippo Macedonũ Regi objectum à Romanis, dupliciter ab eo fœdus violatum, & quod ſocijs populi Romani injurias fecerit, & quod hoſtes auxilijs & pecunia juverit. Cum generaliter & is hoſtis habeatur, qui id facit quod hoſti placet, & hoſtili exercitui ſubminiſtrat, quę hoſti ad bellum proſunt, aut uſui eſſe poſſunt. Licet etiam poſtmodum ad uſum deſtinatũ deducta non ſint. Quemadmodũ L. Æmilius Prętor Tejos arguit quod commeatu claſſę hoſtium juviſſent, vinum promiſiſſent: addens ni eadem Romanę claſſi darent, ſe pro hoſtibus eos habiturum. Attamen ſi tranſeundo, quiſquam viam ordinariã ſive Regiam deſerens, in arva, vineta, villas, pagoſve neutraliũ incidiſſet, reſtitui hęc omnia veris dominis deberi, conſtans & perpetua lex eſt, ne adverſus injuſtos Neutralium raptores Verrina Ciceronis actio inſtituatur, *Oppida pacata ſociorum, atq; amicorum diripienda ac vexanda curaſti*. Lex divina egreſſa dicatur, quę inquit [a] militibus, *Neminem concutite, neq; dolo opprimite: & contenti eſtote ſtipendijs veſtris*. Ac demum id omne quod per damnum injuria datum, impeditum, ereptum, illatumve erit, is qui damnum per aggredientium culpã paſſus eſt, juſtè à nocentium belli Duce repetat. Quandoquidem ut eſt apud Vopiſcum referente Grotio [b]; *Nemo*

[a] Luc. 3. verſ. 14.

[b] D.17.n.3.

pallium alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum nemo exigat, annona ſua contentus ſit. Et ſic Rex quoq; qui quę debet militibus ſtipendia non ſolvit non tantum his tenetur, de damnis inde ſecutis, ſed & ſubditis ſuis & vicinis ea omnia pręſtare, quę niſi hęc confuſio ſuborta fuiſſet, læſi in loculis ſuis aut poſſeſſione habuiſſent; ac denuo contentos hos omnes reddere, quos inedia coacti milites male habuerunt. Quin imò ad damni dati recuperationē res auferentis lęſus capiet, & dominium earum ſibi deberi, niſi res ablatæ ilico reſtituantur, rectè contendet. Uſque adeò ut licet nondū nocuerit, verum nocere voluerit, jura patiantur, ut rerum ſuarum retentione cogatur, obſidibus, pignoribus, vel alio modo, ne id fiat in futurum cavere, niſi ex continuata ſępius injuſtitia violenta, ex commiſſo, hoſtis pronunciari velit, ut tandē in hunc tanquam hoſtē animadvertatur. Et hoc quidem de ſtatu & jure neutralitatis.

Sequitur porrò ut ejus commoda atque utilitates 8
inveſtigemus, quę ex cauſis internis, tranquilla ſcilicet populi pace maximè conſtant, cujus laudęs ad
l Liv. 35. æthera uſque attolluntur. Sic Livius[l]: *Pacem quod medios decet amicos optent: bello ſe non interponant.* Et Archidamus Spartę Rex brevibus ſcripſit Eleis, cum viderentur Arcadum partes fovere, Καλὸν ἡσυχία,

bonum

bonum eſt quieſcere. Itidem ut dum aliorum vires mutuo bello minuuntur, mercantium occaſiones pereunt, cives ditionum commotarum loca potius tuta, quam periculoſa quærunt, per alluvionem quaſi, opibus, negotijs, atque incolarum numero hi intermedij augeantur. Externæ verò rationes pro exercenda neutralitate ſunt, ut vicini contendentes accepta clade ſemper certi ſint, quorſum tranſire & confugere victi cum ſuis poſſint. Tum etiam ut pacis mediatores non deſint, quoſdam neutrarum partium eſſe ſuperis viſum, ut nempè vicinos ad arma concurrentes, modis omnibus, tanquam boni viri, judices, vel arbitri Principum, Populorumve omnium communes ad concordiam mutuam revocent. Quippè ſi omnes omnium, vel ſibi invicem hoſtes exiſterent, vel etiam ſociali fœdere juncti eſſent, quiſnam arbiter exortarum differentiarum prodiret? aut boni viri officio in cauſa tam ardua, ac ſæpius periculo plena fungeretur? cum nihil humanis ſit, quam belligerantium controverſias amicorum, ſociorumve communium ſententijs, atque auctoritate, ex conſenſu, vel interceſſione componi: præcipuè eorum qui opibus ac potentia cæteris præſtant, ut tandem utroque populo afflicto ſalutem, & ſibi ſecuritatem ſumma cum laude procurent. Quod & pactis olim con-

ventum fuiſſe, nimirum ne Pontifex Romanus deinceps Gallos aut Francos tueretur, ſed eadem utroſque amicitia complecteretur, Bodinus [a] alibi affirmat. Undè plurimum diſtare eum conſtat, qui nec hoſtes habet, nec ſocios ab eo qui utrarumque partium communis eſt amicus, modo id fœderibus ritè initis comprehenſum reperiatur. Atque honeſtè vulgò arbitratum, eum qui cæteris auctoritate, dignitate, ſive etiam viribus ſuperior eſt, etiamſi non convenerit inter Principes, & imbecilliorem ſi ita ſtipulatum ſit, neutrarum partium tranquillitatem propoſitam ſibi habere. Tum (ut ſtatim dixi) quod hoc communi omnium gentium ſaluti neceſſarium, tum etiam ſi controverſiæ quædam inter amicos prorumpant, bella amicorum ſociorumve communi intermedij, ac partium conſenſu finiantur, quæ alioquin exitu caruiſſent, vel rebus compoſitis, pacem non admodum firmam habuiſſent. Et magis ad concordiam modis omnibus conniti oportet ſi appareat eos qui bella diu inter ſe geſſerunt acceptarum calamitatum tædio teneri. Quin imò & illud neceſſarium, ut pro bellorum pertæſis, quos pacem ab hoſtibus petere pudet, clandeſtinis conſilijs neutrarum partium Principes ſeſe interponant; cum nihil majeſtate dignius ſit, quam ut pro pace publica laboret.

[a] Lib. 5. de Repub. c. 6.

Ni-

Nihil magis optandum, quam bella, populorumve motus ex conſenſu per Principes exteros ſumma virtutis laude accinctos, juſto arbitrio ut componantur. Sic Carolus quintus Francorum Rex contra Navarræ Regem. Et Richardus Anglorum Rex contra Philippum Auguſtum, cum ad arma proſilijſſent, ad Pontificem Romanum quaſi ad arbitrum honorarium belli ſummam detulerunt. Et Fredericus II. Imp. Germaniæ, cum ipſi à Pontifice Romano Innocentio IIII. graves controverſię moverentur, ad Francorum Senatum, ſumma virtutis ac juſtitiæ fama decoratum, differentiarum arbitria detulit. Quare etiam fœderibus inſeri quandoque conſuevit, quod populus hic vel ille juſtitia, viribus atque auctoritate quàm plurimum prętans, ſociorum, amicorumve arbiter futurus ſit. Itidem & hoc fœderibus adjectum reperitur, ut ſociorum ſplendidiſſimus, Princeps fœderis habeatur, ne aut bellum injuſtè fœderatis obveniat, vel inceptum ſi fuerit, in ſua velut nativitate ſtatim opprimatur. Quo placito & convento illud accidit, ut potentes minus, contra ſocios potentiores æqua lance ſubſiſtant, in territorio proprio omnia liberè agant, & ſi quid controverſi inter eoſdem ſeſe extollat, fœderis Princeps juſtas cuique conditiones ex delato arbitrio offerat, augeat, minuat.

recuſantibus & ipſe bellum indicat, ut tandem viribus potentioris ſui perterriti, ab injurijs illatis, inferendis abſtineant; rebuſque per ſuperiorem in fœdere compoſitis, tranquilla rurſus pace fruantur.

Jam verò neutrarum partium ſors quomodo finiatur occurrit, atque eam maximè finito exterorum bello, quo ſe neutros geſſerant, finiri putem, cum nihil amplius ſuperſit quo ſe neutros gerere generaliter poſſint, vel habeant neceſſe. Particulares actus hic excludo, qui omnibus alijs æquè communes ſunt, quam his qui mutuo finitimorum bello abſtinuerunt; niſi ut proximè dixi, aliter fœdere conventum probaretur. Cauſæ inſuper omnes, ex quibus alioquin bello locus eſſet, ſufficientes conjunctim ſeparatim ſunt, ut per eas rumpatur neutralitas, cum minus in re tam ardua ac ſemper ferè per zelotypiam ſuſpecta, ſocio aut amico, quin imò ſeſe à bellis vicinorum abſtinenti liceat, quam his qui ſocij non ſunt, aut ſi in ſocietatem recepti, à martis tamen conturbationibus longè remoti, à bellis ſociorum ſive exterorum non fœderatorum continuò abſtinuerunt. Quamvis in hoc caſu magis propriæ bellorum cauſæ ſint, ſi uni auxilium tulerit, alteri denegaverit, telonia huic quam illi graviora impoſuerit, ſubditos partis 9

alte-

alterius continuò male habuerit, bona eorum injuſtè rapuerit, publicè quod prohibuerit, clam in alterius detrimentum factum, ſæpius in re momentanea admonitus, non inquiſivit, damnavitque. Ut Livius de Ætolis *Juventutem* inquit *adverſus ſuos ſocios publica tantum auctoritate dempta, militare ſinunt, & contrariæ ſæpè acies in utraque parte, Ætolica auxilia habent.* Quod tamen ſi mutuo fiat, nihil eſt quod bello cauſam offerat, niſi aliter pactis conventum eſſet. Et generaliter quotieſcunque verbo quidem declarant ſe neutrarum partium eſſe, revera tamen faces utriuſq;, partiſve alterius ad bellum inflammandum ſuppeditant, bello locum dari, eoque neutralitatem finiri, omnes noſtri ſuperioriſve ævi Doctores communiter perhibent; Et maximè ſi milites ex ſua ditione, in partes inimicorum quis tranſiri permittat: quia tunc fœdera pacis, ſocietatis, ac neutralitatis per non prohibentem turbata videntur. Quippè & hinc inſignis illa accuſatio apud Thucydidem in primo, qua inſimulantur, rupti fœderis Athenienſes ſocij à Chorinthijs, quod Corcyreis auxiliario milite adjumento fuiſſent. In majorem igitur tranquillitatis ſuę cautelam Principes aut Populi, qui ſe neutrales dici atque haberi deſiderant, ſeveriſſimis edictis cavent ne quovis modo ipſorum ſubditi in alterutram

tram

tram Principum belligerantium partem tranſeant, ne cuiquam detur occaſio non ſolum invadendi ditionem neutralem, ut nec ſuſtinendi per non impeditum civium tuorum propoſitum perverſum, ex eo alteri partium te conjunxiſſe, atque ita neutralitati tuæ te ipſo facto renunciaſſe. Verum enimverò an ex eo quod is qui ſe neutralem profitetur, partium alteri auxilia fert, quibus non pars altera, verum hoſtis utriuſque communis lędi poſſit, an neutralium Princeps juramento alteri belligerantium devinctus, hunc armis adjuvando, proteſtantis populi ſui neutralitatem intervertat, & denique an Princeps hic qui contra populi ſui voluntatem partem hoſtium alteram in ſuo territorio fovet, dum idem populus oblata pecunia ſortem ſuam deplorabilem liberat, neutralitatem omnimodam ſuo facto intervertat, bello juſto cauſam præbeat, non equidem me hic interpono, brevitatis cauſa, per ea quæ ſuperius in hanc finem allata ſunt, & poſtmodum ad paragraphum finalem adhuc clarius producentur, aliorum arbitrio relinquo.

De

Digitized by Google

De his qui auctoritate, dignitate, omni jure, viribus, pares impares habentur, atque alijs boni viri præſunt.

CAP. LXVI.

DE POPULORUM DIVERSORUM AVCTORITATE.

Introductio. 1. Varia variorum lectio. 2. Dignitatis origo ex facto eſt. 3. Auctoritatis ex dignitate. 4. Auctoritas civilis in jure conſiſtit. 5. Extra ſe non agit. 6. Quomodo gentium auctoritas, dignitas major minor cenſeatur. 7. Vires nec divitiæ per ſe auctoritatem aut dignitatem inducunt. 8. Terræ ſpatium loci conſtitutio, urbium multitudo, ſubditorum multiplicatio quenquam per ſe majorem non faciunt. 9. Ex quibus cauſis Reges quidam prærogativam ſuſtineant. 10. Potentia unius, alterius minus potentis libertatem per ſe non tollit, aut minuit. 11. Poteſtas pro defenſione libertatis introducta. 12. Libertas fundamentum fœderis, auctoritatis & dignitatis eſt. 13. Contractus & merita ad tertium non pertinent.

Quod in lege noſtra reliquum eſt, ſequitur. Poſtquam enim libertatẽ publicam JCtus Proculus, fœdera itidem æqualia & inæqualia

lia cunctis, propoſuiſſet, ad præcedentiarum jura Principum ſanctum ſanctorum, atque ipſum majeſtatis purpuram, ut ita loquar, arduas & difficiles, nunc Chriſtiani orbis controverſias, legem ſuam deducit. Qua occaſione mihi legis intellectum penitus inſpicienti operęprecium videtur hoc loco examinare illa quæ de magnatum diverſorum auctoritatibus, dignitatibus à ſe invicem diverſis, aſtruendis, vindicandis, Principum potiori jure, majoratu, prærogativa & præcedentia harmonicè inter ſe conſervandis, vulgò per nobiliores tractantur; dummodo Principes divinæ majeſtatis imaginem in terris ut referunt, dignitatem acceptam quantum poſſibile accuratiſſimè, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus ſartam tectam conſervare ſtudent; quemadmodum dignitatum atque ordinum gradus exactiſſimè obſervari jure Pontificio ſimul & Cæſareo jubentur[a]. Et licet hæc paulò latius à me re- 1
petantur, conſtat tamen JC^tum orationem ſuam ad ſolos Romani populi clientes extendiſſe, ut argumentum à minore quandoque etiam ad majus referatur, hoc modo, ſi clientes liberi ſunt, multo magis & eos liberos eſſe, qui in fidem aliorum ſuſcepti non probantur. Dum inquit *clientes* alioſve populos alterius tutelę commiſſos liberos nihilominus eſſe ac permanere, *Etiamſi neque auctoritate neque*

[a] *C. ſolit e. De major. & obed. c. ut debitus. De appell. c. ex ore. De Privil. L. bonor. §. gerendorũ. L. ut gradatim. ff. De muner. & bonor. tot. tit. C. de dignit. ord. ſerv.*

neque dignitate, neque omni jure, vel ut quidam, neque viribus nobis pares ſunt, vel etiam ut alij volunt, *Etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neque boni viri nobis præſunt.* Locus igitur hic corruptus quibuſdam, multis diminutis, plurimis adauctus videtur. Sed parum eſt verba captare, ſi ſatis ſuperq; de genuino legis ſenſu conſtet. DD[rum] opiniones ad hæc verba referam, meamque adjungam, quia quandoque profuit variam, legis explicationem non ignoraſſe. Gloſſa repetitam vocem *neque* omittendam ſuadet, ut ſubnixa ſententia Cujacij legatur: *Etiamſi auctoritate & dignitate viri boni nobis præſunt.* Hujus verſiculi ambiguitatem ſic explicans: *Licet clientes noſtri non præſunt nobis, id eſt comparentur, nec ſubſint nobis ut boni viri, nec per amicitiam vel dignitatem, tamen liberi ſunt.* Quidam etiam cancellari verba *boni viri volunt*, tanquam ſuperflua, ſive à mente legis aliena. Pandectæ autem Florentinę habent, *Etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neque juri omni nobis pares ſunt*, vel *jure omni.* Gothefredus Holoandri fretus auctoritate pro verbis, *neque viri boni nobis præſunt*, ſcribendum cenſuit, *neque viribus nobis pares ſunt.* Ex quibus mira diverſitas ad hunc locum apparet. Quiſquis nova verba, novam interpretationem hic adducere voluiſſe videtur, licet omnes ad unum eundemque

ſcopum tendiſſe conſpicuum ſit. Nam licet *jure omni, boni viri, viribus, impares*, ſuperiores, patroni, inferioribus, clientibus præſunt, liberi inſuper populi, liberi clientes, & qui alterius majeſtatem comiter conſervant liberi habentur, nulla habita circa libertatem propriam auctoritatis aut dignitatis inferioris ſuperioris ratione; hoc etenim comparatione cum externis gentibus demum obtinet, nempè ut extra regnum, ditionem, aut provinciam pacto vel jure gentium quis auctoritate dignitate major minorve ſit, reverentiarum titulis, ſeſſionibus atque alijs prærogativis inter ſe populi diſtinguantur, non autem libertate: quia libertas unius cum alterius libertate comparari non poteſt, quippè res ſpiritualis, incomprehenſibilis, & quatenus inprehenſibilis, quoque incomparabilis. Quocirca etiam libertas in lege noſtra abſolutè atque indiſtinctè proponitur, *quod nullius alterius populi poteſtate ſubjecta ſit*. Et in cæteris, quatenus populus populo ſuperior inferior eſſe poſſit auctoritate, dignitate, viribus, alijſve qualitatibus libertati hujus vel illius magis minus adhærentibus ſalva libertate propria, jure in cives proprios æquali (ut dixi) inter ſe gentes comparantur, ut juſta quadam proportione hic ſe ſuperiorem agnoſci poſtulet, alter ſeſe inferiorem ſuperiori ſuo eſſe, liberè fateatur. Nec tamen

men ut per eandem confeſſionem inferioris libertas imminuatur, vel ſuperior in ſubditos inferioris ſui juris quidquam obtineat; non magis quam ut clientes noſtros, qui pro defenſione cauſarum ſuarum nos reverenter interpellant, idcirco ineptè liberos non eſſe diceremus. Quid enim auctoritas hujus ad libertatem alterius confert, niſi ut eam illuſtret? Quid dignitas unius ad introducendam alterius ſubjectionem? Nonne Principis qua homo eadem cujus præbei libertas eſt? Quin imò auctoritas fidem tantum conciliat, & nihil aliud eſt quam conſenſus quo id probatur quod ab alijs in pręſentia agitur. Quare Curtius: *Nihil poteſtas regum valebit, niſi prius valuiſſet auctoritas.* Tacitus auctoritates ſuadendi, poteſtate imperandi priores facit. Dignitas quoq; reverentiam tantum deſiderat, hic ut honore afficiatur, ille honorem pręſtet. Sic comiter alterius majeſtatem conſervantes ſuperiorem auctoritate dignitate agnoſcunt, conſilia in propriam ſuperioriſve ſui ſalutem à ſuperiore prolata, amplectuntur. Clientes fide patronorum adſtringuntur, ac pariter reverentiali munere erga defenſorem obligantur, ſalva tamen libertate, ci-
2 tra ullam ſubjectionem. Dignitas hæc ab origine ſiç conſiderata ut potentiori plus honoris, inferiori plus auxilij deferatur, regulariter exfacto oritur, ac

Digitized by Google

plurimum auctoritati inſervit, vocaturque honor alicui ob merita ſua exhibitus, indultus, qualem huic pręſtare ſolemus qui nos ab hoſte, vel periculo maximo liberavit; qualem huic naturaliter competere cenſemus qui ſe ſuaq; omnia pro patria conſervanda exponit, qualem offerre conſuevimus ijs qui meritis ſuis ad officia magnifica promoventur, quorum idcirco nos ſubjectos eſſe, nemo ſapiens quidem cogitaverit. Auctoritas itidem à ſuo prin- 3
cipio deducta, ut ex facto dignitas ex dignitate rurſus oritur, abſq; ea non acquiritur, quia pręmium dignitatis eſt: quare admodum inhærere auctoritati dignitas dicitur, ut abſque ea non conſiſtat, prolapſa dignitate auctoritas omnis corruat, evaneſcat; quam ut Præſes Provinciæ conſervet, *ſummatim ita jus reddet*, inquit [a] Calliſtratus, *ut auctoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat*. Quocirca & heroës generoſiſſimi ut inferiores ſuos præcellant, inter cives ex virtute præſtita digniores habeantur, ſignis quibuſdam ornari per majeſtatem conſuevere. Hinc honor dictus: *exhibitio reverentiæ in teſtimonium virtutis*. Cui ſimile: *Honor eſt beneſactivæ gratiæ indicium, vel etiam eſt cujuſlibet virtutis præmium*. Sive etiam, honor eſt propriè reverentia vel dignitas quæ quavis ex cauſa exhibetur, in quam rem Virgilius:

a *L. 19. §. ult. ff. de offic. Pręſid.*

Haud

Digitized by Google

Haud equidem tali me dignor honore.

4 Quippè auctoritatem integram, puta civilem, quod attinet eam in jure conſiſtere, ac titulum juſtum habere, quo quis aliquid agat poſſideatve certum eſt, habilitans inſuper perſonam ad agendum contrahendumve; quemadmodum patrem jure ſuo in filios, maritum in uxorem ſuam, magiſtratum in cives, Principes in ſubditos ſuos uti cernimus, jure ſcilicet auctoritatis naturaliter aut civiliter commiſſæ, annexam dignitatem ab auctoritate inſeparabilem habentis. Atque hinc eſt, cum aliquid fit factumve dicitur, qua auctoritate effectum ſit, interrogemus; puta juſſu Principis, mandato ſuperioris, puta magiſtratus, patris, domini, & ſimilium. Et quoad id quod in commiſſa auctoritate dignitas ab auctoritate individua retineri debeat, quadrat illud Ulpiani, ubi de poſtulando inquit[b]: *Hunc titulum Prætor propoſuit habendæ rationis cauſa, ſuæque dignitatis tuendæ, & decoris ſui cauſa, ne*

5 *ſine delectu paſſim apud ſe poſtuletur.* Nec ejus naturæ auctoritas vel dignitas eſt, ut extra ſe agat coactivè, hoc eſt, extra mandatam provinciam, vel extra imperium proprium ſeſe extendat, verum dum virtutis nomina auctoritas dignitas ſunt, intra legitimos tramites ſeſe contineant, eoſdem non excedant, nec dignitate auctoritatis ſuæ ſeſe aliorum rebus im-

b *L. 1. in pr. ff. de poſtuland.*

immiſceant, ne illicita æquè ac injuſta faciendo dignitatis ſuę ſplendorem minuant, protinus evertant, vel ad minimum ſeſe exterorum ludibrio exponant, dum imperando non obſequuntur ab ijs, qui eos, qui imperant ſequi neceſſe non habent, vel minimè imperatoribus illegitimis obedire tenentur. Ex notiſſima juris regula[a]: *Extra territorium jus dicenti impunè non paretur.* Præcipuè etiam cum juſſio unius ſubjectionem non arguat alterius. Mandatum ſuperioris contra libertatem inferioris invalidum ſit, nihil operetur, nec auctoritatem ſuam extendat ulterius, niſi pacto fœdere pro fœderis natura inter eos convenit, vel jure gentium in populorum liberorum conventu ſalva atque inconcuſſa cujuſque libertate, obſervari conſuevit.
6 Nam & ordines in auctoritate dignitate majori minori ſervari, certum eſt, & ex verbis legis noſtrę evincitur, cum inquit JC[tus]: *Etiamſi neque auctoritate, neque dignitate nobis pares ſunt.* Pares etenim ſi non ſint, impares eos eſſe conſtat, atque in ipſa imparitate generaliter vel ſaltem particulariter, hunc illo majorem ſuperiorem. Quod ut pro ſubjecta materia accuratius examinemus, gentium auctoritas, dignitas, de quibus nobis quęſtio eſt, in ſuo cujuſque genere hoc noſtro loco non conjunctim ſed ſeparatim conſideratur; hoc eſt, ſepoſita dignitate, de

[a] L. fin. ff. de juriſdict.

de auctoritate tantum diſſeritur; ita ut per auctoritatem intelligat JC^tus illam prerogativam, quam quis, licet legitima dignitate munitus, præter dignitatem, propria virtute, proprioque facto in alios, illæſa tamen aliorum in cives ſuos libertate, ſibi acquiſivit. Per dignitatem vero illam ſuperemi-nentiam, quam quis ratione adminiſtrationis ſuæ, inter alios jure adeptus eſt. Ad primam igitur, nempè auctoritatem hanc quod attinet, dummodo ex facto proprio dignati adjuncto originem ducit, dicendum eam non civilem eſſe, (nimirum quia ad hanc vel illam Civitatem non pertinet, nec à civibus hujus vel illius ditionis propter civitatem vel cives conſtituta eſt) verum gentium quorundam liberorum, induſtria, fortitudine & audacia introductam, dum evenire ſolet, ut ſi quis opera ſua, ſuiſque viribus alios antecellat, potentia ſua minus potentes ſuis armis conſtanter protegat ac defendat, majorem auctoritatem inter gentes habere dicatur; quemadmodū & hunc inter Theologos, Juriſconſultos, Medicos majoris auctoritatis eſſe credimus, qui ſtudij atque eloquentiæ profeſſione, probitate vitæ, juriſdicundi præcellentia, ordinandis morborum omnium remedijs juſtis, alios antecedunt, licet quoad ipſum Theologi, Juriſperiti, Medici gradum, omnes in ſuo quiſque ordine pari

Digitized by Google

dignitate nitantur. Atque hinc [a] Cicero: *A vobis
peto, ut ſi ſequi minus videbitis orationem meam atque
auctoritatem meam, benigne me tamen, ut feciſtis, audiatis.*
Et ſummæ auctoritatis in advocatia armata Judæi
atque Romani præter alios exſtitere, cum per eos
pro alijs res maximæ gererentur, remota ac ſimul
procul habita ipſorum ambitione, totus penè mun-
dus Romanorum patrocinium atque tutelam, ami-
citiam vel ſocietatem amplecteretur; ita ut facto,
in contractu & jure tranſeunte, tacitè expreſsè cito
fœderum Principes Romani appellarentur. Claro
teſtimonio poteſtatem, poteſtatiſve ſupereminen-
tis executionem juſtam, quam plurimum ad acqui-
rendam inter gentes auctoritatem prodeſſe. Ad- 7
modum etiam, ut non dubitarint alij ex divitijs,
potentia, vel etiam ex terræ ſpatio, alijſve acciden-
tijs prærogativæ quæſtiones, populis antiquioribus,
dignioribuſque movere, quaſi virium imparitas,
juris & dignitatis imparitatem introducat, divitia-
rumve accidentia, qualitatem populi vel hominis
quoque liberi, jure conſiſtentem, afficiant. Qua
itidem occaſione quidam legum interpretes, ut ſu-
perius monui, in his verbis: *Neque auctoritate, neq;
dignitate, neque omni jure nobis pares ſunt*, legi volue-
rint. *Etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neque
viribus nobis pares ſunt:* quaſi vires, & quæ ſub his
con-

Digitized by Google

continentur divitiæ, per ſe citra actiones illuſtres, quoque conferant ad majoritatem; ut quondam majoris notę aulici pro Rege Hiſpano, contra alios quoſdam populos, ac pręcipuè Gallos ſuſtinuerunt. Cum tamen in Repub: bene inſtituta mercatorem opibus apprimè inſtructum, nemo ſanus dignitate ſupra Juriſconſultũ Medicumve, licet pauperem, extollat. Rex Hiſpaniæ, Regibus Arabum, & Saba, ditioribus quamvis, cedere nollet. Quin imò divitiæ cujuſcunque ſortis conditioniſve tandem fuerint, nobilitatem & dignitatem per ſe non tribuunt poſſeſſoribus ſuis, non magis quam ſi quis ex emptione prædij nobilis, nobilitatem perſonalem ad ſe devolutam præſumat. Verum per vires pecunia conſtantes, facta virorum fortium, egregiæ in vicinos alioſve populos virtutes, tanquam per lumen quoddam, dignitates ea facientium illuſtrantur; ut reſpectu quodam his evenit qui pro ſuperandis armorum atque belli moleſtijs, plus alijs contra hoſtem communem in ærarium publicum conferunt. Dum cæteri profitendo ſeſe hiſce opibus impares eſſe, alios divitijs ſuperiores agnoſcunt, non tamen exinde, niſi per conſenſum, pręcedentiam admittunt. Potentia itidem alijs occaſionem dedit, ſuſtinendi ſecundum uniuſcunque vim ac poteſtatem, potentiorem minus potenti in dig-

nitate præferendum eſſe, licet non ſemper, quod potentius, idem dignius ſit. Elephantes etenim equi & aſini nobis fortiores ſunt, nec tamen quiſquam dixerit hęc animalia dignitatē quandam habere, vel nobis digniora eſſe. Et quoad potentiam, quoad divitias ſic jure canonico conſtitutum [a]: *Potentia divitiarum & paupertatis humilitas, vel ſubliniorem vel inferiorem non facit.* Cum potentia qualitas ſit à dignitate planè ſeparata; & niſi effectus dignitatem illuſtrans potentię accedat, in terminis antiquis ſubſiſtens. Et ſic citra egregium quoddam facinus in afflictos præſtitum, fruſtra ad majorem gentium auctoritatem per ſemetipſos & ex proprio facto diverſæ gentes aſpirant. Nec terræ ſpatium diſcrimen dignitatis per ſe inducit, cum nec homo majora poſſidens terræ jugera obinde majoris minoriſve qualitatis ſit, majori minori auctoritate fulgeat. Quid etenim terra per ſe ad dignitatem, quid terræ ſpatium ad auctoritatem? Quin imò verum ſi fateamur, ex imperij latitudine, extenſiſve in alias regiones limitibus ſi pręrogativa quædam introducenda eſſet, nunc Belgarum Provincię liberę omnibus, ſaltem quibuſdam Chriſtiani orbis regibus pręmitterentur. Et hinc minus aptè etiam Hiſpanus, cum ab Anglis quæſtio de ſeſſionis pręrogativa moveretur, argumento à terrę ſpatio

8

[a] C. legimus 23. diſtinct. 93.

ſpatio deducto, reſpondit: *Ineptum videri, unius atque alterius inſulæ dominum, tam potenti, longè latèque imperanti monarchæ hac in quæſtione ſeſe oppoſuiſſe.* Ut & Vaſquius alibi de ſeſſione Principum agens inquit: *Celebris diſceptatio eſt Galli & Angli cum Hiſpano: Illi autem, inciviliter aliquantum, Hiſpaniæ univerſæ, aliarumque potentiſſimarum Provinciarum in utroque orbe monarcham eo jure cenſent, ut tum fuit, cum Caſtiliæ anguſtijs concluderetur.* Ad auctoritatem veram igitur inter populos obtinendam, virtutes ſuper alios eminentes magis quam poſſeſſiones licet immenſę magnitudinis conducunt; & id quod præcipuum eſt, ex poſſeſſione pręcedentiarum jura omnibus remotis accidentijs vulgò definiuntur. Neque etiam loci conſtitutio quidquam huic negotio operatur, dum non ex rebus corporalibus, eoque immobilibus, verum ex incorporalibus, ſpiritualibus (ut dignitates atque virtutes ſunt) jura potiora deducuntur, licet per imaginationes quaſdam & phantaſias regnum aliud tanquam caput, aliud tanquam pharetra conſideretur; cum proferunt Chriſtum Galliæ regnum tanquam pharetram fæmori ſuo accommodaſſe, ut ſagittæ in necem ac ſubjectionem gentium nefariarum hinc extrahantur. Porrò nec urbium fortiſſimarum multitudo, nec ſubditorum multiplicatio aliquem auctoritate ma-

jorem facit, accidere enim præter alias rationes poteſt, ut quis maximas fortiſſimaſq; urbes abſque uſu poſſideat, multis abſque obſequio imperet, aut ſaltem, non qualitate ac libertate ea, qua alius paucis. Nec revera ex fortunæ inconſtantia auctoritatis dignitatis culmen metiendum, quia quas fortuna cedit hodie cras rurſum opes aufert. Nec de divitijs hujus vel illius majoribus minoribus ſemper conſtat, dum ſecreta cujuſque patrimonij vulgò lateant, nec ad eaſdem libera cunctis, ut non convenit, acceſſio permittatur; quę tamen licet admitteretur, non niſi miram atque indies variabilem pręcedentiā ſecundum divitias auctas, diminutas, aſſignaret fortunam, quod in omnibus ac præcipuè quidem in cauſis ſublimioribus evitandum, ne hinc naſcatur injuriarum ac quærelarum occaſio, undè ex jure certo, certior ordo expectari ac naſci debuerat. Nec omittendum auctoritatem ſupereminentem inter alia multa argumenta per Gallos obtendi, quod Reges Gallorum (ut ait Honorius III.) ſeſe continuo oppoſuerint tanquam murus expugnabilis pro populo Chriſtiano. Et hinc Beatus Gregorius ad Childebertum regem: *Quanto cæteros homines regia dignitas antecellit, tanto cæterarum gentium regna, regni veſtri culmen antecellit.* Præcipuè etiam cum nulla Monarchia nullumve 9

reg-

regnum conſtantia & ſubſiſtentia ſui, Francorum faſces ſuperaverit. Jam ultra mille & ſexcentos & quadraginta nove mannos perſeveraſſe, nec interregno interruptam regni coronam, nec unquam tranſlatam fuiſſe in alium populum, nec in aliam nationem, nullum quoad jus ſuccedendi ſimilius regno Davidico extitiſſe conſtet. Quorum dignitas ex decreto Papę, Cardinalium, & maximo Pontificem omnium conſenſu, apparet ubi pronunciatum: Reges Francorum Eccesiæ Romanæ patrocinium ſemper ſuſcepiſſe. Atque Angli ex religione pura per eos introducta, auctoritatis ſupremæ palmam adjunctis & alijs adminiculis expoſtulant, cum ex relatione Hiſtoriarum appareat Anglos antiquiſſimos Chriſtianos eſſe, per Anglos ac Scotos Chriſtianam Religionem Germanis communicatam fuiſſe. Quibus accedit, Angliæ Reges, ex familia omnium nobiliſſima ortos eſſe; & quidem à Rege Cunobiline qui circa Salvatoris noſtri nativitatem imperavit, cujus etiam Regis adhuc, ſecundum auctores, ibidem numiſmata inveniuntur. Quibus alijſve qualitatibus Hiſpaniæ Rex pręſentes longas ac grandes poſſeſſiones ſuas opponit, quaſi in ejuſmodi caſibus ſecundum [a] Bartholum reſpiciendum ſit *non antiquum, ſed præſens tempus.* Et in omnibus prępona debeant majores [b]. Ex terrę

ſpatio

a In l. ex facto. in pr. ff. de vulgo & pup. ſubſtit.
b L. nobiliores C. de commerc. & mercat.

ſpatio, ut ſuperius dixi, pręrogativam adverſus alios ſuam deducens. Quam opinionem ſarcaſticè quondam excepit Franciſcus I. Galliæ Rex. Cum etenim Carolus V. pro ratione majeſtatis ſuæ titulis imperialibus, Provinciarum & dominiorum ſuorum repetitione magnum chartæ ſpatium implevisſet, Rex Chriſtianiſſimus in reſponſo tantum ſpatij inſumpſit repetitione Galliæ, hoc modo: *Franciſcus I. Rex Galliæ, Galliæ, Galliæ, &c.* ut Gallię ſolius titulo tabulę implerentur. Innuens ejuſmodi oſtentationes extra imperiũ ad Regẽ pari aut majori dignitate fulgentem, inutiles haberi, ac regia majeſtate indignas quaſi exiſtere. Vel ut alij volunt, unũ ſuum Galliæ regnum ſufficere, omnibus Imperij atque regni ſui Provincijs domandis. Et quemad- 10
modum terrę ſpatium, nec vires, per ſe generalem ſupereminentiam inducunt, ſic nec quod hic alium viribus antecedit, illius libertatem tollit aut minuit cujus vires minores ſunt, claro JC[ti] noſtri reſponſo ubi inquit: *Etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neque omni jure*, ſive ut alij legunt, *neque vires pares ſunt, ſic eos qui majeſtatem noſtram conſervare debent, liberos eſſe intelligendum eſt*, cum hæc opum jugerumve accidenta à libertate planè ſeparata, atque extra libertatem ſint. Hæc libertati tantum inſerviant, ut auctoritate, dignitate, viribus in ſe

atque

atque in alios ſibi fœdere vel amicitia junctos, magis ſplendeant, magis tuti ab exterorum dolis ac protervia evadant. Cæterum quoque libertas per ſe ſubſiſtit. Ab alio non dependet. Per alium mutari neſcia ab externis qualitatibus non movetur. Quin imò auctoritatis, dignitatis, ſive etiam potentię augmentum per ſe privationem aut diminutionem alterius dignitatis (qualis etiam libertas eſt) non operatur. Quippè nec libertas in facto, aut ijs quę extrinſecus accedúnt, conſiſtit ſed in jure; quod ut unicuique à Deo datum, per alterum ſive qualitates alteri adjunctas, non eſt violandum. Et hinc Deus libertati publicæ ſeſe ingerens continuò eam providentia ſua protegit ac defendit, non committens, ſecures imperio popularis, ſive terreſtris aurę: poteſtates infimas contra infidelium turmas enumerabiles ſæpius divina ſua virtute defendens. Inquit enim David: *Non timeo millia populi circumdantis me*[a]. *Inimici mei perierunt à facie tua*[b]. *Pręcinxiſti me virtute ad bellum, depreſſiſti inſurgentes in me, ſubtus me. Et inimicorum meorum dorſum dediſti mihi, atque odientes me deleviſti*[c]. *Nec etenim ab equis bello aptis ac præparatis victoria, ſed à Deo eſt*[d]. Et ſimilia. Etenim ſi libertas per ſe viribus conſtaret, ſervi conjunctim, ſeparatim indies dominis ſuis imperarent, animalia fortiora nobis pręeſſent, nunc autem quoniam

[a] Ps. 3. v. 7.
[b] Ps. 9.
[c] Ps. 18. v. 40. & ſeqq.
[d] Proverb. 21. v. 31.

Digitized by Google

niam Deo aliter placuit, Deus providentia ſua imperijs omnibus legitimis & abſolutè ſummis præeſt, mandato ſervos regimus, in belluas imperium exercemus, ac divina favente gratia populi exigui contra fortes ſeculi ſui venatores ſubſiſtunt, eoſdem & ſi ſummæ majeſtati ſic viſum, à parvis viribus ſubverſos protinus, & pulveris inſtar diſperſos reperimus. Porrò poteſtas, ſive vires unius ad ſub- 11
jectionem alterius ordinatę non ſunt; ſed ut blandè inter ſe conſpirent, noxios deſtruant, ſuppreſſos defendant à Deo hominibus datæ. Sic Princeps gladio accingitur, nec fruſtra[a]. *Merum imperium eſt habere gladij poteſtatem ad animadvertendum in facinoroſos homines.* Abſit ut Deus gladium inter juſtos & innocuos ſtringi velit. Et laudibus maximè afficiuntur, qui ſeſe injurijs innocentium opponunt. Quibus cum non ſolum homines ſinguli, verum etiam collegia, univerſitas, Provinciæ, regna, populi libri, afflicti aliorum & ſæpius potentiorum injuria fuerunt, ſuperfuit nihil, quam ut omnes qui propriam libertatem defendere contra externam vim, illatam, inferendam, minus validi reperirentur, intercedente fœdere æquali, inæquali, aliorum ope & auxilio uterentur; atque eum in modum hoſtem deterrerent, bellum averterent, aut ſi neceſſitas urgeat, junctis viribus eundem ſuperarent; ut conſtet po-

[a] L. 3. ff. de juriſdict.

poteſtatem omnem pro libertate introductam, & cum pro libertate introducta ſit, citra peccatum mortale in necem multorum abutendum ea poteſtate non eſſe. Nec ſuſtinendum (ut proximè dixi) libertatem poteſtati ſubjectam eſſe, quia per rerum naturam impoſſibile eſt, ut libertas in ſtatu ſuo libertatis ſubjecta ſit; ſed ſaniori judicio hunc alio auctoritate dignitate viribus imparē, & dum impar eſt, & ab alijs oppreſſionem timet, alios in ſui defenſionem ſimpliciter, vel etiam certis legibus flagitare, ne ancipiti martis alea, ſæpiſſimè etiam per moram ejus libertas in periculum trahatur, ac ſic tandem ex fœdere libertatem defenſam, & periculo liberatam habeat. Cujus conſequentia, ut ſalva libertate nullum aliud inter eos diſcrimen exiſtat, quam ut ex præſtito beneficio hic quandoque minor, hic major auctoritate dignitate habeatur, hic ſuperior in auctoritatis dignitatiſve qualitatibus emineat, ille ſe inferiorem ſuperiori, ſive patrono ſuo, libens lubenſque offerat ac fateatur. Nec citra aliam conventionem jus illum ſuperiori in inferiorem, majori in minorem exiſtere. Et licet hic potentiori ſuo viribus impar ſit, tamen eundem, libertatē ſuam ſartam tectam quaquaverſum æquè apud ſe quam penes fœderatum retinere, & eadem ipſi fœderato ſuperiori apud fœderatum inferiorem

contingere. Hoc ſolummodo obſervato, ut hujus auctoritas, dignitas major inter eos, quam illius ſit, quod nec libertatem tollit, verum confirmare videtur; quandoquidem inter ſe comparari dignitates vel etiam auctoritates non poſſunt, niſi prius in confeſſo ſit duas ad minimum auctoritates dignitates in libertate concurrere, nec de auctoritatibus & dignitatibus quidquã ſtatui, priuſquam plene conſtiterit, hos liberos eſſe de cujus auctoritate dignitate, minori majori contenditur. Liberi etenim ſi non eſſent, dignitate nulla fulgerent, quippè ſervis & ſubjectis dignitas nullo eſt. Cum civitatibus itidem liberis comparari non poſſent, cum paſſim jure privato vel civili ſervi, ut in jure publico ſubjecti, pro mortuis habeantur[a], eorum actiones in nihilum recidant, ut Philoſophorũ Schola: *Ex nihilo fit nihil, non entis qualitates nullæ, nulli effectus ſunt.* Qui tamen ſi liberi eſſent rectè inter ſe compararentur, huic non minus quam illi dignitas auctoritas competeret, quamvis hujus quam illius dignitas inter eos major eſſe poſſet. Quin imò auctoritatis dignitatis verba expreſsè legi noſtræ inſerta & adjecta ſunt, ut exemplo à pari conditio populorum liberorum illuſtretur, ſuperiores ab inferioribus auctoritate dignitate diſcernantur, in libertate ſua prædictis qualitatibus, diſcretè comparentur.

[a] L. 209. ff. de R. I.

Et

12 Et hoc dum libertate pares ſunt, ex qua auctoritate dignitate ſibi invicem diſparatè opponuntur. Neque enim ſibi, rebus ſubjectis vel ſuis, dominus, Patronus inſervire, patrocinari poteſt. Quod igitur ut fiat neceſſario requiritur, ut inter ſuperiorem & inferiorem majorem & minorem, patronum & clientem identifica ſive realis quædam convenientia & diſtinctio ſtatuatur, quæ in hac materia publica ipſa libertas, & in libertate, gentium diſtinctio inter majores & minores populi auctoritates dignitates eſt, ſuo nempè libertatis fundamento prorſus inconcuſſas, ut dum inter partes contenditur, quiſnam auctoritate dignitate ſuperior ſit, argumento infallibili evincatur, utrumque liberum eſſe: quia ut dixi ab omni honoris titulo ſubjecti de jure & facto excluduntur. Nec obinde potentior cuiquam patrocinium præſtare tenetur, priuſquam ſupplicantem non ſubjectum, juris ſui liberumve agnoverit; adeò etiam ut ſi verè ſubjectus quiſquam ſit, injuſtè alterius patrocinium petat, injuſtè ei patrocinium offeratur, jura gentium in petitione atque oblatione ejuſmodi offendantur: niſi atrocitas dominantis interpoſitionem alterius majeſtatis excitaverit. Cum tamen hi qui liberi ſunt, jure ac merito deſiderent, ut auxilio majoris poteſtatis per patronum, ſocium, vel amicum in

libertate ſua defendantur. Quem tamen citra reatum patronus poſtmodum ſupprimere non poterit, nec ex præſtito patrocinio ſubjectionem inferre; quia non ea natura patrocinij eſt, quod defenſionis cauſa ſuſcipitur. Contraria mens clientis ſemper apparuit, ſic inter eos non convenit. Quamobrẽ & donec patronus liber, clientis ſui liberi patrocinium ſuſcepit, de jure eundem defendere, aut defendendum per ſe, vel per alios dimittere tenetur, quamvis de facto continuo ſic obſervari affirmare non auſim.

[a] *Num.* 13.

13 Dixi [a] modo obſervari ut *hujus auctoritas dignitas major inter eos quam illius ſit.* Et hoc verum, dum breviter animadvertes, contractus & beneficia ſuos tenere auctores, neque extra eoſdem ſeſe extendere: exemplo enim pernitioſum eſſet, ut ex facto alterius quis incommodum ſentiret, vel ut conſideratio meritorum in præjudicium tertij [b] operaretur: quare & hi omnes qui de majori, minori dignitate obſervanda inter ſe conveniunt, ut hic Princeps fœderis ſit, illi comiter Principis ſui majeſtatem obſervent, eos tantum tangit quibus ejuſmodi pactiones pro cujuſque reipub: ſtatu ſaluberrimę videbuntur. Manentibus interim alijs, hoc fœdere non contentis, æquè dignis, quam & hic; cujus majeſtatem venerari inter ſe populi, quidam liberi ſtatue-

[b] *L.* 3. *C. de dignit.*

tuerunt. Verum enimverò, quandoquidem penes fœderis Principem major dignitas quam penes alios obſervatur, hæc eadem dignitas aucta, per ſe præſumptionem inducat, Principem fœderis non minori juſtitia juſtitiæque conſtantia, alios antecellere, quam majori dignitate ſuos antecedit, hoc idem factis commonſtret; ſuppreſſos vel per injuſtitiam ſupprimendos, libertati reſtituat, eoſdem defendat, atque adeò tanquam Deus in terris omnia pro ſalute ac tranquillitate generis humani agat, quę ab ipſa juſtitia, matre æqui & boni omitti non potuiſſent, dubitare non velim hunc alijs auctoritate rerum geſtarum ſuperiorem eſſe, ac præcipuè auctoritatem ejuſmodi Principis reverenter agnoſci per eos debere, quos virtutis indefeſſæ conſtantia ad gratum libertatis lumen reduxit, cum honorum augmenta non ambitione, ſed labore ad unumquemque devenire ſit [c] convenientiſſimum.

[c] *L. 14. C. de re milit. lib. 12. Menoch. 1. conſ. 51. in pr.*

CAP.

CAP. LXVII.

DE POPULORUM DIVERSORUM DIGNITATE.

1. *Introductio.* 2. *In omnibus Deus dignitatis ordinem ſervari voluit.* 3. *Pro mundi conſervatione.* 4. *Varia dignitatis ſignificatio.* 5. *De Romani imperij quatuor dignitatum ordinibus, eorumque jure.* 6. *Majeſtatis eſt dignitatis nomina ordinare.* 7. *Dignitatis ordo non facilè immutandus.* 8. *Dignitas individua eſt, & intranſmiſſibilis.* 9. *A ſola majeſtate civilium dignitatum gradus dependent.* 10. *Quomodo dignitates diſtinguantur.* 11. *Summę poteſtates ordine tantùm, non titulis diſtinguntur.* 12. *Quomodo dignitatibus hæ poteſtates comparentur.* 13. *Ex ipſa imperij delatione.* 14. *Ex abſoluto imperio.* 15. *Ex Principatus ipſius dignitate.* 16. *Liberum corpus præfertur membro corporis liberi.* 17. *Unctio nihil ad dignitatem.* 18. *Provectior ætas in majori dignitate eſt.* 19. *Dignitas major acquiritur tacitè vel expreſſè.* 20. *Item lege.* 21. *Quo quis dignioribus præeſt eo dignior habetur.* 22. *Major dignitas conſuetudine quomodo acquiratur.* 23. *Titulorum multitudo quomodo dignitatem augeat.* 24. *Quęnam conjunctæ dignitates dicantur.* 25. *De ceſſionum ordine inter Chriſtianos introducto.* 26. *Citra majeſtatis cujuſ-*

cujuſque naturam. 27. Quibus modis major dignitas probetur.

1 Sequitur dignitas, dignitatiſque cognitio, quæ cunctis hominibus, atque adeò melioribus admodum neceſſaria, ut ſine ea bonus quidem civis vix in repub: exiſtere poſſit. Quamobrem profundius dignitatis rationem intuenti, viſum pauca & extrema juſtitię diſtributivę monumenta, ex legis propoſitæ præſcripto, huic meo operi ſubjungere, ut diſparitates rerum perſonarumve cognoſcantur; ac ſimul quomodo diverſa mundi imperia ſalva cujuſque in ſe ſuoſque libertate, ſalvo ſingulorum jure, ſine cujuſquam lęſione inter ſe juſto
2 ordine conſerventur. Et conſtat Deum opt: max: ut cauſam efficientem, fontem & originem omnis boni in medio rerum naturalium, ac præcipuè humanarum neceſſitatum ordines certos conſtituiſſe, quorum vi atque imperio majori minori, ſummo vel ſubalterno, cuncta parium, diſpariumve æqua diſpoſitione, ſepoſita omni confuſione ad finem ordinatum deducerentur. Sic enim ſurſum ingenti methodo Cœlos compoſuit, ordinem diverſorum orbium, atque motuum & corpora ſtellarum varia, variæ formæ, actionibus, effectus, conſtituit, Planetus omnes à ſignis Cœleſtibus, & hęc eadem

Digitized by Google

à poteſtatibus alijs, Thronis, Cherubin & Seraphin motu certo, proprio, perpetuis viribus, legibuſque ſitu, ortu, occaſu, multitudine, magnitudine diſtantia à terra, & à ſe invicem dignitatis ordine ac diſparitate ſeparavit. Deorſum in terreſtribus aurum ſua perfectione cęteris metallis pręferri voluit, cui argentum dignitate ſuccedit. Gemmas itidem alijs rebus virtute & ſplendore potiores fecit. In animalibus terreſtribus, Leonibus, Draconibus, Elephantibus; In volatilibus Aquilæ, Struthioni; In maritimis Balenæ, & ſi qua alia creatura aliam magnitudine, viribus, velocitate, pulchritudine, uſu in medicis rebus ſuperat, pręeminentiam dedit. Ita tamen ut hęc omnia homini inſerviant, qui verè excluſis omnibus alijs creaturis, nobilitatis dignitatiſve ſolus capax exiſtit. Idque ob animam rationalem divinitus nobis à Deo datam. Quæ tanquam divinæ particula auræ, eoque dignior hoc noſtro terreſtri corpore in hominibus ſanioribus primas partes agit. Et hæc generalia ut ſunt, in particularibus homo rurſus hominem virtute, ac facti excellentia vincit, ac ſuperat. Atque in omnibus ferè quot mortales, tot diverſas eorum virtutes ſingulares reperias, quibus hic alium conſtantia, fortitudine, temperantia, & ſimilibus animi dotibus longè antecellere videtur. Unde rectè Weſembe-

cius

cius [a]: *Deus auctor hujus ordinis, ſua ſapientia genus humanum ſic conſociavit; ut ſicuti diverſos vultus, diverſaque ingenia, & naturæ multiplices varietates, variaque dona ſingulis attribuit: ita velit ex varietate ſimili compoſitum eſſe totum reipub: corpus, ſervarique diverſos gradus officiorum; & functiones pro diſparitate donorum cuique congruentium diſpartiri.* In quorum omnium differentijs æqualitatem ſtatuere, abſurdiſſimum foret, quin imò iniquiſſimum; quia Deus tam in minimis quam maximis juſtitiæ diſtributivæ, ac dignitatis ex ea diſcendentis ordinem ſervans, hos illis ſecundum proportionem geometricam, generaliter, ſpecialiter præficit, generaliſſimum ſuum imperium ſuper omnes effundit, ut hoc ordine omnium dignitates conſerventur[b], omnia per ordinem tanquam in centro ſuo ſubſiſtant, nec corruptæ naturæ vitio, ex perverſa plurium opinione, honoris ambitu, dominandi libidine
3 cuncta ſubvertantur. Et hoc quantum ad mundum, non quantum ad Deum, cum noſtra cauſa ordo in terris cœlo delapſus, deductuſve ſit, ne alios alij conſumamus confuſione ſubvertamur. Quantū ad mundum inquam, quia licet alios alij dignitate commiſſa ſuperamus, coram Deo tamen (tanquam creaturę ad imaginē ipſius conditę) pari conditione, & æquales ſumus. Quod & de poteſtatibus

a tit. de juſt. & jur. n. 12.

b Rom. 13. Epheſ. 4. Corinth. 12.

ſupraeminentibus, neminem ſupra ſe habentibus, abſq; ullo intermedio Deum ſequentibus, eundem ſolum judicem actionum ſuarum agnoſcentibus, ſic dicendum; ut ſcilicet omnes pari ſorte in conſpectu majeſtatis Divinę verſentur, quamvis quoad humani generis imperia, auctoritate, dignitate, majori, minori inter ſe gentes ac Principes, ex adjectis imperio qualitatibus, comparative ſecernantur. Verum priuſquam progrediar ſingularia quædam dignitatis æquius hic adjungere mihi viſum fuit.

Dignitas variæ accipitur, aliquando pro potentia à natura cuilibet tributa, aliquando dignitas & perſona pro eodem ſumuntur[a]. Aliter etiam dignitas vocatur auctoritas, alicujus cultu, & verecundia & honore digna, interdum & pro fama[b] ponitur, pro conditione[c], pręeminentia, pręrogativa, ac poteſtate, quia is qui poteſtatem gerit eam dignè gerere ipſaq; dignus eſſe debet. Licet etiam quędam dignitas ſine poteſtate, id eſt, ſine adminiſtratione ſit, quæ vulgò in jure honoraria[d] nuncupatur. Quandoque etiam dignitas dicitur omne id quod à Principe injungitur, ac magis propriè honor alicui propter merita ſpecialiter Principis vel legis beneficio impenſus, unde & ipſa dignitas ex latitudine vocabuli beneficium appellatur. Quaſi omnes digni- 4

a L. cognitionũ. §. 1. ff. de extraord. cognit. & ibi Gloſſ.

b L. 3. ff. de re milit.

c L. 1. ff. de offic. quęſtor.

d L. fin. C. de dignit. & l. fin. C. ut dignit. ord. ſervet.

dignitates à Principe, vel lege, tanquam à fonte in perſonas inferiores defluant[a], nunquam aſcendant, vel de inferioribus ad ſuperiores tranſeant. Atque hæc civilis eſt, nec ulterius ſeſe, extendit quam ad cives una eademque juris communione viventes, quatenus imperantes, quatenus obedientes conſideres. Quibus utique in ſua repub: ſuoque imperio liberum, eas dignitates inter cives proprios elargiri, quas unaquæque majeſtas ſibi ſuiſque ſaluberrimas eſſe duxerit. Sic in Romano imperio potiſſimum quatuor dignitatum ordines recenſentur; Superilluſtrium, Illuſtrium, Spectabilium & Clariſſimorum, quos Gloſſa [b] his verſiculis comprehendit:

Illuſtris primus: medius Spectabilis: imus,
Ut lex teſtatur, Clariſſimus eſſe probatur,
Et Superilluſtris præponitur omnibus iſtis.

Superilluſtrium etenim ordini Conſules, exactis Regibus, imperium adminiſtrantes, intererant. Quod legibus comprobatur[c], quibus eos lictores & ſolium eburneum, quo reges utebantur, habuiſſe conſtat. Senatores etiam Superilluſtrium titulo ex Romuli inſtituto comprehenſos fuiſſe, cum ad eam dignitatem Centumviri eligerentur, qui totius reipub: curam haberent, Dionyſ: Halicarnaſcei teſtimonia[d], Divi Marci, & Cæſarum orationes ad

a *L. 1. ff. de ambitu. c. 1. Quis dicatur Dux &c. In uſibus feudor.*

b *Ad proœm. Inſtit. in §. cumq. loc.*

c *L. 1. & 2. C. de Conſ. lib. 12.*

d *Lib. 3. de antiq Rom.*

Senatum habitæ, evincunt. Ut & illud: Quod in Senatu ſolenniter à Conſulibus eſſet propoſitum, eorũ auctoritate confirmaretur [a]. Et Regibus ejectis Senatus auctoritatem auctam fuiſſe, inde liquet, quod LL. quæ Senatusconſulta dicta, Senatus tulerit, & quidquid Senatus conſtituiſſet, inviolabiliter obſervaretur [b]. Et ſic Dictatores dictaturæ tempore Superilluſtres perpetuò nuncupabantur.

Illuſtrium autem ordini Præfecti prætorio [c]. Quæſtores Sacri Palatij [d] intererant, quorum erat officium, Principis loco reſcripta legere, emittere, atque ijſdem his verbis: *Quæſtor legi*, ſubſcribere. Illuſtres & Præfecti urbium erant [e]. His etenim Impp: temporibus ſumma poteſtas erat [f]. Adeò ut & jure deportandi uterentur [g]. Porrò & Illuſtres Magiſter militum, Comes ſacrarum largitionum, Comes rerum privatarum [h], Principis Conſiliarij cenſebantur [i]. Hoc jure, ut Illuſtres propter dignitatis eminentiam in cauſis civilibus & criminalibus per procuratores litigare cogerentur, cum omnibus, poſt Illuſtres, litis propriæ exercitium concederetur [l]. Addito in criminalibus eorum cauſis ſingulari privilegio, ut non niſi à ſummo Principe, ejuſque commiſſario judicarentur, ita ut ab hoc abſolvi, quidem, ſed ſine relatione ad Principem condemnari non potuerint [a]. A ſententia item Illuſ-

a L. cum his ſtatus ff. de donat. inter vir. & uxor. l. Divus ff. de ſerv. fugit. l. cũ hi ff. de tranſact.
b L. 2. §. deniq. 9 ff. de O. R.
c L. præcipimus in pr. C. de appell.
d ibid.
e L. vires C. de pala ſacr. largit. lib. 12. l. pen. C. de offic. præf. præt.
f l. 3. c. de offic. præf. urb.
g L. inter §. 1. ff. de interd. & releg.
h Cujac. ad ſing. tit. cod.
i L. quiſquis C. ad l. jul. majeſt. l. fin. C. ubi ſenat. vel clariſſ.
l nov. 61. c. 1.
a L. fin. C. ubi Senat. & clariſſ.

Illuſtrium Pręfectorum prætorio non appellatur [b], quod in Spectabilibus & Clariſſimis ſecus [c]. Porrò & Illuſtres Præfecti-Prætorio diœceſes, univerſitates Provinciarum ſuo arbitrio regebant, & ſub cura ſua habebant defenſores civitatum [d]. Præſides ſingulis Provincijs Præfectos, adeò ut indignos ab officio removere potuerint [e]. Sicut & promovendi poteſtas ipſis concedebatur [f], & continuis promotionibus cives ſuos de ſtudijs bene meritos afficiebant. Spectabilium verò numero regulariter omnes Duces [l], Proconſules [m], Præfectus Auguſtalis, Comes orientis, Phrygiæ [n], Galatiæ, & alij interfuiſſe creduntur, utque etiam à D. Stam inſigni JCto recenſentur. In clariſſimorum denique claſſe erant Præſides & Rectores Provinciarum [o], Præfectus annonæ & Præfectus vigilum, quibus Prætores Cujacius adjunxit, quamvis indifferenter Spectabiles dictos fuiſſe ex novellis conſtet [p], illud idemque in perſona Prætoris Thraciæ titulo confirmetur [q]. Atque hi Spectabiles & Clariſſimi uſque ad decem librarum auri quantitatem appellabant [r]. Verum de appellationibus Spectabilium una cum Præfecto Prætorio cognoſcebat Quæſtor Sacri Palatij [ſ]. Præterea Spectabiles & Clariſſimi quoque in cauſis civilibus & criminalibus coram ipſis ordinarijs loci conveniebantur, juſta-

b L. 1. §. 11. ff. de offic. pręf. prętor.
c L. 2. C. de temp. appell.
d Nov. 15. c. 1
e l. 3. c. de offic. pręf. pręt.
f L. fin. C. ad l. jul. repet.
l L. ſi quãdo. 38. C. de appell. Nov. 23. c. ult.
m L. un. C. ut omn. jud. l. pen. C. de procur.
n Nov. 7. in fin. Nov. 26. c. ult. nov. 23. c. 3.
o D. Nov. 7. in fin. nov. 15. c. 1.
p D. Nov. 23. c. 3.
q Nov. 26. c. ult.
r Nov. 23. c. 3.
ſ D. Nov. 23. c. ult. l. pr.ecipim. c. de appell.

juſtaque eorum condemnatio executioni per eos mandabatur [t].

Atque hi quidem dignitatis ordines pro uniuſcujuſque regiminis ſive imperij placito inter ſe variè diſtinguuntur, varijs nominum titulis afficiuntur, ut ex ijſdem muneris qualitas, ſive etiam ordo ſeſſionis in unaquaque repub: rectè diſcernatur; licet non ſemper verum ſit, ut idem nomen in aliena repub: eandem dignitatem obtineat, quandoquidem hæc à mera majeſtatis voluntate dependent, nempè ut dignitates conſtituat, dignitatibus nomina certa adjungat, & ſecundum ea ſtatuat, qualem dignitatem poſtponi præponive alterius dignitati velit. Sic etenim ſi titulos penſitemus, Dux alibi præfertur Marchioni, & hic Comiti, in Gallia verò Comes pręcedit Marchionem [a]. Nec facilè quod ſemel pro ſalute ac tranquillitate reipub: conſtitutum, conventumq; immutandum eſt; cum quoad rationes quare eum in modum dignitates ordinatę ſunt, non omnibus ſuccurrant [b], tum etiam quod conſuetudinis, uſuſq; longęve non vilis ſit auctoritas [c]; cujus ordinem ſi quiſquam ſuſpectę novitatis deſiderio ductus, intervertere conetur, citius introductæ novitatis ſpinas, quam nuper correctæ ut putaverat dignitatis roſas reperiet. Eoque magis huic opinioni incumbendum, quia ſpecialiter 6 7

[t] L. 1. & 2. C. u'i Senat. & clariſſ.

[a] Beſold. diſſert. jurid. Polit. pag. 148.

[b] L. non omnium ff. de legib.

[c] L. conſuetudinis 2. C. quæ ſit long. conſ.

[d] L. 1. § ſed & ſi ſerv. 13. ff. de ventr. inſpiciend.

liter de jure reipub: intereſt, ut ordinũ dignitas ſalva, illęſa, individua, non tranſmiſſibilis eſſe poſſit.
8 Et qua fieri poſſit ordo ſervetur, illæſa quia Imp: Julianus Aug. inquit [e]. *Jus ſenatorum & auctoritatem ejus ordinis, in quo nos quoq; ipſos numeramus, neceſſe eſt ab omni injuria defendere.* Individua, quia quidquam perfectum dignitas atque incorporale eſt, quod per ſe niſi per unitatem ac ſimplicitatem, non conſtat, eoque dividi in plures partes ſalva ejus ſubſiſtentia non poteſt. Quod ſi tamen accidat, ut dignitas uni commiſſa, pluribus poſtmodum deferatur, non diviſam, verum ſublata priori, novam ſive novas per Principem introductas dignitates, quiſquam rectè dixerit. Intranſmiſſibiles quoque ſunt, quia de uno ad aliam perſonam tranſmitti eaſdem non patiuntur. Præcipuè non majores dignitates, quandoquidem cujuſque Reipub: fixa tanquam ſidera ex delatis officijs ſunt, quibus majeſtatis ſplendor circumdatur. Tanquam imagines reverendæ apparent, ex cauſa commiſſa, non verò ex eo quod ex propria natura, ſepoſita dignitate ſunt. In ijſdem ſingularis perſonarum induſtria electa eſſe videtur. Atque hinc etiam immortales factæ, ex perſona defuncti per ſuccedentem in officio continuatæ dignitates habentur. Sic ut homines perpetuo his dignitatibus pręſint, eas continuo ſequantur, earum

e L. 8. C. de dignitat.

Digitized by Google

cauſa, tanquam idonea Reipub: inſtrumenta, in medio humanarum neceſſitatum producti credantur. Ut ipſi dignitatibus, & non dignitates publicę privatis inſerviant, vel de ijſdem ſecundum voluntatem privatam diſponant; Cum id (ut dixi) 9
ſolius majeſtatis ſit, à cujus ſubſellijs omnes ſubalternæ poteſtates in ſubditos, benignè deſcendunt. Cujus denique continua ſollicitudine pro repub: ac divinæ inſpirationis beneplacito, pro ordine conſervando, dignitates omnes civiles ſuis gradibus tam concinnè diſtinguuntur, ut ex ijſdem varia dignitatum genera, & quæ ſub his, dignitatis ſpecies variæ continentur, dilucidè appareant. Ita tamen ut originem, ac ſplendorem ſuum omnes indiſtinctè ab Imperiali culmine deducant: quocirca & in his quę alterius poteſtati ſubſunt, ſtatuendum, dignitatis nomen generale eſſe, atque omnes honoris titulos à ſumma majeſtate uſque ad infimos nobilitatis gradus nullis exceptis, in ſe continere. Secundum mandatam provinciam, ex munere commiſſo, non per ſe, ſed per Principem, non ſui, ſed officij ratione, in Regno vel repub: hunc illo digniorem, atque ex commiſſa dignitate potiorem eſſe; ſive honorem propter merita, ſpecialiter Principis vel Legis, beneficio adeptus ſit, ſive ex paterna qualitate nobilitatem ſuam metiatur.

Ve-

10 Verum enimverò, cum in his dignitatibus magnæ ſæpius reperiantur differentiæ, dignitates aliæ ordinibus, aliæ ordinum gradibus diſtinguantur, animadverſione tunc digna obſervatio eſt, an plures perſonæ ſint ejuſdem gradus in ordine diverſo, an verò gradus diverſi in ordine eodem. Perſonæ etenim quæ ſunt gradus diverſi in ordine eodem dignitate diſtant; quæ verò ſunt ejuſdem gradus, in ordine ſaltem diverſo, ordine tantum diſtinguuntur, dignitate in ſe ſuoſque pares ſunt. Quam dignitatem nec nominis diverſitas, nec ordo præcedentiæ immutant; quia realitatem potius, quam nuda rerum vocabula concernunt. Quę ut apertius intelligamus, exemplis illuſtrabo; Et primum in civili compendio, ejuſdem gradus in ordine diverſo ſunt Conſules civitatum ſingularium, qui pari dignitate partes integrantes civitatis univerſalis habentur. Senatores item variarum Provinciarum, qui ijſdem gradibus, in ordine ſaltem diverſo à Principe quibuſdam muneribus prępoſiti ſunt, ordine tantum ſibi invicem diſtant. Quod & in gentium dignitate, quæ in Rege Majeſtas, in populo Libertas dicitur, ſic obtinet; nempè ut dum vulgò per ſe pari dignitate libertates, ac majeſtates omnes in ſe ſuoſque excellunt, ex ordine diverſo, hoc eſt, quod diverſi ordinis ſint, inter ſe diſtinguantur.

In cæteris vero pares ſint, hoc eſt, in ſe ſuoſque parem poteſtatem exerceant, hæc ab illa non dependeat, licet titulis illuſtrioribus, alijſve accidentijs alter alterum antecedere videatur; quandoquidem revera unum idemq; ſunt Rex & Majeſtas, Majeſtas & abſolutum imperium, atq; omne illud quod per ſe ſummam diviſionem non patiens, ablato minimo, ſummum eſſe definit. Quocirca etiam ſi Regem, Ducem, Comitem, Populum, Majeſtate prędito hos appelles, licet titulis longè differentibus, idem agis. Majeſtatem in his ſi concedas, agnoſciſve, ponis conſumatum quid, ponis abſolutum, quod cum in ſummo augmentum neque dominationem habet, ut habere non poteſt, nihili eſt quod ab accidentijs tanquam vanis corticibus, contra minorum gentium liberorum majeſtatem illæſam vulgò objicitur. Quippè liberi ſunt nulli ſubjecti, liberos cum dicimus omnia diximus, admodum firma, ut qui ſui juris, nulla in re alterius imperio obnoxius, nullis omnino titulis, nullis agnominibus, aut ſublimius tolli aut de primi ipſius auctoritas, dignitas poſſit, nec ſplendoris quidquam aliunde mutuari. Cæterum majeſtates omnes indiſtinctè, pari dignitate per ſe decoratas eſſe, illud evincit, quod omnes à Deo pari ſorte creati ſint, parem poteſtatem in ſe ſuoſque acceperint, termi-

terminis limitibuſque ſuis poteſtates omnes Divina majeſtas ſeparaverit, ne quiſquam exterorum abſolute imperantiũ rebus eſſe ingerat. Suis limitibus contenti (cum nec aliorum imperij vim ac poteſtatem adimere poſſint) ſeſe modeſtos gerant, ne invicem ab alijs injuria afficiantur; ac tandem beneficio vicariorum miniſtrorum, ſervorumque ſuorum, diverſo ordine, diverſis ordinibus ſubalternis præpoſitorum, cujuſque majeſtatis cives Divinitus ſupereminentibus poteſtatibus commiſſo ritè regantur. Inaudita inter ipſôs Dei vicarios corã Deo prerogativæ hujus vel illius altercatione. Interdicta itidem (ut dixi) licentia, ne quiſquam ſeſe territorio, civibus, rebuſque aliorum, ad ſe non pertinentibus, immiſceat. Sic noſtra totiuſque Belgiæ Comitia libera, ordines appellantur. Gradibus ijſdem, ordine quiſq; ſuo, libero æquè ac diverſo, in ſe ſuoſq; agit, poteſtate ſua omnes reſpub: noſtrę Regum non minori, ipſis ut regibus ſummo jure competenti, licet titulis pro libitu ſuo diverſis, diverſè utuntur, ita ut ſi tergeminos vel majores honores à ſuis velint, exigere eoſdem contra cujuſque offenſionem juſtam poſſint. Inoffenſa immotaque tamen dignitate, quæ tanquam externa, diverſo ordine conſtat, diverſi ordinis ſignificatione continetur, ac proinde, ut & aliæ omnes poteſtates

Digitized by Google

ſummæ, non ambitioſo majeſtatis regalis nomine diſcernitur; licet à majeſtatis titulo in mandatis ſuis vulgò abſtineant, quoniam Reſpub: ferè omnes in amorem libertatis, atque odium effrenæ Regum dominationis à majeſtatis nomine abhorrent, dummodo non minori efficacia libertatis celſitudinis, præpotentis, ſublimitatis ac ſerenitatis titulis ex ſolo ipſorum beneplacito amplectuntur, à ſuis ſibi dari volunt. In quam rem optime D. Graſwinckelius Libertatis Venetæ patronus indefeſſus inquirens quare eadem Reſpub: majeſtatis nomen non aſſumpſerit, ait[a]: *Non alia cauſa eſt, quam pertinax amor libertatis, omnibus Rebuſpub: quodammodo peculiaris. Venetorum autem non pectoribus modo, ſed & penitiſſimis fibris inſculptus, immo inuſtus. Propria Venetorum libertas eſt, & ejus retinendæ ſtudium quovis affectu flagrantius. Hinc fit ut ne regales quidem titulos omni jure Reipub: ſuę debitos à ſuis patiantur uſurpari.* Quod ut certior quoque reddatur, inquit idem poſtmodum[b], *Fredericum III. Venetis Regale nomen obtuliſſe: quod & majeſtatis ſuæ conſcij patres qui Rempub: latè Regem, nullo augmento aſſurgere poſſe ſcirent, & externo fulgore Reipublicæ tantæ accedere quicquam poſſe neminem credere vellent, inviſumque libertati regale nomen averſarentur, nova inſuper atque inſueta, ſuis contenti, admittere nequaquam ſuſtinerent, magno animo recuſarent, tanta qui-*

[a] Tr. de ure pr ced. ap. 15. p. 114.

[b] D. tr. cap. 36.

quidem omnium conſtantia, ut eidem annales nos doceant, repertum fuiſſe neminem, qui ad Senatum id referre voluerit, nedum probante calculo habere pro tali quod amplecti atque admittere è majeſtate Reipublicæ eſſet. Uſque adeò Regum ac majeſtatis nomen hodie Rebuſpub: omnibus non minus quam olim Romanis odioſum permanſit, ut dum nec Dynaſtas ſuos Regum titulo, verum alio quovis nomine vocari velint, eo ipſo deſignent, abdicata nunquam plenaria libertate, ſe ſuos liberos permanſiſſe. Et quatenus liberarum gentium, Gubernatores, Principum, Ducum, Comitumve appellatione inſigniuntur, hoc adjectum eſſe ut intelligatur, hos ipſos Reges non eſſe, verum Pręfectos, verum Conſules à conſulendo Romanis dictos. Et Reges ut revera non ſunt, Regum prærogativis non gaudere, populum in eos omne ſuum jus non tranſtuliſſe. Jura libertatis omnia retinuiſſe. Pręter ea quę expreſsè quidem & legitimè eis & in eos tranſlata probantur. In cæteris Reginam ſuæ libertatis, Regnorumque omnium quibus abſolutè dominatur, Rempub: omnem permanſiſſe; dummodo inſignia Regni admittere, repudiare, ſibi habere velle aut nolle, in eo qui omnino liberam habet Rempub: ac regna ſibi ſubjecta poſſidet, liberè facultatis eſt. *Pone* (inquit idem ſtudiorum meorum Fauctor & Inſtitutor D. Graſwinckelius)

non

non uſum, quis juſſerit uti debere. Pone uti quibus antè noluerat, nunc demum velle, quis intercedat, aut velut inſolentem, & nova indebitatve occupantem traducat. Vana igitur omnia iſta ſunt, quæ ex appellatione nuda conſequentię ducuntur. Pręcipuè cum tanta noſtro ſæculo titulorum confuſio ſit, ut qui ex illis deduci poſſe exempla infallibilia putet, quod qui ut eſt apud Comicum, rem quæ neque conſilium neque modum in ſe habet ullum, conſilio regere velit, ac tandem cum ratione inſaniat. Et niſi majeſtatis, ſummæ poteſtatis, atque alia abſoluti imperij nomina non niſi ſolis Regibus deberentur, non levis injuria ſæpius in Regiam majeſtatem committeretur. Quam quæſtionem ut nemo Principum hactenus ſibi propoſuit, apparet præter illorum poteſtatem & alias poteſtates exiſtere in omnibus per ſe liberas, nulli ſubjectas, ſoli Deo, exemplo ſummorum Principatuum ſubjectas.

Nunc autem quomodo in eodem ordine gradibus diverſis quædam inter ſe differant, videamus. Et in ordine familiæ dignitatis gradu diverſo, patrem familiæ uxori, filijs nepotibuſque ejus omnibus præferri debere, jus naturæ & civilis ratio dictat. In civili ordine dignitatis gradu Pręſidem Senatori ejuſdem collegij, hunc alijs in eodem ordine minoribus rurſus præferri certum eſt. 12

Quod

Quod ut ſimili quadam diverſitate ad ſummas poteſtates referamus, confirmata prius omnium pari libertate ac dignitate, quam Deus ſtatui atque obſervari inter gentes æqualiter voluit, in ipſo dignitatis cacumine quædam conſideranda ſunt, ex quibus hujus quam illius majeſtas illuſtrior fieri, hæc illa poteſtas auctoritate, dignitate aliam antecellere conſuevit; idque ex præſcripto legis noſtræ eruitur, ac probatur, ubi JCtus inquit: *Etiamſi neque auctoritate, neque dignitate nobis pares ſunt.* Hic dignitatem ſupremàm alterius populi agnoſcit. Libertatem omnium ſupremarum poteſtatum æqualem in ſubditos proprios eſſe confirmat, ac tamen infert, dignitatem populi Romani majorem eſſe. Romani imperij fœderatos, ad dignitatem Romanorum non accedere. Hos neque auctoritate, neq; dignitate Romanis pares eſſe. Undè ſi jure gentium ſumma quædam dignitas, non ratione propriæ civitatis, non majori in ſuos, alioſve poteſtate, verum comparatione gentium inter ſe, alterius dignitati ſupremæ impar ſit, imparitas hæc ab utraque vel plurium parte agnoſcatur, ſequitur eaſdem extra imperium proprium, eodem nempè gentium jure, conſervato cujuſque gentis honore, ſalva cujuſque ordinis in ſe ſuoſque dignitate, ex accidentijs ſive qualitatibus majoribus minoribus rectè diſtingui.

Quemadmodum rebus Romanorum ad ſummum dignitatis culmen deductis, omnes qui cum Romanis æquo fœdere in ſocietatem venerant, ut Hædui Romanorum fœderati, ac liberi populi, æquales in fœdere, ac Fratres Romanorum dicebantur; dignitate tamen inferiores erant, dum Romani Principes fœderis, in Principum populorumve minorum conſortio Dei Deorum appellarentur. Atque hæc diſtinctio extra imperium proprium comparatione exterarum gentium inter ſe præcipuè accidit, vel ex qualitate ejus qui dignitatem ſuperiorem alteri detulit, ex ipſa imperij delatione, libertate continuò retenta, conventione tacita vel expreſſa, lege, conſuetudine, & ſimilibus. Igitur ut dicamus quod res eſt, & rem terminemus.
Ex qualitate ejus qui detulit, dicitur quis dignior 13
eſſe qui à digniori accepit dignitatem. Hinc in imperio Germaniæ Comites, Barones ac ſimiles ſortis illuſtriſſimi homines Imp: creati, præferuntur Comitibus, Baronibus ab Archiduce Auſtriæ creatis, licet poſtmodum ab Imperatore dignitatem ſuam acquiſierint. Sic & Doctor creatus per Imp: præfertur Doctoribus creatis ab inferioribus Imperatori ſubjectis. Qui militiam à Rege ſuſcepit, magis eſt honorandus, quam qui à centurione[a] militaris diſciplinæ inſignibus ornatus probatur. Atque in ſpe-

[a] L. fin. ff. de all. ſcrib.

ſpecie feudi & juriſdictionis is nobilior exiſtimatur, cui à majori conceſſio ea facta ſit[b]; modo ſi ejuſdem gradus in diverſo ordine ſint. Undè obſervandum & Principem eo digniorem exiſtere, ſi vel à ſempiterno Deo immediatè poteſtatem ſuam, vel intercedentibus alijs dominiũ, imperiumve ſuum mediante populo ſuſceperit. Quod ex Regiminum initijs vulgò eruitur.

14 Et delationem imperij quidquam, ad majoré dignitatem obtinendam prodeſſe conſtat, dummodo perpenditur an illud abſolutè vel non abſolutè delatum ſit. Abſolutũ etenim dominium non abſoluto ſemper prælatum fuiſſe, & ratio evidens, & jura evincunt. Idq; maximè ex eo quod Principes legibus Imperij adſtricti, neceſſario poteſtaté ſuam abſolutè atq; immediatè à Deo non acceperint. Et ſi imperiũ à populo regnive proceribus nacti fuerint, is tamen dignior habeatur, cujus arbitrio libero plura commiſſa reperiuntur. Quamvis & hoc perſonam ejus cui limitatum imperium delatum eſt, tantum concernat, ad dignitatem ipſius imperij, Regni ſive Principatus realis non pertineat, cujus majeſtas ex adminiſtratione perſonæ electæ, ſeverioribus, remiſſioribuſque in conſervationem imperij ſtipulationibus latis non augetur, non minuitur, immota remanet juris ſui. Quare & ratione

b C. 1. De bis qui feud. dare poſſ. & c. unic. quis dicat. dux vel marchio.

perſonarum Rempub: adminiſtrantium ſuſtinetur, dignitatem abſolutam majorem dignitate electiva exiſtere atq; electivam omnē eam eſſe, quæ confirmationē requirit[l]. Quocirca etiam ſi de majori dig- 15
nitate quæſtio inter ſupremas poteſtates oboriatur, prius inſpiciendum an ex reali, an verò ex perſonali majeſtate agere hi omnes velint, hoc eſt, an dignitatem majorem intuitu Imperij, Regni, Ducatus, Principatus, dignitatem annexam habentibus prętendat, vel potius, ex perſonis eorum quibus imperij faſces delatę ſunt. Sic in Ducum Florentini & Ferrarienſis de ceſſione altercationibus, quærebatur, an Florentia tempore ſuæ libertatis, fuerit Duci Ferrariæ præferenda. Etenim ſi ex rebus agatur, atque hæc illa ſuperior probetur, ſequitur rem potiorem & per conſequentiam rebus præfectam, inferioribus jure priorem cenſeri debere. Si verò jure perſonali; diſputatio longè difficilor ex perſonarum qualitatibus majoribus minoribus erumpit; niſi ut dixi ipſorum dignitas abſoluta, imperium ipſorum abſolutum ſit, quo caſu ex alijs argumentis primogenituræ ſcilicet, antiquitatis & contractus vulgò ejuſmodi quęſtiones deciduntur. In dubijs tamen ad res potius quam perſonas prærogativarum rationes deducuntur, quia in rerum æſtimationibus minor differentia, quam in perſona-

[l] *Ocean. jur. vol. 8. pag. 18. n. 8.*

narum qualitatibus eſſe ſolet; Eoque & juſtiſſima Tridentinorum patrum quondam deciſio fuit: ut in honorum ordine collocando non tam perſonæ, atque familię ipſius, quam officij, & dignitatis, ſeu adminiſtrationis, quam quiſque gererat, ratio ha-
16 beretur. Atque indiſtinctè etiam omnes in eo conſentiunt ut liberum corpus membro corporis liberi pręferatur; ſemper enim dignior liber eo eſt, quam qui alterius ſubditus exiſtit. Quocirca & liberæ in noſtro fœderato Belgio Provincię conjunctim & ſeparatim, prætextu omnimodæ ſuæ libertatis, alijs Principibus, atq; adeò omnibus ſupra ſe quenquam pręter Divinam majeſtatem non agnoſcentibus, jure gentiū pręferri debere, juſtè ſemper ſuſtinuerunt. Quo jure apud Gallos, Anglos, alioſve populos admiſſi, dignitatem ſuam abſq; ulla intermiſſione tu-
17 entur. An verò ex eo quod quis à Papa Romano unctus ſit vel non, major minorve dignitas inter gentes obtineat, aliquando ex oppoſitione Gallię Regis adverſus Carolus V. dubitatum. Majori pondere hęc quęſtio Iſraëlitarum tempore mota fuiſſet: Cum per Prophetas ex præcepto divino Reges Hębreorum inaugerentur. Jam verò quoniam peſſimi temporis vitio viri divino ſpiritu ducti in terris eſſe deſierint, per quos ut opus illud peractum ſemper fuit, etiamnum perageretur, niſi Imperij

Digitized by Google

leges vel conſuetudines id neceſſario flagitaverint,
non tanti momenti hanc quæſtionem noſtrarum
gentium moribus eſſe putem, præſertim non in ijs 6
Regionibus quæ Papam pro legitimo Divi Petri
ſucceſſore non agnoſcunt, vel ſeſe Imperio ipſius
eccleſiaſtico ſubduxere. Atque obinde cum hæc
unctio, quoad imperij dignitatem, minoris ponderis
ſit, unaquæque Reſpub: per ſe ſubſiſtat, ex
ſtatu proprio quiſq; populus liber dignitatem ſuam
metiatur, Germaniæ Impp: ab eo tempore in hunc
uſque diem, accipere unctionem, quamvis à Pontifice
oblatam, recuſarunt, neque eo dignitate minores,
dignitatis ſuæ jura perpetuò conſervarunt,
locum in ceſſionibus primum continuo ſibi in Germania
retinuerunt.

Et cum nobilitas ex antiquitate maximè com- 18
mendetur, antiquior dignitas potior nova cenſeatur[a],
& hæc eadem dignitate conſiſtat, non ineptè
quidam Principatum (licet ſupra nobilitatem conſtitutum,
eoque nihil ad majeſtatem populi conferentem)
ab omni, vel maximo tempore liberum,
præferendum his dignitate voluerunt, qui poſtmodum
ad imperium liberum pervenere, cum prior
tempore potior jure ſit[b], inter pares dignitates palmam
ferat, provectior ætas[c]. In pari dignitatis ordine
is qui primo eandem acquiſivit, omnibus
poſt

[a] L. 1. ff. de Cenſib. l. providend. C. de veter. jur. enucl.

[b] L. 1. & 2. C. de præf. prætor.

[c] L. 1. C. de conſul.

poſt eum ſequentibus præferatur; Idque exemplo Auguſti Imp: qui prout quęque Reſpub: antiquitate ſuperior extitit, ita dignitate voluit eſſe priorem. Maximè dum venerationem ætatis obſervari debere in omnibus rebus quas morum honeſtas & diſciplina hominum introduxit, divinę placuit majeſtati; utque etiam non violanda antiquitatis jura eſſe, jure divino, naturali, gentium, civili, canonico, docemur, dummodo proprijs ſubſiſtentiæ
5 ſuæ viribus conſiſtunt, ac niſi aliqua ſingularis dignitas, aliave dignitatis adminicula juniorem decorant[d], quibus adauctus pręcedentiarum pręrogativam ſuſtineat. Quemadmodum Burgundus olim tanquam Decanus, & primus Parium curiæ ſæcularium in Gallia, cedere noluit fratri ſuo Andegavenſium Duci, ætate priori. Et quoad majeſtatem ſupereminentem, veram ac perfectam, illud nuperrimè ex illuſtri D. Graſwinckelij reſponſo certior, factum. Dignitatem hujus vel illius majorem minorem, præcedentem, ſubſequentem ad tractum vel intervallum temporis non pertinere, verum à bonorum omnium fonte Deo tantum, qui ut pro ſacroſancto juſtitiæ & miſericordiæ ſuæ placito ex ergaſtulo, & ſtarquilinio majeſtatem Regemve ſuſcitat, ſic quoque dignitatis conditionem ſuperiorem elargitur, interdictis omnibus

d L.2.C.de de offic.pręfect.pretor.

alijs.

alijs ne ad hujuſmodi honores aſpirent, verum in ſtatu ſupra alios eminentiori hunc conſervent, conſervari quovis modo faciant & honorent, notum verò illud: *Et ſerviant tibi populi, & adorent tribus: Eſto dominus fratrum tuorum, & incumventur antè te filij matris tuæ: qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus, & qui benedixit tibi benedictibus repleatur.* Minimè verò ut majeſtas, Dei gratia ſuperioris, quę ut naſcitur, abſolvitur, ullo tempore indigeat ad firmandum jus ſuum. Hinc ſummoperè divinam majeſtatem admirans, Poëta exclamat:

a Geneſ. 27. verſ. 29.

Hinc ſata mejeſtas, mundum quæ temperat omnem.
Quoque die partu eſt edita, magna fuit.

Et de auctoritatis dignitatiſve ſupereminentis inconſtantia pro exemplo idem D. Graſwinckelius inquit: *Burgundia quæ Reges olim tulit, Regni nomine hoc tempore haud venit, ut nec Burgundiorum Reges horum ſæculorum annales nobis exhibent. Intra Duces comiteſque ſubſiſtunt, inſigni documento ejuſmodi honorum ac dignitatem prerogativas gentibus haud perpetuo ita durare; ſed illas utpotè augmenti & detrimenti capaces tali æſtimio cenſendas eſſe, qualè aut temporum conditio depoſcit, aut fert beneplacitum illius qui plus poteſt.* Sic ut argumentum antiquioris notæ non ſemper æquè ponderoſum ſit, & non ſequatur infallibiliter, ut qui prius dignitatem Regalem vel Principalem nactus eſt, ſub-

ſubſequentibus omnibus præferatur, cum ſæpius in comitijs primas ſedes occuparint, qui poſtmodum ad majeſtatis munera perveniſſent. Galli tamen propter imperij ſui antiquitatem, majorem dignitatem ſibi à Chriſtianis deberi de ſe præſumunt, dummodo Carolus Molynęus recenſet nullam monarchiam, nullumque Regnum Francorum Regno vetuſtate æqualem exiſtere[e]. Quippè olim & Ferrarienſes in ſuborta de ſeſſionibus prærogativis litè, adverſus Florentinos urgebant; ut licet Ferrarienſes de conſuetudine vel jure ſingulari, Reſpub: Florentina dum libera eſſet, debuiſſet Ferrarię Duci præferri, attamen per conſtitutionem Ducis à Carolo V. factam, extinctam fuiſſe Rempub: Florentinam, ejuſque libertatem ſublatam, vel ſaltem ita immutatum ipſius ſtatum, ut nova Reipub: forma cenſeri deberet; Atque adeò ſublatas videri eorum dignitates, honorumve prærogativas, antiquo ſed mutato jure competentes, ut admitti amplius ad

19 loca conſueta non paterentur. Præterea & præeminentia dignitatis acquiritur ſi de eadem tacitè vel expreſsè convenerit. Tacitè quidem, ſi ex fœdere inæquali appareat hunc illi ſuperiorem inferiorem in fœdere eſſe, hanc inſuper mentem contrahentium fuiſſe, ut hic ſuperior agnoſci voluerit, ille ſe inferiorem eſſe liberè æquè ac libenter fatea-

e *Tr. de Monarch. Francor.*

tur; quod in his accidere ſolet qui patronum agnoſcunt, fidem alterius ſequuntur, fidelitatis juramento ſeſe dominis ſuis obſtringunt. Et generaliter, quoties patrocinium alterius Principis, aut clientela quęritur, aut offenſionibus acceptis tributum ſolvendum à victoribus imperatur, victi dignitatis prętogativam amiſiſſe videntur. Licet etiam antea ſuperiores in fœdere exſtitiſſent: *quia non eſt æquum* (ut inquit Bodinus [a]) *ut qui jura majeſtatis ac dignitatem ſine diminutione ſervavit illæſo ſtatu, ei, qui antea ſuperior poſt accepta clade in alterius clientelam conceſſit, aut tributum ſolvere cogitur, dignitate cedat.* Quare continuò præeminentiarum ſortem omnes Reges ac Principes tacitè abdicaſſe, cum Romanorum clientelam appeterent, atq; etiamnum omnes eos à principali præcedentiarum contentione recedere, qui ſeſe alterius curæ vel tutelæ commiſerint, indubitatę opinionis eſt. Expreſsè verò iſta ſuprema dignitas illuſtratur, ſi exemplo noſtræ legis ſtipuletur, *ut hic populus alterius populi Majeſtatem comiter conſervaret.* Etenim ſi hæc fœderi adjecta ſunt, non dubium quin promittens in eum cui promiſit, dignitate impar atque adeò minor ſit, eique cedere in dignitatis limitibus, ac prętogativis debeat, quemadmodum ex ijs quæ ſuperioribus paginis à me prolata ſunt, ſic ſatis apparuit. Inſuper quoq; lege dignitas 20

illuſ-

[a] *De Repub. n. 143. ut in fin.*

illuſtrior redditur, ut ſi convocatis ad negotium publicũ populis varijs, interrogante digniore quovis è populo eum in finem ordinato, num ſibi Principem fœderis velint, gentes ſe velle reſpondeant. Num dignitate hujus ſe impares confiteantur? Proferant, ſe hujus dignitatem majorem agnoſcere, &
21 velle ut in perpetuum pro tali agnoſcatur. Ac proculdubio ejus dignitas & alia ratione major erit, nempè eo quod populis liberis pręſit. Etenim quo quis dignioribus præeſt, ut ſuperius dixi, eo & ipſe dignior habetur [a], cum ex dignitate inferiorum, dignitatis præeminentia dignoſcatur; quemadmodum in Germania quidam ſic ſatis inhumanè Imperatoris Maximiliani, nomine, proferebant Regem Hiſpaniæ eſſe Regem Hominum, Galliæ eſſe Regem Aſinorum, Britannum eſſe Regem Diabolorum, Imperatorem verò ſolum eſſe Regem Regum, ſcilicet Principum Germaniæ pro Regibus habitorum. Quale Caroli V. judicium quoque fuiſſe repertum, qui de alijs ſibi ſubditis Regnis palam profitebatur, in illis mancipijs & ſervis, at in
22 Germania liberis & Regibus ſe imperare. Sub lege quoq; conſuetudinem, quæ tacita lex eſt, & vim legis [b] habet comprehendo, ut ſi ex uſu, inſtitutoq; majorum, & obſervantia longiſſima, appareat clientelari obſervantia hunc illi honorem obtuliſſe,

a *Nov. 15. in fin. præf.*

b *L. 32. ff. de legibus.*

opera & auxilio alteri continuò adfuiſſe, mandata
accepiſſe, impleviſſeque hinc inferatur hos digni-
tate externa ſibi invicem impares eſſe. Verum non
uſque adeò ut per actus hujuſmodi ſimpliciter, vel
per patientiam familiarem alterius juri quidquam
derogetur, cum urbanitas & modeſtia obligatio-
nem non inducant [a], maximè dum prælatio in dig-
nitatibus non à voluntate partis unius, ſed vel ex
jure communi, ex conſuetudine generali, vel par-
tium conventione, ac ſimilibus dependeat. Nec
honor ad honoratum ſed honorantem recurrat.

a Arg. l. operis. 31. ff. de oper. libertor.

Sunt & qui ex titulorum multitudine, ac nobi- 23
lioribus inſignibus dignitatem majorem metian-
tur. Ego omiſſa inſignium materia quæ civilis eſt,
& pro uniuſcujuſque civitatis libero arbitrio con-
tinuari, augeri, mutarive poteſt, in titulorum dig-
nitatem, tanquam majoribus fundamentis nixam,
eoque magis receptam, animadvertens, ex pluribus
dignitatibus exiſtimarim honorem potiorem de-
duci poſſe, quia pluralitas titulorum ſive dignita-
tum majus quoddam jus inducit, & ex auctis digni-
tatibus nobilior, eoque dignior quis exiſtimatur [b].
Quę tamen regula pro hoc noſtro ſubjecto ſic limi-
tatur, ut quælibet illarum dignitatum per ſe ſuffi-
ciens eſſe debeat, ut exinde majeſtas probari poſſit.
Atq; inſuper, ut ea dignitatum qualitas in eandem
per-

b l. 1. decurionibus in pr. C. de ſilent. lib. 12 l. 1. C. de primicer. lib. 12.

perſonam non electivè, ſed copulativè concurrat, hoc eſt, ut minor per majorem dignitatem augeatur, vel ut plures habens dignitates ei præferatur, qui minoribus vel paucioribus nixus dignitatibus probaretur. Ut quondam [b] pro Duce Burgundiæ cum ſexies Dux, quindecies Comes fuiſſet, atque aliis adhuc dignitatibus clarus exiſteret, in conſilio Baſilienſi dicisum [c]. Et fortaſſe prudentius judicaſſent, ſi ex dignitatum qualitatibus ſupereminentibus prorſus, quam dignitatum pluralitate indifferenter, rem decidendam arbitrati fuiſſent.

[b] Anno. 1471.

[c] Anno. 1433.

24 Undè quæſtio non ignobilis emergit, an dignitas major ex duabus pluribuſve compoſita dignitatibus, una tantum dignitas cenſeatur. Examinandũ reor num dignitas una cum altera unita, naturam conſumat ejus dignitatis cum qua unitur, quo facto ex duabus dignitatibus unam fieri, & re vera hoc caſu unam tantum eſſe dignitatem, ac ſecundum eandem tam cives tranſeuntis, quam ejus in quem dignitas tranſfertur, indiſtinctè unius civitatis cives quaſi fieri exiſtimarim. Ita ut quęvis civitas tanquã communis conjunctorum patria ſit, cives unius ſint cives alterius civitatis, atq; indifferenter juris univerſi communione ad jura negotiaque communia admittantur. Alio verò caſu, quando neutra dignitas alteri unitur, verum ſimiliter ab utraque parte uniuntur,

 ita

ita ut dignitas unius alterius dignitatem non conſumat vel obumbret, vix ut in totum utriuſque dignitas alterius dignitati cedat; quandoquidem conſuetudines & privilegia ſua quæ meliora & humaniora ſunt, quiſq; retinet, ſic tamen ut & unita dignitas his ferè ſortiatur. In quam conjunctionem evenit, ut licet in unam dignitatem non tranſeant, cum dignitates plures abſque confuſione permaneant, illuſtrior tamen una per alteram fiat; quemadmodum in luminibus accidere ſolet, quæ ut in locum unum deponuntur, non lumen vicinorum luminum minuere, vel tollere, verum adaugere, & radijs conjunctis magis illuſtrare per experientiam quotidianam conſuevere. Tandem etiam quando una dignitas ſeſe alterius dignitati ſubmittit, adeò ut jura ſua transferat, vel ipſa unione perimatur, conſuetudines & privilegia acquirat, ejus dignitatis cui unitur, aſſumendo itidem alterius dignitatis naturam, non gravatè dixerim acceſſoriam hanc dignitatem, nomine Principalis, atque adeò majoris contineri, ſic ut non amplius duæ, ſed tantum una dignitas poſt unionem ab altera parte ſeſe ſubmittentem, haberi debeat.

Verum enimverò cum præcedentiarum quæſtiones nec modum nec terminum habeant; adinventę 25
magis videntur, ut præſumpta ex comparatione

inju-

injuria per magnates vindicetur, quam ut ex amore pacis publicæ Principum differentiæ juſtis rationibus componantur, pro Chriſtiani orbis tranquillitate jure gentium, & gentium Chriſtianorum quaſi contractu, vel tacito conſenſu introductum, ut in ſeſſionibus Imperator Germaniæ, deinde Reges, tandem Reſpublicæ, populi liberi, civitates omnes liberæ ſubſequantur, in ordinem ſuum unuſquiſque ſeſe retinet, Imperator pręcedat, inter Reges, Rex Galliæ agmen Regum ducat, Venetorum præceſſionem Reſpublicæ liberæ ferant; Quinimo Imperatores omnes cum Imperatoribus, Reges cum Regibus, civitates liberæ cum alijs civitatibus pari dignitate generaliter habeantur, ordine tandem diſtinguantur. Quamvis Romani pro reipublicę ſuę libertate nunquam cædere Regibus, licet maximus, voluerint. Etenim cum inter Q. Marcium Philippum Romanorum legatum, atque inter ipſum Perſeum Regem honoris quondam contentio exiſteret, uter flumen, amborum confinijs proximum, tranſiret prius, Perſeus, quod Rex eſſet Legatum populi Romani adire recuſavit. Marcius hac verborũ urbanitate Perſeum pellexit. *Major ad minorem, Perſeus ad Philippum.* Erat enim Marcius ſtatura longiſſimus, Perſeus breviſſimus. Perſeus arridens flumen trajecit, Marcius ſociorum

Digitized by Google

ac fœderatorum legatis qui ſecum erant, id à ſe
factum ajebat, ut intelligerent Romanos dignitate
ſuperiores eſſe e. Et cum omnes uno eodemque 26
loco ſimul per rerum naturam eſſe non poſſint,
alius alium neceſſario præcedere aut ſequi debeat,
abſit ut quiſquam præſumat loca ſuperiora, infe-
riora, eum in finem adinventa, ut cuiquam in dig-
nitate ſua honoris jacturam vel præjudicium adfe-
rant; ſed potius ut exinde diverſi ordines à ſe invi-
cem magis ſecernantur, quilibet de loco ſuo certus
ſit, ac tandem etiam favore publico ordines digni-
tatum ſupremarum ſerventur, ut dum hic illi præ-
ferri non tentat, ſed quilibet ſuum ſervat locum
atque ordinem, interim ſocietas humana in pace &
concordia conſervetur f. Quemadmodum nobis
hac de re dilucida in Cœleſti Sphęra, Angelorumve
choris exempla occurrunt. In his enim ordine di-
verſo intra limites proprios (ſi quidquam Aſtro-
logis credimus) Mercurius Lunam, Venus Mer-
curium, Sol Venerem, Mars Solem, Jupiter Mar-
tem, Saturnus Jovem, Cœlum ſtellatum Saturnum,
primum mobile Cœlum, altitudine & magnitu-
dine antecedunt. Sic tamen ut dum pari poteſtate
quiſque ſui ordinis commiſſa gerit, nec extra man-
datum terminum ſeſe extendit, nemo eorum ex-
centricus unquam evaſerit, qui vel ad majores ho-
nores

f C. ult. diſtinct. 89.

nores aſpirare, vel ſeſe vicinorum ordini immiſceri voluerit. Et Dioniſio Aſtrologo ſi fidem adhibeamus, creavit Deus ſupra hanc Sphæram novem Angelorum choros, quos ita disjunxit; ſupremum & excelſiſſimũ tenent Seraphin, hinc Cherubin, inſequuntur deinde Throni, ab ijs dominatores, mox virtutes, proximè poteſtates, ſuccedunt Principatus, deinde Archangeli, tandem & Angeli infimo Cœleſtium ordine, ſolius ſuperioritatis & ordinis reſpectu, non autem gradus & dignitatis alicujus majoris intuitu collocantur. Et his omnibus ſecundum providentiam ſempiternam Deus verbo ſuo præſcriptum certis limitibus finem, pulchrumq́; ordinem dedit, quem tranſgredi ac commiſceri prohibuit, manente quovis in circulo ſuo, externis ſe minimè negotijs ingerens. Uſque adeò ut qui inferiores ſunt, ſuperioribus quęſtionis aleam nunquã moveat, quiſq́; beatam ſortem ſuis finibus contineri credit, qua tandem, continuò enarrantes gloriam Dei ad officia divina evocentur, laudes ferre Deo *ſanctus, ſanctus, ſanctus*, poſſunt & majeſtatem ejus è longinquo intueri ipſa quaſi natura à majoris potentiæ appetitu abhorrentes. Quorum exemplis ſi & pręſumptuoſi mortales noſtri inſiſterent, ſi viſcera ſua intus purgare niterentur, in externis non adeò curioſi eſſent, ſuis contenti, ſtrenuè

non admodum alios in rebus nullius momenti oppugnarent, mandatum regimen, in honorem ſolius Dei & ſalutem populi adminiſtrarent, ut convenit adminiſtrare & haberent :

Plus dapis, & rixæ multo minus, invidiæque ;

Suos in officio continerent, amorem ſibi conciliarent. Nec de priori inferiorive loco majori minorive dignitate acquirenda, tantæ molis quæſtio agitaretur, cum loca dignitatem per ſe non tribuant, verum pro ordine ſervando potius introducta ſint, ut dum uno loco vix omnes ſimul eſſe poſſint, varijs ſedibus ad perficiendum negotium aptè diſponantur. Sic igitur ſtatuendum ex ordine ſeſſionis priori, eminentem quidem metiri dignitatem, non verò in ſequentes imperium aut ſubjectionem. Aliud etenim Prioritas, aliud Superioritas eſt, ſive id ex quo ſubjectio contra naturam introducta probatur, & quoad ordinem ſuperiorem ex allegatis apparuit hunc inferiori in ſuo ordine non officere, ac licet ordine differant, dignitate tamen pares eſſe poſſe, cum ejuſdem gradus in ordine diverſo ſint. Nec eo quod quis fœdere ſuperior eſt, libertas inferioris tollitur, cùm JCtus in L. noſtra reſpondeat, poſſe aliquem populum ſuperiorem alio populo, vel Principe dici, non poteſtatis ſed reverentiæ & comis obſervantiæ reſpectu. Quæ reverentia licet

id

Digitized by

id efficiat, ut quis dignior dicatur, non tamen per ſe operatur, ut fœdere inferior majeſtatem libertatemve ſuam non æquè ut is qui ſuperior eſt, retineat ac conſervet, dummodo Proculus inquit: *Et eos qui majeſtatem noſtram comiter conſervare debent, neque auctoritate, neque dignitate, neque jure omni nobis pares ſunt, liberos eſſe intelligendum eſt.*

27 Jam autem quibus modis hæc dignitas probetur, cum paria ſint non eſſe digniorem vel dignior jus non apparere [a]. Et dignitas ſit qualitas quędam intrinſeca ſeu adventitia, quæ non natura ſed ex accidenti eſt, nunc eruam. Et probatur vulgò per inſtrumenta dignitatis majoris qualitatem ac conceſſionem continentia, quod nempè digniorem ſe ubique geſſerit, teſtibus ad minimum duobus. Per Chronica ſeu documenta in publicis archivis minorum reperta, Præſcriptionem immemorabilem, communem patriæ & gentium exiſtimationem, apertam rei evidentiam. Famam. Quod in varijs minorum cauſis arbiter exſtiterit, à minoribus pro majori judicatus fuerit, ac denique ſi vel majores honores ſemper, vel actus quoſdam majoris dignitatis poſſeſſorios pręſente & non ignorante minori exercuerit. Et hæc omnia vel maxima alteri eorum ſi concurrant, non dubium quin major dignitas plenè probata haberi debeat.

[a] *Arg. l. duo ſunt. 30. ff. de teſtam. tutel. l. in lege. 77. ff. de contr. empt. l. ſi fuerit. 10. ff. de reb. cred.*

Plura de pręſumptionibus majoris dignitatis & hic adjici poſſent, ut quomodo ex ordine ſcripturæ, pręceſſione, & ſimilibus jura potiora deducantur. Sed quoniam meliori ordine, ac fructu ſequenti titulo hæc peragentur, ubi de juris gentium pręrogativis egerim, ea his perſequi deſino. Abſoluta auctoritatis dignitatis imparitate, ad jura quibus dignior minus digno, vel etiam pares ſibi invicem ordinis ſolius gratia cedunt, tranſeo

CAP. LXVIII.

DE POPULORUM INTER SE JURE DIVERSO.

1. *Verborum explicatio.* 2. *De præcedentia graves ſemper quæſtiones motæ.* 3. *Honor conſiſtit in reverentia.* 4. *De reverentia ordinis.* 5. *De reverentia ſuperiori debita.* 6. *De ordine in Collegijs.* 7. *Inter ſummas poteſtates ſervato.* 8. *De ordinis prærogativa.* 9. *De jure ſuperioris dignitatis.* 10. *Quid ſi æquo majorem honorem ſuperior exigat?* 11. *Inferior ſuperioris arbiter vix eſſe poteſt.* 12. *Judicem alteri eſſe non poſſe libertatem non minuit.* 13. *Bonus vir pro judice vel arbitro accipitur.* 14. *Inferior ſuperiori ſuo arbiter eſſe non poteſt.* 15. *Neque hoc libertati officit.* 16. *Superior*

rior rectè inferiori præeſt. 17. *Clientibus intereſt ut patronis ſuis non præſint.* 18. *Ut quis non teneatur alterius judicem eſſe libertatem auget.* 19. *De jure ſeſſionum eorum qui inter ſe fœdere inferiores ſunt.* 20. *De ſeſſione legati, ſi exteri Principes adſint.* 21. *Prærogativę argumentum maximum conſuetudino eſt.* 22. *Ex dignitate adaucta ſeſſionis prærogativa acquiritur.* 23. *Ex loco etiam honor debetur.* 24. *Major in minoris domo minori reverentiam debet.* 25. *De Prę-ſumptionibus ſuperioritatis.* 26. *De ordine ſervando.* 27. *Loco moderatè tuendo.* 28. *Media & remedia quibus ſupremarum poteſtatum dignitates ſervantur.*

1 Inquit JC^tus, *Neque omni jure nobis pares ſunt.* Hęc verba ſi ritè expendimus, duo potiſſimum nobis occurrent, dignitas & jus dignitatis. Poſtquam enim de auctoritate & dignitate JC^tus Proculus egerit, inſuper deſignat, quibus in rebus auctoritas dignitas hæc conſiſtat, quæ earum effecta ſint, nempè jura quędam quibus hic, alium varijs modis antecedit, atq; alij, alijs pares impares eſſe dicuntur. Idque illæſo cujuſque in ſe, ſuoſque jure, cum non imparitatem libertatis, verum alterius auctoritati dignitati pręrogativam, alterius cujuſvis auctoritatis dignitatis tantum opponat, ut per minorem, majoris conditio illuſtretur, atque ex diverſis ordi-

 nibus,

nibus, tanquam è fonte jura quædam deducantur, quæ licet alterius dignitatem non tollant nec minuant, alterius libertatem non intervertant, id tamen efficiunt, ut in omnibus ſeſſionibus, priori poſteriori loco atque ordine, in gentium colloquijs aliquis collocetur. Atque adeò omnes dignitates ſupremæ, priorem ſequentes, jure ac merito dicantur, ſe illi, quem ſuo ordine ſequuntur, neque auctoritate, neque dignitate, neque omni jure pares eſſe ;. verum hoc ſeſſionis jure minores, quamvis libertate pares ſint, nec in eorum cætu quiſquam admittatur, qui proprio vel aliorum nomine ſuperilluſtri Majeſtatis dignitate non ſit decoratus.

Et quoniam ſubtiliſſima ſuperioritatis materia 2
eſt, eoque indefinito methodo à juſtis ſimul & injuſtis juſtitiæ velamento indeſinenter agitatur, graves de jure præeminentiæ ſemper quæſtiones exſtitere. Ab initio enim ex zelotypia pręcedentię fratrem frater interemit, Jacob & Eſau ſedes diverſas petierunt. Et ut Poëta de Romulo & Rhemo:

Fraterno primum maduerunt ſanguine muri.

Inter Apoſtolos itidem contentionem de præcedentia diſcipulorum Chriſti, Marcus conſignavit[a]. Deinde inter Romanam & Orientalem Eccleſiam de præcedentia magna quæſtio itidem mota[b], ut & nunc inter Imperatores Orientalem & Occidentalem,

a C. 9. verſ. 33. & 34.
b L. inter claras. ult. C. de ſumm. trinit. l. decernim. 16. C. de SS. Eccleſ.

lem, Reges Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, atque alios Europę Reges & Principes, quin imò populos ipſos de ſeſſionis jure lis immortalis vertitur. Quin imò nulla unquam majore animorum contentione controverſia effuſa, quam ea quę eſt de ſeſſionis prærogativa, ita ut multi totum vitæ ſuæ curriculum in hac lite conſumpſerint. Et hoc, quia perpetuò ſummi honoris thronum præcedentiæ blandimentum circumvolitat. Adulantium, & non niſi major aſpirantium infauſtos halitus patitur, quovis modo judicium magnæ exiſtimationis, in & extra imperium quærens. Quamobrem difficilè admodum exiſtimarim, eam deciſionis perfecto conſtringere nodo, cum tutius forte ſit piaculum committere & religionis violare ceremoniam, quam in leviſſima confuſione peccare. Illud tamen certiſſimum erit, illuſtratis dignitatibus, dignitatum ſupremarum prerogativas & jura hic repetere. Illa quantum poſſibile, & ut in futurum prodeſſe poſſint, preteritarũ rerum exemplis, ubi opus fuerit, illuſtrare. Quomodo eadem ex conſuetudine ſerventur perſcrutari. Et ſi quid in his controvertatur, facili methodo delineare, quibus modis, medijſque his provideri in tempore ſoleat.

3 Cum igitur digniores præferendi ſint minus dignis, dignitas & honor maximè in præeminentia &

& reverentia conſiſtat. Hæc vera majoris dignitatis acquiſitæ effecta ſint, ut jure præcedendi, ac ſuperiorem locum tenendi quis alios antecellat; utraque hæc prærogativa ex ijſdem principijs & regulis dependeat, ita ut cui præcedentia, eidem & ſeſſionis præeminentia competat, niſi aliter conventum fuerit; proximè de honore, ejus natura, & varijs ejus effectis ordine differens, exiſtimavi generaliter, *honorem eſſe præeminentiam quandam, quæ alteri propter aliquam excellentiam, ſeu præeminentiam debetur. Quandam* dico, quia licet omnes priorem ſequentes priori reverentiam debeant, multum tamen intereſt qua neceſſitate Ordinis, ſuperioritatis, an ſubjectionis, id præſtetur. Etenim ſi ordi- 4
nis tantum ratione quis precedat, vel in ſeſſionibus preferatur, non autem, gradus, aut dignitatis alicujus majoris intuitu, certum eſt præcedentiæ vel ordinis reſpectum ejus momenti per ſe non eſſe, ut vel ſuperioritatem, vel majorem dignitatem inducat, aut operetur; verum præcedentiam tantum, atq; ut humanitatis gratia in hunc qui ordine prior eſt, non coactè, ſed liberè ab his qui eum inſequuntur, beneficium reverentiæ conferatur. Quibus & is qui ordine prior eſt, quaſi per retributionem, eundem, vel ſimilem honorem, ex oblata reverentia, præſtare tenebitur. Atque hoc indiſtinctè de omni-

omnibus ſupremis poteſtatibus ſtatuendum, qui nullo niſi ordinis jure, Principi ſupremam ſedem tenenti, ex propria voluntate, non coactivè obſtricti ſunt. Adeò ut omnibus Principibus, non Clientibus, non Vaſallis, aliove modo ſubjectis, liberum ſit, vel per ſe, vel per alium de priori loco concertare; vel ſuo jure, ne quidem in ordine, ſuperiorem agnoſcere; quod his omnibus accidit qui à gentium conventionibus abeſſe, quam inconvenienti pro dignitate ſua loco collocari maluerint. Vel etiam, dum aliorum honoris tituli pro indubitatis habentur, honor ipſis debitus, adhuc tamen incertus, penes exteros imprudenter inani cavillatione, atque anxietate laborat, quibus poſt conventum populorum enormiter lędi non offendenda dignitas & auctoritas poſſit. Atque omnes populos plenariè liberos, per ſe ſemper ſuperiores, nunquam pares, multo minus inferiores, niſi per conſenſum eſſe, illa legis noſtræ verba evincunt, ubi inquit JCtus, *ſive fœdere comprehenſum eſt, ut his populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret*. Quo non ſubſequuto, nec aliud quippiam unde ſuperior, inferiorve jus elici poſſit, indubitatum eſt, quin juris ſui, incomparabilis, ſuperiorem in magnis minimiſque non agnoſcens populus, liber continuò permaneat. In ceſſionibus alijſq; dignitatũ, prærogativis cęteris

licet terræ ſpatio, divitiarum acervis, poteſtate excellentiori abundantibus, citra conſenſum poſtponi non poſſit. Alia longè ratio ejus eſt, qui eò quod 5
fœdere ſuperior, eoque dignior, inferiorem ſive non æquè dignum, antecedit; quo caſu & ordinis & dignitatis jure dicitur ſuperiori inferior cædere. Quod his accidit, qui generaliter fœdere inęquali, expreſsè vel tacitè ſuperioritatem alterius populi agnoſcunt; ſive reverentiali obſervantia, clientelari ac vaſallij jure, ſive alio quovis modo, ſuperioritatem quandam inducente, in alterius amicitiam venerint. Undè tunc ſuperior in fœdere dignior, atque adeò inferiori ſuo potior quodam jure habetur. Pręcedendi ac ſuperiorem locum tenendi, jus non per ſe, ſed fœderis inæqualis ratione irrevocabiliter ſuperiori tribuit, ita ut pacto ejuſmodi fœdere, ſibi invicem, ut inquit JCtus, *neque auctoritate, neque dignitate, neque omni jure* amplius *pares ſint*, verum impares, dum hic reverentiam & honorem deſiderat, alter ex fœdere eundem honorem ſuperiori ſuo pręſtat, ſalva tamen (ut ſępius ſecundum legem noſtram dixi) inferioris libertate, cum reverentialis obſervantia, *adjiciatur, ut intelligamus alterum ſuperiorem eſſe, non ut intelligamus alterum non eſſe liberum*, ita etiam ut ſępius ſuperiores ſalva libertate inferiorum, de ordine inter eos ſervando legem ferant.

ferant. Ac certe quidem Auguſtus pater in tribuendis honoribus ijs, qui in Romanorum ſocietatem aut clientelam venerant, eoque Romana dignitatem inferiores erant, valde ſe religioſum ac difficilem præbuit. Tetrarchus quidem Etnarchis, hos Regibus inferiores; & ut quęq; reſpub: antiquitate ſuperior exſtitit, ita dignitate voluit eſſe priorem. Subjectionem ac reverentiam ex ſubjectione ortam quod attinet, quoniam eadem extra materiam liberam eſt, ad liberorum populorum congregationem minimè pertinet, ulterius perſequi deſino. Ad ordinem quę ratione ſolius ordinis in omnibus
6 obſervatur revertor.

Et hunc in collegijs, civilibus liberorum populorum comitijs obtinere non dubitatur. De collegijs autem Decurionum alibi per Ulpianum [a] ſic cautum. *Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet, ut lege municipali præcipitur. Sed ſi lex ceſſat, tunc dignitates erunt ſpectandæ, ut ſcribantur eo ordine quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt, puta qui Duumviratum geſſerunt, ſi ſic honor præcellat, & inter Duumvirales antiquiſſimus quiſqueprior is, deinde qui ſecundo poſt Duumviratum honore in repub: functi ſunt. Poſt eos qui tertio, & deinceps hi qui nullo honore in repub: functi ſunt, prout quiſque eorum in ordinem venit.* Et quæ plura de dignitatum ordine

[a] *L. 1. ff. de Alb. ſcrib.*

cuſtodiendo per Theodoſium & Valentinianum[a], alioſve Imperatores edicuntur.

[a] L. 2. C. ut dignit. ord. ſervet.

De populorum ſive Principū Comitijs idem ne- 7
ceſſitate ſic exigente expreſsè, vel tacitè introduc-
tum, ut ex imperiorum accidentijs, conjunctiſve
dignitatibus, alter alteri ordine prior eſſet, ex inve-
terata & longa conſuetudine quiſquis antiquam loci
poſſeſſionem defenderet. Ordo autem Regum,
Principumque Chriſtianorum, referente Beſoldo
ex Mercurio Gallico olim ſub Papa Julio II. talis
erat: Imperator Cęſar, Rex Romanorum, Franciæ,
Hiſpaniæ, Arragoniæ, Portugalliæ, Angliæ, (diſ-
cors cum tribus prædictis) Siciliæ (diſcors cum
Rege Portugallię) Scotiæ, Ungariæ, Navarrę (qui
tres inter ſe ſunt diſcordes) Cypri, Bohemiæ, Po-
loniæ, Danię. Dux Britanniæ, Burgundię, Bavarię,
Comes Palatinus, Saxoniæ, Marchio Brandebur-
genſis, Dux Auſtriæ, Sabaudiæ, Mediolani, Vene-
tiarum, Bavariæ, Lotharingiæ, Bertoniæ, Aurelia-
nenſis, Januæ, Ferrariæ. Qui rectus an perverſus in
totum an ex partibus quibuſdam fuerit, pro tenera
ætate mea, & parvo in ſtudijs publicis progreſſu, tum
etiam quod non relatè, verum abſolutè Legem *non*
dubito tractandum ſuſceperim, non equidē definio.
Verum utilius (cum JCtus dicat hos qui *auctoritate* 8
dignitate alios antecellunt, *neque jure omni pares eſſe*)
repe-

repetere qualè illud jus ſit, quod ex ſolo ordine priori, atque illud quod ex auctoritate, dignitate majori, ſuperiori, per poſteriores, minores, vel inferiores debetur. Et pro ordinis prærogativa tantum, exiſtimarim hunc in eundo & ſedendo maximè conſiſtere, niſi ex populorum coëuntium conſenſu, ordinibus diverſis, diverſa alia jura præſcripta probentur, quibus inter ſe ſalva cujuſq; dignitate uti velint; ut nempè hic proponat, alter voces colligat, tertius concludat, penes quartum communia inſtrumenta deponantur, conſerventur, & quæ plura vel alia potiora vel minora in hunc aptius quam in illum conferre ipſis populis jura placuerit. Quandoquidem hæc res non ab unius, ſed omnium ſimul Principum ac populorum voluntate libera dependet, quibus omnibus in re ad omnes pertinenti, liberum ea omnia inter ſe ſtatuere, quæ ipſorum atque adeò ſaluti generis humani convenire videbuntur, remota auctoritatis dignitatis ſuperioris imperioſa licentia, quæ ab hoc conſortio Principum liberorum, nihil niſi libertatem ſpirantium, ſubjectionem, ſubjectioniſve umbram deteſtantium, abeſſe debet. Si autem ſæculis ſuperioribus quidquam ijs de rebus vel inter eos, vel etiam alios conventum appareat, ea ſervari, emendari, vel in totum reſcindi poterunt prout ipſis

præſentibus viſum fuerit. Quantum ab his diffe- 9
rant qui auctoritate dignitate ſuperiori pares non ſunt, nunc videamus. Imparitas hęc rurſus in jure conſiſtit, inquit enim JCtus *neque omni jure pares ſint*. Et jura quæ ratione majoris dignitatis competunt ſic diſtinguo, ut quędam ſint quę ſuo jure ſuperior, ut ſuperior conſideratus, habeat, alia verò quæ per inferiorem ut inferiorem ſuperiori debentur. Jura quæ ſuperior præter eundi ſedendique [a] prærogativam exercet inter cætera ſunt, ut prius loquatur, ſi velit. Hos qui comiter ipſius majeſtatem conſervare tenentur, ut placuerit convocet, admittat, dimittatve, agenda omittendave proponat, ſententias & vota ſingulorum colligat, primariam denique comitiorum auctoritatem ſuſtineat. Et variorum liberorum populorum Principes, vel legati, ſi ex conſenſu congregentur, hi qui ſuperiori inferiores ſunt, in his gentium conventionibus non principaliter adſint, verum ſuperiorem digalioremve ſequantur, vota libera per ſemet ipſos in conſilio populorum publico non habeant, ſuperiorem conſenſus, inferiorum aſſenſum neceſſarium trahat, ut quamvis inferiori damoſus ſit, de ipſius tamen conſenſu pleno præſumatur. In expeditionibus porrò ſuperior ſe ducem belli gerat; ut pro fœderis Principe agnoſcatur, & quæ plura pro reverentiali alte-

[a] Geneſ. 41. verſ. 40.

alterius majeſtatis obſervantia ſalva libertate, ipſi inferiori injunguntur, faciat. Sed ne ex his quæ libertati omnimodæ officiunt, majeſtas facilius conſentientis, ictuſve procorum adulantium patientis, pro parte, vel deinde etiam in totum per actus officiales, ſive reverentiales, potentiorum vel etiam imperia majora deſiderantium libidini exponatur, cautius agat populus liber ſuperiorem non agnoſcens, jura ſua, majeſtatemque ſuam liberam, illæſam nulliuſve alterius majeſtatis umbra tectam involutamque ut conſervet, ne facilius tandem ex officio præſtito ad ſervitutem, vel ſubjectionem, quam de ſumma libertate ad comem alterius majeſtatis obſervantiam prolabatur. Illa inſuper quę per inferiorem ſuperiori vulgò debentur, in his ferè conſiſtunt, ut ſuperioris nomen pręcedat, inferior ſuperiorem comiter ſalutet, patienter audiat, ei reverenter reſpondeat, donec loquatur, taceat. Digniori aſſurgat, digniorem locum tribuat, ei in via obvius cædat, viam liberam relinquat, quandoque etiam ut equo deſiliat, obſtringatur. Ita apud Dionem [a] Pompejus per lictorem deſcendere equo Tigranem Regem juſſit. Et de Philippo Burgundioni, cui Boni cognomentum, Sabaudię Duce tanquam admiratione digna res, refertur: eundem Imperatori Frederico III. obviam factum, equo non

[a] *Lib.* 36.

non deſiluiſſe, ſed corpore in honorem tranſeuntis incurvato, ſat Imperatori venerationis exhibuiſſe. In mari fluminibuſque obvius, ſuperioris præſidia maritima, portus vel fortalitia tranſiens, pręteriensſve, vela inferior dimittat. Advocatus veniat, ſuperiorē ut libuerit comitetur. Quin imò, ut ſtans conſilio ejus interſit, aperto capite ſuperioris majeſtatem veneretur, quæ poſtrema plurimum ad honorem pertinent.

a C. 6. rem pertinent. Sic enim Eſajas [a]: *Vidi dominum ſedentem, & poſtea Sepaphin ſtabant &c.* Et Johannes in

b C. 4. Apocalypſi [b]: *Cum gloriam & honorem darent illa quatuor animalia ſedenti ſuper thronum, viginti quatuor Se-*

c Epiſt. 64. in fin. *niores deponebant coronas.* Ac Seneca [c]: *Si Conſulem videro, aut Prætorem, omnia quibus honor haberi ſolet, faciam: Equo deſiliam, caput adaperiam, ſemita cedam.* Verum an libertate digna hęc ſint, valde dubitatur. Cum eoſdem ad indignationem ſtare vel detectos eſſe, vix conveniat. Honor iſte nulli per liberum Populum, Principemve liberum quam Divinæ majeſtati, cui omnia in omnibus obediunt, ex multorum opinione præſtari debeat. Quamvis 10

liberè id fieri poſſit, ut pro beneficijs in inferiorem collatis, inferior ſuperiori ſuo ſtans & aperto capite adeſſe velit. Cęterum ſi ex mandato id fieret aliter conſulendum arbitrarer. Sed quid ſi ſub verbo *comiter* hęc atque alia comprehendi, ac tacitè ineſſe.

ſupe-

Digitized by Google

ſuperior reſpondeat. Perpendenda conditio ſuperioris atque inferioris erit, ut ſi tam indigna hæc ſibi non videantur, quin indubitata commoda à ſuperiore præſtanda majora ſint, ſuperioris ope & auxilio minus, quam integritate iſta carere poſſit, patienter ferat, quidquid corrigere eſſet nefas.

11 Porrò inter jura ſuperioris dignitatis, & illud multis viſum, ut inferior ſuperiori ſuo arbiter vix eſſe poſſit; quamobrem cum verba hujus paragraphi finalia, in his quæ dicuntur, quoſdam *neque auctoritate, neque dignitate, neq; omni jure* Populo Romano *pares eſſe*, multorum ingenia quam maximè torquerent, multi pro reſtituendo, ut putabant, genuino legis ſenſu (inter quos etiam Gothefredus optimus juris ac legum Interpres fuiſſe videtur) legendum exiſtimabat, *Etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neque viri boni nobis præſunt*, quemadmodum ſub titulo de populorum auctoritate me monuiſſe memini; quę ut hoc loco nunc ſeſe offerunt, tacitè ex prætereunda eſſe non exiſtimavi. Verum levi quaſi pollicea quodammodo illuſtrare, ut ad Comem obſervantiam quoque reducantur. Sic igitur ex opinione eorum lege, Inferiores liberos

12 eſſe, *Etiamſi, neque auctoritate, neque dignitate, neque boni viri nobis præſunt*, hoc eſt, licet majeſtas inferior ſuperiori in fœdere judex eſſe non poſſit, nec

Kkkk arbi-

arbitrio boni viri clientes Romanis, vel populo Romano jus dicere, hoc tamen ipſo libertatem inferiorum non minui aut tolli: quia generaliter nemo in pari libertate conſtitutus, habilis per ſe eſt, ut parem judicet, vel de eo qui ſibi par eſt, jus dicat. Et ad rem ut accedam juriſdicundi facultas in extraneos nihil per ſe ad libertatem, ſive publicam, ſive privatam facit, cum Cives & Prætorem Romanum, quatenus ambo homines ſunt, licet hic juriſdicundi poteſtate utatur, ille à juriſdictione abſtineat, libertas tamen reddat æquales. *Bonum virum* hic atque alibi in jure pro judice, ſive arbitro 13
haberi, Ulpiani verba elegantiſſima nobis commonſtrant, ubi inquit: [a] *Quoniam quaſi viro potius bono ei commiſſum eſt, non in meram voluntatem heredis collatum.* Et alibi: [b] *Ubi ſemel quis in ſe recepit arbitrium, ad curam & ſollicitudinem ſuam hanc rem pertinere Prætor putat, nec debent decipi qui eum quaſi virum bonum, diſceptatorem inter ſe elegerunt.* Ita ut dubium nullum ſit, quin pro viro bono hic arbiter intelligatur, atque eo quod cliens arbiter patrono ſuo eſſe 14
non poſſit, liberum tamen exiſtere, licet boni viri arbitrio ſuperiori ſuo non præſit, & hoc inde, quod hic ſuperior alter inferior ſit, accidat; cum vulgò ita obſervetur, ut quæ inferiora ſint, ſuperioribus obediant; quæ obedientia hoc caſu in clientibus reſtrin-

a *L. 75. in pr. ff. leg. 1.*
b *L. 3. §. 1. ff. de recept. qui arbitr.*

Digitized by Google

reſtringitur, ut in iis quę ex plena clientis libertate
ad ſuperiorem deducta delatave ſunt, ſuperior vel
patronus jus dicat; non verò ut ejuſmodi delatio-
nem à ſuperiore accipere teneatur, vel poſſit; nimi-
rum quia inferior, nec activa parendi juriſdictione
armatus. Ut in illo Dion: Halicarnaſſeus: *Verè
ſcripſiſſe fatemur univerſali ac ſempiterna lege naturæ eſſe
receptum, ut inferiores pareant præſtantioribus.* Sic Gal-
lina pullos tegit, ac defendit. Pupilli, adoleſcen-
tes, qui ex impotentia, ſemetipſos ſuaque regere
15 nequiunt, alterius ope & auxilio reguntur. Nec eſt
quod clientibus in ſua libertate hęc opinio officiat,
quandoquidem præter ea quæ jam dicta ſunt, ju-
dicium arbitrorum ordinarium non eſt, nec aliter
quam ex conſenſu partium conſtituitur, quibus li-
berum hunc rebus ſuis admittere, diſſentionibus
obortis præponere, illum eadem libertate ac faci-
litate ſpecialiter, generaliter, reſpuere, repudiare,
prout conſultum unicuique videbitur; quemad-
modum ſecundum prædictam lectionem Clientes
ſuos omnes à judicio in patronos ſuos ferendo, ge-
16 neraliter Romani removiſſe probantur; quamvis
ſe arbitros in Clientum ſuorum cauſis futuros, ſi
velint inferiores, non recuſent, ut pro recepta in
eos tutela ſeſe ab ejuſmodi arbitrio excuſare non
poſſunt. In quam ſententiam dictio *præſunt*, huic
 legi

Digitized by Google

legi non inconcinnè apponitur; quippe præeſſe
propriè de his dicitur, qui aliis poteſtate Superio-
res ſunt, juriſdicundi pręcellentia alios antecedunt.
Sic præeſſe dicuntur in Provinciis, qui Provincias
regunt, quales ſunt Proconſules, Pręſides, quod
aliis præſint, ſic appellati. Et Pomponius[a]: *Au-
geſcente civitate, & qui præerant, agendi genera compo-
ſuêre.* Et ſic præſunt patroni, qui in jure clientis
ſui cauſas agunt, cui vice verſa ſi cliens in jure pu-
blico arbitrio boni viri præeſſe vellet, non minus
abſonum rationi foret, quam ſi cliens, vel ruſticus
in foro judiciali jus patrono expoſtulatum iret.
Quin imò verbum *præeſſe*, ſemper & in quovis ne-
gotio auctoritatem, dignitatem atque præeminen-
tiam ſignificare, illa P. Mutii Scævolæ prolata
evincunt, ubi ait: [b] *Id niſi in tuo regno eſſemus, non
tuliſſemus, multiſque præeſſem, qui aut interdicto tecum
contenderent, aut te ex jure manu conſertum vocarent.* Ita
ut dilucidè appareat, ſuperiores quidem inferiori-
bus præeſſe, ſubeſſe autem citra everſionem ſupe-
rioritatis, auctoritatis, dignitatis, nullo modo, tem-
pore nullo poſſe. Et ne præſint, nulli magis quam 17
ipſis clientibus intereſt, quibus tranquillitas ſtatus
ſui ſummoperè curæ eſſe debet. Nam illud procul-
dubio accideret, ut clientis judicatum, ridiculum
potentiori, offenſivum patrono, ſuſpectum adver-
ſario

a L. 2. ff. de Orig. jur.

b Lib. de Orat. 1.

ſario eſſet, ludibrio haberetur; quia juriſdictio ſine coërcitione nulla eſt, ac

vana ſine viribus ira.

Aut enim dilemmate quadam, pro patrono ſuo judicaret, aut pro ſuperioris ſui adverſario. Utrumque periculo, vulnere ipſo pejori, laborat. Etenim ſi pro patroni ſui adverſario cauſam deciderit, pœnas judicij prolati judex expectabit, tanquam perjurus, infidelis habebitur, quaſi majeſtatem ſuperioris comiter non ſolum non conſervaverit, ſed diminuerit. Si patronus, ſive ſuperior palmam ferat, adverſarius vindictam quæret, judicatum non implebit, bello cauſam dabit. Alterius majeſtatem comiter conſervaſſe, fidei datæ juramentum inferior impleviſſe, non jus dixiſſe æſtimabitur. Quibus igitur diſſentionibus tollendis magis fuit, per hanc legem noſtram (ſi ita placeat) maturè ut provideretur. Imp: Juriſconſulti Proculi reſponſione illuſtri applaudens, pro minorum utilitate, ac tranquillitate ſtatueret, in futurum minores poteſtates, ſive etiam Clientes tali judicio periculoſo
18 ſalva eorum libertate ut abſtinerent. Salva ipſorum libertate dico, quia exteros ſuperioris, ſive alterius populi judices eſſe non poſſe, libertatem non minuit, nec aufert, verum auget, quandoquidem libertas plurimum conſiſtit in eo quod quis facere

Digitized by Google

hoc vel illud non teneatur. Quinimò ſecundum naturam libertatis, poteſtates pares extra Provinciam propriam faſces non dirigunt, cum par in parem per ſe nullum imperium habeat, nec juſtè exerceat. Et ſic eos, quos in fidem populus Romanus recepit, quamvis recepti *neque auctoritate, neque dignitate, viribus, omni jure pares non ſunt, neque boni viri nobis*, inquit Imp: Romanus, *præſunt, liberos tamen eos eſſe intelligendum eſt.*

Cæterum quo tandem jure inter ſe cenſeri debeant, qui pariter ſuperiorem in fœdere agnoſcunt, nunc prodit; & rationi non abſonum duxerim, ſi pari gradu omnes in ordine diverſo ſint, ut ex diverſis eorum qualitatibus, magis elucentes minoribus præferantur. Verum cum hæc magnis, ac ſæpiſſimè cruentis etiam ſcateant diſputationibus, ita ut alter alteri cedere nolit, hęc per ſuperiorem, ſive fœderis Principem, quem variorum quaſi imperiorum Deum habent, vel ex auctoritate; ut ſuperius dixi; vel quod æquius, ex delato jure vulgò componuntur. Submiſcè cum M. Terentio equite Romano dicendo: *Non eſt noſtrum æſtimare Tiberi Cæſar, quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis extollas: Tibi ſummum rerum judicium Di dedere, nobis obſequendi gloria relicta eſt.* Quamvis & accidat, ut jure partium integro, dilatoriè, vel per compoſitiones, medio 19

Tacit. lib. 4.

alter-

alternativo, interdum planè & definitivè per alios
(cum tamen plena ſuperioris cognitione) decidan-
tur. Et in Imperio Germanico inter Electores cer-
ta ſedendi ratio à Carolo IV. ex conſenſu ſpeciali
adinventa eſt. Qua primo loco poſt Imperatorem
& Regem Romanorum Moguntinus, deinde Tre-
virenſis, Colonienſis, Rex Bohemię, Comes Pala-
tinus Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandebur-
genſis collocetur, cum ſpeciatim ad Imperatorem,
ſive etiam fœderis Principem pertineat certum ſeſ-
20 ſionum, dignitatumque ordinem definire [a]. Quæ-
ritur porrò an Legatis, idem qui ipſis Legantibus
proprius eſt, locus competat. Et quantum de jure
gentium obſervatur, licet legati ex eorum perſonis
honore afficiantur, quorum vices gerunt [b], tamen
aliter hæc obtinere certum eſt, quando in uno con-
ſortio varij Principes liberi concurrunt; Niſi citra
cujuſquam præjudicium id fieri poſſit, & ſic in Im-
perii Germaniæ conventibus, ſi Electores, Palati-
nus & Brandeburgicus non adſint, tunc quidem ip-
ſorum legati locum dominorum ſuorum occupant,
quia uterque in extremo loco conſtitutus eſt, ille à
21 ſubſelliarum dextris, hic à ſiniſtris. Nec præjudi-
cium quoddam illud progenerat, cum vel locus
perſonaliter abſentium apertus relinquatur, vel
animo ſedem ſuam Principes abſentes retineant;
ſic

a *Tot. Tit. C. ut dign. ord. ſervet.*

b *L. 1. C. de offic. vicar.*

ſic ut proximo conventu eundem ſuo jure iterum occupare poſſint, atque ordinis ſui prærogativam ex poſſeſſione, & conſuetudine defendere, quandoquidem ex veteri obſervantia, poſſeſſioniſque actibus, & uſu, hæc jura rectius deducuntur, ut qui aliquando prælatus, alteri præferendus & hodie [a] ſit. Quo fundamento olim Galliæ legatus in Conſilio Tridentino nitebatur contra Mendozam Hiſpaniæ Legatum. Quod & jure maximè conſentaneum, cum eadem in dubio pro poſſeſſore præſumant [b], onuſque contrarium probandi in adverſarium conjiciant [c]. Quin imò multorum opinio eſt, licet veterata conſuetudo repugnaret juri communi, quæ ex prætenſa prioritate dignitatis, titulorum plurium concurrentia, vel alio quodam argumento obtendi poſſet, tamen ab inſtituto majorum, & obſervantia longiſſima recedendum non eſſe; niſi illa conſuetudo, ſeu poſſeſſio præcedentiæ eſſet turbativa, ut ajunt, vel violenta, tunc enim vitioſa foret, & nihil ſuffragaretur. Utque etiam ſi notoriè contra jus, & contra rationem inducta probaretur, veluti ſi fœderis Princeps infra eos quorum ex fœdere Princeps eſt, collocaretur; quo caſu talis conſuetudo pro corruptela haberetur, Princeps idem. vel alias dignitate ſuperior, ex perſona ſua locum digniſſimum æſtimare poterit, vel pro libitu atque arbitrio libero

a *L. fin. C. de offic. pr. ſ. urb. c. cum olim X. de conſuet.*
b *L. 76. ff. de Rei vendic.*
c *L. 24. l. 20. ff. de probat. l. 2. 15. 16. 24 C. eod. c. ſæpe de reſtitut. ſpoliat.*

bero ſedem ſuam in alium locum transferre; cum alioquin inter pares in actibus poſſeſſionis, vel quaſi ex ultimo actu ſeſſionis prærogativa judicetur [d]. Quod & Helvetiorum moribus comprobatur, penes quos longiſſimo temporis tractu obſervatum, Tigurinos, quamvis potentia inferiores, ordine tamen & dignitate pręcipua quadam antiquitatis veneratione, cæteris pręferri. Et continuò Germaniæ Principes in Comitijs de hoc jure contendentes, pro antiquæ ſeſſionis præeminentia conſervanda, poſſeſſorium judicium amplectuntur, ut eodem probetur nec vi, nec clam, nec precario hinc inde actus quoſdam exercitos fuiſſe.

d C. cum Eccleſia Sutrina. X. de cauſ. poſſ. & propriet.

22 Verum enim verò cum pręter ordinem temporis, maximè ordo qualitatis, dignitatis, ſeu majoritatis attendatur, atque hic potior ſit primo; quia ubi locum habet ordo qualitatis, de ordine temporis, ſive vetuſtatis non curatur [a]; idcirco hic admonere conſulto duxi, ut ſi ex fœdere quis ſuperior poſtmodum evadat, hunc jure dignitatis ſupra alios majoris, his omnibus præponendum eſſe, licet antè pactum fœdus, ordine tantum differens, non ſuperiori, verum medio, vel etiam infimo loco conſtitutus fuiſſet. Quandoquidem in honorum ordine collocando, ac præcipuè in caſu prędicto, non tam antiquitatis ſeu conſuetudinis, quam dignitatis majoris ratio habetur.

a L. 1. C. Conſul.

LIII Et

Et ex loco præferentiam ac prærogativam, tam in 23
ordine, quam dignitate deberi exiſtimarim; ita ut ſi quis extra Imperium proprium ejuſdem gradus, in ordine diverſo, inferior ſeſſione ſit, in proprio tamen territorio omnes alios dignitate pares, antecedat, quia ibidem abſque ulla intermiſſione Majeſtas,& in ordine, & in dignitate prima ac ſumma eſſe debet. Neminem quovis modo, ne quidem in minimis,ſupra ſe, niſi divinam majeſtatem agnoſcat, per quem eſt id quod eſt, & quem in adminiſtratione regni ſui,in regali ſuo ſolio conſtitutus,ita ſequitur, ut ne intermedium quoddam, ſive ordinis, ſive ſuperioris dignitatis, ne quidem cogitatione, admittatur. Multò minus, ut inter majeſtatem divinam & humanam, in imperii officio exiſtentem, & Dei gregem paſcentem ordo ſuperior, dignitas quædam illuſtrior coronæ, ſceptra, faſces aliorum Dignitatem Supremam liberi populi obumbrantes,ſummū jus tollentes intercedant.Maxime etiam quia Principes omnes extra ditioné,quatenus extra imperii adminiſtrationem, & non amplius in officio ſunt pro privatis [a] habentur, dum alter imperij ſui faſces in cives & exteros dirigit, atque adeò omnes qui in ſuo territorio ſunt indefeſſa juriſdictione ab opprobrijs defendit, quorum numero cum & hi Principes extranei contineantur,

a *L.3. ff. de offic. præſid.*

tur, haud abſurdum, verum juri omni conſentaneum erit ut quis major habeatur, qui alios in defenſionem ſuam recepit eoque jure prærogativam ordinis & dignitatis tanquam in imperio ſuo ſuperior obtineat, cum inferiores à majoribus, privati à publica auctoritate, dignitate defendantur. Quod nec fieri poſſet, niſi in proprio imperio ejus auctoritas dignitas ſumma agnoſceretur. Ipſius majeſtas tanquam ſol meridionalis ſupra omnes eluceret. Quod ex nobilitatis ordinibus in vario Regno introductis etiam apparet; nam Anglus licet extra Regnum in ordine Gallorum Regi cedat, tamen in Stemmatum ordine citra controverſiam ullam in Angliæ regno præſertur. Ubi mortua Maria Anglorum Regina cum in conſeſſu Equitem ordinis Anglici pridie D. Gregorij, de honoribus cuique tribuendis, ageretur, pro Collegio decretum eſt; *Placere ſtemmata Regis Francorum cæteris omnibus poſt Principem ordine potiora eſſe; & eo loco conſtitui, ubi antea Regis Hiſpani ſtemmata fuiſſent, cum Philippus Hiſpanus Anglorum Rex eſſet.* Et ſic die ſequenti, qui dies Equeſtri Ordinis feſtus eſt, ſedem Regi Francorum ad dextram proximè Principem reſervari placuit, ſiniſtra Hiſpano Regi poſt Imperatoris ſedem vacuam conceſſa.

24 Quin imò & hoc ſuis nititur fundamentis, ut

ratione loci, in majori dignitate conſtitutus poſtponatur minori, ſi in proprio, & non alieno territorio minor ſit; ex quo Viri illuſtres dignitatis gradu quamvis Superiores, civitatum vel urbium, Decuriones, Conſules, & Scabinos in loco, ubi Scabini ſunt, honorant. Secundum illud: *Major reverentia minori debetur, quando minor eſt in domo majoris*, cum quilibet ſit rex in domo [a] ſua, atque hinc gloſſa [b], *quod inter duos æquales, qui eſt in ſuo territorio, altero ſit major*. Et ut inquit Chaſſaneus [c], *Archiepiſcopus, vel Cardinalis in terram Epiſcopi veniens, Epiſcopum debeat honorare*. Quod & his verbis expreſsè Impp: Gratian: Valent: & Theodoſ: innuunt, [d] *Nihil omnino ullis judicibus cum palatinis noſtræ clementię, quicunque à Comitibus diriguntur, ſit commune atq; conjunctum: Sed excepta reverentia, quæ non ſolum ab inferioribus, ſed etiam à majoribus, & in Provincia degentibus, rectoribus Provinciarum debetur atq; defertur, ſuis quiſque neceſſitatibus obſecundet*. Quemadmodum etiam Electores Imperij, in Imperio Regibus ſi adſint, cedere ijſdem recuſant. Verum cum hoſpitij & civilitatis jure hæc aliter vulgò obſerventur, nempè ut hoſpiti dignior locus tribuatur; & ut inquit D. Graſwinckelius, *Nihil tam frequens ac tralatitium humanitatis lex inter gentes fecit, quam ut domi quiſque ſuæ ſuperior, honoris ergo, etiam inferiorem ſibi antelocet*. Perperam

a *C. duo iſta cauſ. 23. q. 4.*
b *In l. apud eum ff. de manumiſſ. vindict.*
c *Part. 11. conſid. 13. in Catal. glor. mund.*
d *L. 4. C. V. Palatin.*

Tr. de jure præcedent. cap. 35.

peram quis ſibi perſuaſerit hæc in futurum jus ac neceſſitatem inducere, cum honor ille, honorantis non honorati ſit, in jure, non in facto conſiſtat. Atq; ejuſmodi honoris oblationes ab ejus agendi facultate libera tantum dependeant, qui eas quovis tempore, quavis occaſione omittere poſſet, ac jure ſuo debitum ſibi honorem exigere, poſtquam animadvertere parem, vel externam majeſtatem, humanitatē hanc reverentialē, non tanquam humanitatem, verum neceſſitatem excipere, ut poſtmodum etiam à nolentibus & invitis pro debito exigeretur, ac deinceps per acta poſſeſſoria tales honores in juris conſequentiam deducerentur.

25 Cęterum etiam quandoque facti controverſia oritur, quiſnam ordine vel dignitate ſuperior ſit, vel in proximis Comitiis fuerit. Atq; illud, vel ex dicta præcedentia deducitur, cum is dignior præſumatur qui præceſſit, vel ex ordine ſcripturę, quando diſpoſitio dignitatum ordinis, aut perſonarum expreſsè eo continetur[d], & ſic qui prius ſcripſit in multis dignior facti pręſumptione habetur, licet de jure ex ordine ſcripturæ nulla colligatur judicaturve pręrogativa, cum non ſubſignatio ibidem ſpectetur, ſed potius id quod agi inter eos placuerit[e], nec ordo ſcripturæ impediat cauſam juris, & voluntatis[f]. Quippè feminæ alibi priori[g] loco ponuntur,

d L. 1. in pr. ff. de alb. ſcrib.
e L. 6. ff. de ſolut.
f L. cum pater 7. § fidei tuæ 12. de Legat. II.
g § Fin. inſtit. Qui teſtam. tut.

tur, æs, & argentum antè aurum conſtituitur [b]. Mare cœlo prius nominatur [i]. Eruitur etiam major ordinis vel dignitatis ſuſpicio, ex eo quod quis alium adiiſſe probatur, quia plerumque is qui minor eſt ſuperiorem adire ſolet, quod tamen & ſuis laborat exceptionibus, cum accidere poſſit, ut quis alium ex proprio commodo, vel lucri captandi gratia adeat, quo caſu æquum eſt, ut eum accedat à quo commodum petit. Inſuper & alij alios, ut quadam prerogativa gaudeant, adeunt; hi rurſus ad quos devenitur, moleſtia tranſmigrationis in alterius imperium liberati, accedentem prerogativa honorent, quemadmodum Ducatus Geldrię Legati ad nos deveniunt ac ſeſſionis prærogativa fruuntur.

b §. cum ex aliena materia Inſt. de rer. diviſ.

i § Feræ beſtiæ. Inſtit. eod.

Nunc ad partem finalem hujus tituli accedo, 26
quæ de loco ſervando, eodem moderatè tuendo, ac tandem mediis, ſi alter alteri cedere nolit, adhibendis, inſtituitur. De loco ſervando quoad offendentes, ſic [a] Imp: *Si quis indebitum ſibi locum uſurpaverit nulla ſe ignorantia defendat*, adhibita ſacrilegij pœna, ſi quis populorum hac in re leges & conſuetudines, tanquam divina præcepta, neglexerit. Quandoquidē in omnibus rebus, & maximè quidem in majoribus, è quibus per confuſionem pericula acriora imminerent, ordo ſervandus eſt; & ſic jure cautum, ut prærogativa honoris & officio-
rum

a L. 1. C. ut dig. ord. ſerv.

rum pręcedentiæ non turbentur, dignitatum ordo ſervetur; ut qui aliis digniores ſunt, honeſtiore loco ſtent, ſedeant, progrediantur [b], ac præcipuè in Principum ſeſſionibus ſeries publica non offendatur [c]. Quippè quæ ſine alterius contumelia non accidat, aut ſine honoris aut famæ læſione non fiat. Generoſos ſpiritus, quidvis potius quam injuriam patientes. Quamobrem & hinc inexorabiles iras ac controverſias ortas fuiſſe, præteriti temporis eventus docuerunt, nec non periculoſum eſſe, Magnatibus veteris dignitatis terminos diſputare aut invertere, cum illis quaſi ingenitum ſit, circa honoris ſui pręrogativam certiſſimè verſari, nec ullius rei jacturam gravius quam ejuſdem imminutionem ferre. Atque hinc ne juri ſuo præjudicaretur inter Galliæ Regem olim & Germaniæ Imp: de ſeſſionis prærogativa lites extitere. Papa Romanus præferri Imperatori voluit; Inter Galliæ & Hiſpanię reges acerrimè diſputatum. Angli cum Hiſpanis de pręcedentia etiamnum contendunt. Et Henricus II. Rex Francorum, cum motam de pręrogativa loci cum Hiſpano quęſtionem intellexiſſet, reſcripſit tanti ponderis eſſe Regni ſui pręrogativam, ut nihil in eo genere à legato ſuo fieri aut dici debuerit, niſi quod expreſsè in mandatis habuiſſet. Nec ad ſeculares Principes tantum ve-

rum,

b L. 1. & 2. ff. de alb. ſcrib. l. Conſulta. C. de teſt. & tot tit. C. ut dign. ord. ſervet.

c Arg. l. ult. C. de primicer.

rum, & ad Eccleſiaſticos controverſiæ devolutæ.
Inter Miniſtros enim Moguntini & Abbatis Ful-
denſis, teſte D. Arumæo celeberrimo juris publici
perſcrutatore, tam acris olim de loco exorta fuit
contentio, ut à verbis ad verbera procedentes, jura è
vagina derivantes, templum humano ſanguine fœ-
darint. Quo facto eos debitam Eccleſiæ modeſ- 27
tiam excediſſe, atque ultra fas decuſve hanc cauſam
defendiſſe, præcipuè in Imperio, ubi per Imp: hæc
quæſtio decidi commodè pro utriuſque dignitate
potuiſſet, facilè apparet. Cum non armis verum
rationibus de his atque aliis prerogativis, tanquam
juris diſtributivi partibus, dimicandum ſit. Non tu-
multuosè, ſed moderatè, ita ut perſonam & rerum
perpenſa auctoritate utriuſque dignitas in ipſa qui-
dem controverſia conſervetur, publicę utilitatis ac
ſalutis præcipua interim ratio habeatur. Unde he-
roica virtus Wurtembergiæ quondam Ducis Ul-
rici ſummoperè laudatur, quod diſputatione de or-
dine, ſeu loco in conventu Principum mota, reſ-
ponderit; *Collocetis me ſanè poſt fornacem, dummodo ef-
ficiamus id cujus gratia congregati ſumus.* Interim ta-
men ut ratio ordinis, egregio dignitatis atque hu-
militatis inter ſe temperamento conſervetur, ſe-
cundum humilitatem, ex qua ſummi Principes
maximam laudem ſibi conſcivere, & quę Deo

gra-

gratiſſima eſt, non prætendant ea quæ per ſe injuſta ſunt, ſeſe non ſupra alios elevent, ab alijs ſi indebito vel conſueto ordine impediantur, ijſdem ſecundum humanitatem, ne occaſio majoris tumultis aut belli inter gentes detur, pro tempore, non coactè, ſed liberè cædant. Secundum verò dignitatem quam in terris obtinent, ac tueri tenentur, juris & conſuetudinis mediis atque remediis, pro cujuſque juris prærogativa conſervanda introductis, utantur. Quæ vulgò ſunt, ut contendentes, ſive pars læſa, anomalam ſeſſionem extra ordinem cæterorum capiat. Quod in Conſilio Tridentino accidit; Cum enim Gallorum Legati, eo quod Mendozam Hiſpaniæ legatum non pręcederent, collegio vellent diſcedere, Mendoza callido commento reſpondiſſet, *ſe nolle quidem præcedere, interim nec cogi poſſe ut ſequeretur*, peculiarem locum in ſeſſione nactus eſt. Sic inter Venetum & Sabaudum quondam Romę diſceptum fuit. Sic quoque in Comitiis Ratisbonnenſibus Caroli Burgundię Ducis Legati, Electoribus de ſeſſionis loco controverſiam moverunt, nec ab incepto deſtiterunt priuſquam alternis ſubſelliis ad frontem Cęſaris, inter Oratores Regios locarentur. Tunc demum & ipſi auxiſſe Principis ſui dignitatem, quod in ordine abſentium Regum ſederent, & electores ſervaſſe *Anno 1564.*

Mmmm existi-

exiſtimationem ſuam putabant, quod excluſi à primis ſubſelliis Burgundi eſſent, ex quo apparet, & alternativa ſeſſione, ut qui hodie fortaſſis prior, poſterior deinde ſedeat, eorum qui de loci prętogativa contendunt, jus integrum conſervari poſſe. Atque ita Wormatia & Lubeca in Comitiis Imperij Germaniæ alternis vicibus præeminentia ſeſſionis decorati. Alii ne de his prærogativis rixę oboriantur, quando dignitates non admodum inter ſe [a] differunt, promiſcuis ſeſſionibus utuntur, ut nullo ſedendi ſervato ordine certo, quiſquis ſibi locum, quem velit, capiat. Quod ſępiſſimè in Germania obſervatum, atque ibidem ſaluberrimum remedium, contra pertinaces de pręcedentia contentiones habetur, iiſque maximè obſervandum, qui conventionibus præſunt, ſi modo citra moram ſaluti publicæ proſpectum velint. Quod ſi res integra ſit, pro tempore quidam prærogativam inducunt, ut qui prior in regno, ubi conveniendum appareat, potior eo tempore in præcedendi jure ſit; non tamen ut exinde conſequentia in futurum ducatur, cum tempus per ſe non ſit modus augendæ, diminuendæve dignitatis, nec ad dignitatem hujus, vel illius pertineat, ſi prius vel poſterius adfuerit, nec ne. Quemadmodum etiam Senatus Polonię, ſollicitus qui aliis anteferendi, vel vicibus alternis ad

loca

[a] *L.1.ff. de alb. ſcrib.*

loca digniora admittendi eſſent, de legatis in univerſum cenſuit, uti quiſque pro eo conſortio prior Poloniæ fines ingreſſus eſſet, ita dicendi ordine priorem futurum. In Conſilio Tridentino inter Gallos & Hiſpanos (quovis congreſſu, ut videtur, ſibi invicem, vel legatorum fide, vel naturæ utriuſque populi differentia obſtantes) prærogativæ diſcrimina, ex Patrum placito deciſæ, ut Theologorum quiſque, habita illius temporis ratione, quoad doctoratus aut magiſterij gradum promotus fuiſſet, prior reſponderet, ac de his rebus, abſque impedimento ſententiam liberè ferret, quæ ibidem juſto ordine proponerentur. Quidam & ſeſſionis controverſiam taxillis, ſive aleis terminari, vel ſortis judicio honeſtè decidi poſſe arbitrarunt, quod ſi continuum ſit, vel extra tempus, vel negotium præſens ſeſe extendat, præter legatorum negotium, majeſtate indignum videtur; quandoquidem ea quæ in jure, factum præjudiciabile pro futuro annexum habente, conſiſtunt, non facilè, vel minus aptè, per ſortem componuntur. Nec ibidem ſortis remedium fallax admittitur, niſi ſi omnes conſentiant, ad quos negotium illud pertinere principaliter probatur; Ita etiam ut omnino judicio ſortis locus non ſit, ſi unus tantum eorum diſſentiendo conſtanter aſſerat, ſeſſionis controverſiam ſorte non

Menoch. de arb. jud. lib. 2. cap. 5. caſ. 442. n. 11.

eſſe dirimendam. Alio rurſus modo Alexander Magnus, ex cauſarum quas quiſque Legatus ferebat pondere, Legatos prius, poſterius admiſit; verum hoc in audientiarum, ut ajunt, conceſſione, pro cujuſq; Legati propoſito, qui de rebus civitatis ſuę, & non de communi gentium tranquillitate, Imperatorem, ut ſuperiorem ſuum, adibant, ſic obſervatum fuiſſe verius putem. Non verò ut tali ordine Principes, Populoſve liberrimos, nulla ratione ipſius imperio addictos, collocaret, cum hoc, ut ſuperius dixi, non à quovis Principe, ſed ab omnium convenientium libero conſenſu dependeat. Supra memoratis mediis, ac remediis qui ſe contentos non gerunt, aut modeſtè diſcedere à Comitiis, aut proteſtatione expreſſa jus ſibi integrum, exploſa armorum libidine, reſervare ſolent [a]; ita tamẽ ut facta proteſtatione, locum inferiorem non capiant, verum alibi, extra ordinem legatorum communem, ſedes figant, ne proteſtatio actui contraria appareat, vel actus ſubſequatur, qui proteſtationis vim minuat, aut tollat, quemadmodum nec proteſtationibus, nec alternis ſedendi juribus in Germania contenti, in abſtemiorum caſtra concedunt, ac ſic tandem Auctoritatem, Dignitatem, Majeſtatis ſuæ jura, dignè tuentur. Ad Paragraphum finalem nunc tranſeo.

[a] *L. Neſennius, 34 ff. de neg. geſt. l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. l. pro herede, 20. §. 1. ff. de acq. her.*

At

At Fiunt apud nos rei EX CIVITATIBVS FOEDERATIS, Et in eos damnatos animadvertimus.

CAP. LXIX.

FIUNT FACTO REI.

1. *Paragraphi finalis explicatio.* 2. *Lex extra Provinciam invalida.* 3. *Variis modis rei ex Civitatibus fœderatis fiunt.* 4. *Stipulatione.* 5. *Hæc majeſtatem nullam tribuit ſocio in ſocium.* 6. *Ex actione mota fiunt rei.* 7. *Item ex commiſſo.* 8. *In civitate nemo ſibi jus dicere poteſt.* 9. *Læſo in lædentem naturaliter jus competit.* 10. *Et ſic antiquitus obſervatum.* 11. *Puniens juſtitia ſuperior eſſe debet.* 12. *Quis ſuperior ſit.* 13. *Oportet ut puniens adverſus puniendum non peccaverit.* 14. *A pœna omnis abſit ultro ſpeculativa.* 15. *Etiam in publica ultione.* 16. *Omnia delicta armis vindicanda non ſunt.* 17. *Delictorum quæ ſponte contra-*

buntur diſtinctio. 18. *Quinam præter fœdus delinquant.* 19. *Privatè.* 20. *Quando delictum privatum publicum fiat.* 21. *Majeſtate indignum ex privato delicto totam Rempubl: puniri.* 22. *Publicè quando committatur.* 23. *Ultio commiſſi, in Majeſtatem divinam.* 24. *In Majeſtatem humanam.* 25. *Quando populus ex delicto Principis puniatur.* 26. *Delinquitur patientia, & qualis ea ſit.* 27. *Etiam receptione delinquitur, & qualis ea ſit.* 28. *Unuſquiſque in loco delicti puniendus.* 29. *Quomodo in territorio delinquens, extra territorium reus fiat.* 30. *Quis contra fœdus faciat, & ejus pœna.* 31. *De his quæ contra, vel in fraudem fœderis fiunt.* 32. *De his qui extra territorium, ſupra fœdus committunt.* 33. *De litteris requiſitoriis, atque edictali citatione.*

Inquit JCtus, *At fiunt apud nos rei ex Civitatibus fœderatis, & in eos damnatos animadvertimus.* Quaſi dicat, Licet protector jus nullum habeat in ſubditos clientis, ſive in res eorum, Societas par, ſive impar non miſceat, nec conturbet ſocietatis jura, inter quos eſt ſocietas; tamẽ apud nos Romanos qui jure, auctoritate, dignitate, viribus nulli cedimus, Superiores nullos agnoſcimus, æquali fœdere, multos, fidei noſtræ plurimos populos adſtrictos habemus, *Fiunt etiam rei ex Civitatibus fœderatis,* Fœderati 1

derati penes nos ſe in reatu conſtituunt. Quæ verba legi noſtræ addita creduntur, quod Romanis Magiſtratibus in liberos populos jus dicere regulariter non licebat; Quare Cicero de L. Piſone loquens, in Oratione de Provincijs Conſularibus: *Omitto*, inquit, *juriſdictionem in libera Civitate, contra Leges Senatuſque conſulta*. Et paulò inferius: *Emiſti grandi pecunia à fœdiſſimo Tribuno plebis, ut tibi de pecuniis creditis dicere liceret jus in liberos populos, contra Senatuſconſulta, & contra Legem generi tui*. Tanquam ſi omnes Ordines intra ſuos fines, ſuaſque functiones contineri, & juriſdictiones omnes ſuis finibus & territoriis concludi jura voluerint, ut in corpore humano anima vitalis continetur; quippè ſi egredi eadem voluerit, vis ejus omnis caſſa & irrita eſt. In quam rem egregia Juriſconſultorum reſponſa ſunt. *Extra territorium jus dicenti impunè non paretur. Idem eſt, & ſi ſupra juriſdictionem ſuam velit jus dicere* [a]. *Nemo impunè faſcium poteſtatem extollat extra metas propriæ Civitatis* [b]. Quandoquidem Principes, Magiſtratus omnes, ac cuncti judices extra territorium ſuum ſunt privati [c], quibus nullam juriſdictionem per ſe competere, nemo ignorat. Idque ideò à Deo conſtitutum, ut diligenter per plures juſtitiæ inſerviri poſſit. Ne commixtio juriſdictionum, & ex commixtione confuſio oriretur. certus ordo juriſdictionis

a *L. fin. ff. de juriſd.*

b *L. 53. C. de decurion.*

c *L. 3. ff. de offic. præſid.*

nis exſtaret. Quippè & hinc evenit, ut nemo extra limites ſuæ juriſdictioni, poſitos quidquā agat, agere audeat. Alter alterius fines non invadat. Quo autem jure poſſit quis judicis thronum conſcendere ad ſe minimè pertinentem? Si enim mos iſte invaluerit, & liceat cuilibet alienas Provincias arripere, eaſque longè diſſitas, removere & ejicere quas voluerit, ac pro libidine omnia agere, certum foret, omnia, periiſſe. Huic igitur confuſioni ut occurratur, Magiſtratuum edicta extra Provinciam ſe minimè extendunt, & quæ à Principe, vel judicibus cum poteſtate juriſdicundi ab iiſdem conſtitutis extra territorium ſuum, ſive in perſonalibus, ſive in realibus decernuntur, nullius momenti ducuntur. Et quamvis juſſio quædam alterius potentiæ generalis videri poſſit, tamen ulterius ſeſe non extendit, quam Princeps, jubenſve judex juriſdictionem exercet, ait enim JCtus, *Is qui poſſidere jubetur, eo loco juſſus videtur, cujus cura ad jubentem pertinet*. Et non ulterius. Sic Chryſoſtomus, *Romanorum Imperator Perſis dare leges non poteſt, nec Perſarum Rex Romanis*. Nec etiam leges Superioris in fœdere, fœderatos ſocios, aut eos qui ſunt in ejus patrocinio, ligant, aut jure ullo unquam ad eos pertinuere, niſi populi fundi eſſent, hoc eſt, legis ferendi poteſtatē in alium tranſtuliſſent. De qua re Cicero

pro

pro L. Cornelio Balbo: *Quid enim potuit dici imperitius, quam fœderatos populos dici fundos oportere? Nam id non magis proprium eſt fœderatorum, quam omnium liberorum. Sed totum in ea fuit poſitum ſemper ratione atque ſententia, ut cum juſſiſſet P. R. aliquid; ſi id adſcivisſent populi Socij ac Latini, & ea lex quam nos haberemus eadem in populo aliquo, tanquam in fundo reſidiſſet; ut tum eadem lege is populus uteretur; non ut de noſtro jure aliquid minueretur, ſed ut illi populi, aut jure eo quod à nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo aut beneficio uterentur.* Quin imò lege Oppia cum eſſet cautum, ne qua mulier plus ſemuncia auri haberet, Veſtimento verſicolori non uteretur, nec juncto vehiculo in urbe oppidove veheretur; Ea lex ad Socios Latini nominis non pertinuit. Sic enim ex Oratione L. Valerii tribuni plebis, legis abrogationem ſuadentis, ait Livius, *At herculè univerſis dolor & indignatio eſt, cum Sociorum Latini nominis uxoribus vident ea conceſſa ornamenta, quę ſibi adempta ſunt; cum inſignes eas eſſe auro & purpura, cum illas vehi per urbem, ſe pedibus ſequi, tanquam in illarum Civitatibus, & in ſua imperium ſit.* Et Juſtinianus Imp: eam legem quam adverſus hęreticos conſtituebat, ad Gothos fœderatos non pertinere expreſsè demonſtravit [b]. Ut nec ſtatuta ſuper crimine, ſuper delictis puniendis facta, non extenduntur ad contraventiones, ad delicta extra territorium

b *L. 12. C. de hęret. & manich.*

torium commiſſa; niſi hoc ſpecialiter fuerit ex-
preſſum, ab eo qui diverſorum populorum regimi-
nis habenas moderatur. Ab eo inquam, qui legis
generalis in exteras Provincias condendi faculta-
tem in ſe recepit; Unde quoque ſi in pluribus Prin-
cipatibus bona ſita ſunt; ſi ſub diſcretis Parlamen-
tis hereditatis bona reperiantur, judicium earum
ad diverſos diverſi Parlamenti judices pertinet. Et
hæc tam in Eccleſiaſticis, quam Prophanis obti-
nent; ut nempè diæceſes & parœſiæ quoque diſtinc-
tæ ſint, & jura ſua, ſua etiam veluti territoria ha-
beant diſtincta. Epiſcopus alterius Diæceſi ſubjec-
tos, neque anathemate ferire, neq; cenſuræ Eccle-
ſiaſticę ſubjicere, nec excommunicationis vinculo
ſolvere poſſit.

Verum enim verò, licet hæc regulariter, ut dixi, 3.
ita obſerventur, *fiunt* tamen, ut inquit Juriſconſul-
tus, *Rei ex Civitatibus fœderatis*, idque citra præjudi-
cium Libertatis, Facto quidem, & jure. Facto,
nempè, conceſſione, commiſſo. Jure, ex facto or-
to, provenienti ex natura fœderis, æquitate, conſue-
tudine, & præſcriptione. Conceſſio hæc, vel ex
prorogatione ſtipulata, vel actione in alieno terri-
torio mota eſt, ne alioquin, ut accidere ſolet, con-
troverſiæ inter Reges populoſve obortę, Martem
arbitrum habeant. Prorogatione in exterum jus
dici-

dicitur, ſi juriſdictioni alterius ſe quis ſponte ſubjiciat: nam eo caſu accidit ut alterius ſententiæ in ipſum latæ obedientiam præſtare teneatur, juxta illud; *Eſt receptum, eoque jure utimur, ut ſi quis ſe ſubjiciat juriſdictioni alterius, poſſit ei & adverſus eum jus dici.* [a] *Et dicendum eſt, Prætorem quidem in Prætorem, vel Conſulem in Conſulem nullum imperium habere, ſed ſi juriſdictioni ſe ſubjiciant, ſolet Prætor in eos jus dicere* [b]. Non tamen ratione ſubjectionis, ſed prorogationis voluntariæ. Non ex poteſtate propria privativa & intrinſeca, ſed vi & in ſequelam delatæ juriſdictionis, in qua voluntas, ex voluntate jus, ex jure neceſſitas, ex omnibus poteſtas, etiam in invitos animadvertendi, jus dicendi, damnandi perpenditur; minimè ut ex facta prorogatione detrimentum quoddam libertas patiatur: Nam, inquit Imperator: *Nec ſi volens ſcripſiſſes te ſervum eſſe non liberum, præjudicium aliquod juri tuo comparaſti* [c]. Atque alibi, *Jura noſtra nolle cuiquam præjudicium generare circa conditionem, neque ex ſcriptura neque ex confeſſionibus, niſi etiam ex aliis argumentis aliquod acceſſerit incrementum*; & ſequitur, *Sancimus ſolam confeſſionem vel aliquam quamcunque ſcripturam ad hoc minimè ſufficere, nec adſcriptitiam conditionem cuiquam inferre*, ea ratione quod indecorum ſit, *ſolis confeſſionibus aut ſcripturis homines fortè liberos detrahi ad deteriorem fortunam* [d]. Multò minus

a L. 14. ff. de juriſd.

b L. 13. §. 4. ff. ad S.C. Trebell.

c L. 2. C. de liber. cauſ.

d L. cum ſcimus C. de agric. & cenſit.

nus ut facta prorogatione, vi ejuſdem prorogationis, prӕter juriſdicundi præcellentiam, adverſus libertatem alterius quidquam obtendatur. Hinc Cicero officiorum ſecundo, ſanctiora illa Romanorum tempora illuſtrans, *Patrocinium Sociorum ait penes eos fuiſſe non imperium.* Cui quadrat illud Scipionis Africani Majoris: *Populum Romanum beneficio quam metu obligare homines malle, exteraſque gentes fide ac ſocietate junctas habere, quam triſti ſubjectas ſervitio* [a]; Et ſic in, & pro libertate eorum jus dicere, quam juridicundo, præter prorogationis intentionem, ipſorum libertati præjudicare.

4 Stipulatu quoque alter populus alterius juriſdictioni ſubjicitur, cum nihil tam congruum ſit naturali æquitati, quam voluntatem eorum qui inter ſe contrahunt ratam haberi. *Nec dubium,* inquit Imp: *Quin valeat conventio ſi duo inter ſe pacti ſunt* [b]. Quocirca etiam ex pacto controverſiӕ æqualium Fœderatorum ad conventum Sociorum, tanquam ad judices conventionales, bonos viros, arbitroſve deferri ſolent. Sic Jacob: *Quod inveniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & judicent inter te, & me.* Ut per eos quos ſcilicet ea res non tangit, ab unaquaque ditione exſequatur, quod ab iiſdem promiſſum eſt [d]. Et hoc Germanis, Latinis ac Græcis olim tralatitium fuit, ut

a Livius lib. 26.

b §.1. Inſtit. de Societ.

c Geneſ. 31. verſ. 37.

d L. 12. C. de an non. & tribut.

ut & Principem fœderis ſibi arbitrum inferiores, decidendis ſuis litibus diſcordiiſve publicis eligerent; vel etiam ſuperior, inferioribus inter ſe diſſentiétibus, ex placito eorum, arbitros conſtitueret. Sic Superiori ſęculo a Germanię Imp: inter Venetos & Archiducem Ferdinandum Auſtriæ Ducem controverſias ortas, quod quædam loca quę ſibi Ferdinandus deberi prętendebat, Veneti ex adverſo ad ſe pertinere affirmabant, à Venetis habebantur, non ex plenitudine poteſtatis, ſed per arbitros componi curavit; idque ex conſenſu partis utriuſ-

a Anno 1533.

5 que, ſalva itidem contendentium libertate, quæ ſtipulatione de juredicundo, non magis quam prorogatione juriſdictionis delata, abſumitur. Quandoquidem & Reges apud judices à ſe conſtitutos judicio contendunt litemve motam eorum ſententiis ſubmittere conſuevêre, de quibus nihilominus conſtat ſui juris, liberos, non ſubjectos permanere. Nec eſt quod quis pręſumat hoc ſtipulatu majeſtate aliqua fœderatis jus dicentes, inter fœderatos jus patientes jubendo, vetando, puniendo, reſtituendo, intercedendo pro aliis, excellere; quia hoc cognoſcendi jus de rebus ſocii, ſociive ſubditos nullum eſt, ſed tantum quatenus in futurum vel præſens quæſtiones inter fœderatos diverſos exoriri poſſent, vel etiamnum oboriuntur, ut iſta juris

æqualis communione, pro ipſius fœderis tabulis, & non ultra, tanquam arbitrio boni viri componantur. Quamobrem Scipio cum Romę à Carthaginenſium quibuſdam Annibal accuſaretur, dixit: *Non oportere ſe Patres Conſcriptos Reipubl: Carthaginenſium interponere*. Conſonum Socratis reſponſione egregia, dum diſtinguendo inquit, *Societatem à Civitate differre, quod ſociis curę ſit, ne injuria in ipſos committatur.* Et ideò cum Herodes quædam adverſus liberos ad Auguſtum ſua ſponte transferret, dixerunt liberi: *Poteras de nobis ſupplicium ſumere, tuo jure, tum qua Pater, tum qua Rex.*

Actione etiam in alieno territorio mota juriſdictio fundata dicitur: *Nam ſi agant*, inquit Ulpianus, *compelluntur ſe adverſus omnes defendere* [a]. Et Paulus Juriſconſultus, *Qui non cogitur in alieno loco judicium pati, ſi ipſe ibi agat, cogitur excipere actiones; & ad eundem judicem mitti* [b]. Quod tamen de omni actione mota intelligendum nõ eſt, veluti, ſi injuriã ſuam, furtum vel damnum ſuum quis perſequatur: Alioquin, ut & Julianus eleganter ait [c]: *Aut impunè contumeliis & damnis adficientur, aut erit in poteſtate cujuſq; pulſando eos, ſubjicere ipſos juriſdictioni, dum ſe vindicant.* Igitur ut ex actione mota quis ſe alterius juriſdictioni ſubjiciat, oportet eam ex motu proprio, non ex damno, injuria, rapina, alteri illato, inſtitutam fuiſſe. 6

[a] L. 2. §. 5. verſ. ſed & ſi ff. de jud.

[b] L. 22. ff. eod.

[c] D. §. 5. verſ. ſed & ſi.

Porrò

7 Porrò & hæc poteſtas fœderatorum extra ſe, ſalva Regum Populorumve Majeſtate, Libertate tam communione pœnarum, quam juris & beneficiorum mutua obſervatione conſtat, dum commiſſo, puta delinquendo in territorio fœderati, quaſi contractu per delictum, ratione territori in quo repeπiuntur, fœderis lege precisa domum revocandi libertate, gentium jure, in alterius injuriam quidquam egiſſe probantur. Nam cum civitates liberę varię ſint, diverſis limitibus diſtinctæ, jure proprio in cives ſuos utentes, de jure gentium neceſſario requiſitum fuit, extra rationem juris civilis, quandoque cives alterius juriſdictionis puniri, quandoque exterorum petitionibus puniendos tranſmitti. Quæ ut ad paragraphum noſtrum finalem applicentur, accuratius repetere libet, quatenus exteri citra prorogationem, ſtipulatum, actionem motam adverſus exteros committant, & ex commiſſo puniantur. Verbum hoc fiunt quid fieri ſolitum ſit nos docet, inquit JCtus, *Fiunt apud nos rei.* *Apud nos*, hoc eſt Romanos, qui magna tunc temporis auctoritate, dignitate præditi, à multis tutores poteſtatum minorum recepti, alijs ex conſenſu, ex voluntate jus dicebant, ſed num citra hunc conſen-
8 ſum vel quaſi id juſtè fieri poſſit hic quæritur. Et in civili converſatione, ubi judices cauſis decidendis con-

conſtituti ſunt, invaluit, neminem ſibi jus dicere,
facereve poſſe. Magiſtratui ac ſublimiori poteſtati
id competere, quibus animę inferiores omnes ſub-
jectæ ſunt. Et inquiunt Impp: Honor. & Theodoſ.
Idcirco judiciorum vigor juriſque publici tutela in medio
conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat propriam
ultionem[a]. Cum impetu atque arbitrio ſuo quemq;
judicium, de injurijs illatis exercere, legibus & con-
ſuetudinibus populorum abſonum ſit. Quare Ter-
tullianus rectè, *Injuriæ compenſatio non ſolum juri ini-*
mica ſed paci. Eſt enim lex, forum, judex, niſi quem jure
vindicari pudet. Et Rex Theodoricus[b]: *Hinc eſt quod*
legum, reperta eſt Sacra reverentia, ut nihil manu, nihil
proprio ageretur impulſu. Atque hoc quoad civitatem
ipſam, in qua civibus ordinario ſive extraordinario
judicio jus dicitur, à Deo eum in finem ordina-
to, conſtituto. Cæterum ſi populus populum ex- 9
terum lęſerit; homo qui civis non eſt, nec unquam
fuit, alterum hominem non civem, vi, injuria,
damno, affecerit, atque adeò nullius judicio, niſi
ſolius Dei ſuppoſitus eſt, quo jure determinari ip-
ſorum controverſiæ debeant, hic quæſtionis aleam
ſubit. Et pro antiqua libertate reſpondendum, du-
co, ut, ubi ex conventione judices inter duos plu-
reſve conſtituti non ſunt, ex jure naturæ repetitio
læſionum proprio aliorumve auxilio, juſtè non mi-
nus

a *L. nulli C. de judæis.*

b *Caſsiod. Ep. 10. l. 4.*

Digitized by Google

nus quam licite, jure, factove fiat. Jus enim naturæ ab omni injuria abhorrens, injuſtitiæ contrarium, læſo jus in lædentem tribuit quovis modo repetendi, vindicandi ea quæ ipſi non jure ablata, debita non ſoluta ſunt. Et hoc jure animalia irrationalia quoque uti certum eſt, dum cernimus ſepoſitis animalibus fortioribus, quorum natura ferocior eſt, canem aggredi eum qui prædam ipſius ipſi auferre conabitur, Gallinam nidum tueri, appropinquantes juxta depellere, paſſerculum imbellem alis roſtroque vindicare, quod contra naturalem

10 æquitatem ipſi illatum eſt. Antiquam libertatem quod attinet, conſtat priſcis temporibus, hominibus nondum in formam civitatis redactis, vel moribus quibuſdam & conſuetudinibus tantum conjunctis, ultores ſibi proprios extitiſſe, inſuper exiſtimantes omnes ſocios pro ulciſcenda injuria promptos eſſe debere. Ex qua fonte certamina ſingularia & qui in iis ſocii adducuntur, originem ducunt. Quam ultionem cum Romani judicio moderarentur, teſte Vellejo Paterculo, [a] Germani in admirationem ducti, quod Romanæ juriſdictionis forma injurias juſtitia finiret, ſolita armis diſcerni, jure determinarentur. Atque etiamnum inter homines incerta ſede extra formam Reipubl: huc illuc vagantes, dummodo judicem nullum agnoſ-

[a] *Lib.* 2.

cunt, obſervatur ut quiſque ſibi proprius judex exiſtat, proprio arbitrio illatam injuriam per ſe, vel per alios ſeparatim, conjunctim ulciſcatur, quandoquidem jure naturę hominem homini inſidiare nefas eſt [b]. Homo ſuo jure ſua exequi poteſt, ac hominē ab homine conſervari, adjuvari, naturæ conſentaneum eſt; quare & hanc vindictam Cicero definit: *Per quam vim atque contumeliam defendendo propulſamus, à nobis ac noſtris qui nobis cari eſſe debent, & per quam peccata punimus*. Et dictat ipſa ratio maleficum puniri poſſe, cum ex damno dato delictum oriatur, ſi qua malitia notabilior acceſſerit, & ex delicto jus ei qui damnum paſſus probatur, contra eum qui damnum intulit, damnive occaſionem dedit; quaſi contractu quodam ſeſe altero obligaſſet. Et hinc pœna, generali ſignificatione, ex præſcripto magnifici Viri D. Hugonis. Grotij, nihil aliud eſſe dicitur, quam malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis. Malum illud appellans culpam omnem, ſive in faciendo, ſive in non faciendo, pugnantem cum eo, quod aut homines communiter, aut pro ratione certæ qualitatis facere debent; quam ſi admiſerint, ſequitur obligationem ex ea naturaliter oriri, ſi damnum datum eſt, nempè ut id reſarciatur, reſtituatur, ſi non civiliter ſaltem naturaliter quod prius iis injuria ablatum doce-

b L. 3. ff. de juſtit. & jure.

Digitized by Google

docetur. Sic manentibus priſci juris reliquiis ac veſtigiis, & quidem in ipſa Hebrȩorum Republ: Fratres Simeon & Levi ab Sororis Dinæ violatam pudicitiam, Hemorem ac Sichem ejus filium, atque urbis cives univerſos interemerunt [a]. Et inquit Moſes, *hæc dicit D. Deus Iſraël: Ponat vir gladium ſuper femur ſuum; ite & redite de porta uſque ad portam, per medium caſtrorum & occidat unuſquiſque fratrem & amicum & proximum ſuum* [b]. Atque alibi: *Si quiſquam tibi dixerit, eamus, ſervias Diis alienis, quos ignoras tu. Non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miſerias is & occultes eum, ſed ſtatim interficies, ſit primum manus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur* [c]. Sic Moſes ultionem privatam Iſraëlitis commiſit, dicendo: *Occidat unuſquiſque proximos ſuos, qui initiati ſunt Beel Phegor* [d]. Et hac conſuetudine obſervata facilè liquet, priſcis temporibus, ac quidem in regno & populari regimine, ultiones proprias, tanquã juri naturæ conſentaneas, ſic ſatis familiares fuiſſe; nec dum apud alios populos penitus exſtirpatas eſſe. Cum & hinc Jugurtha penes Saluſtium, cum de inſidiatore vitæ ſuæ quæreretur, efferat populum Romanum, *neque pro bono, neque pro recto facturum ſi ab jure gentium*, id eſt ultione, *ſe prohibuerit*. Exemplo ſit Stephanus lapidibus obrutus [e]. Conjuratio

a Geneſ. 34.

b Exod. 32. verſ. 27.

c Deut. 13. verſ 6. 7. 8. 9. & 10.

d Numer. 25. verſ. 5. & ſeqq.

e Actor. 7. verſ. 27.

Digitized by Google

Actor.23. verſ. 13. in Paulum[e], ſimileſve de ſæculo in ſæculum proſecutiones inſtitutæ. Et apud Moſchos damni illati repetitio, poſtquam judicem aliquoties læſus fruſtra adierit, nec ille querelis mederi curaverit, etiamnum obtineat. Quin imò ipſo jure civili, deficiente judice, quibuſdam caſibus propria cuique ultio permittitur[a]. Quarum cauſas ac neceſſitates inveſtigare, mei hic inſtituti non eſt.

b Tot. tit. C. Quando lic. unic. ſine iud. ſe vind.

Firmata igitur ultione privata ejus qui nullius alterius juriſdictioni ſubeſt, nec in alium per ſe, ſed ex facto orto jus habet, non ſufficit læſum modo, ſed inſuper punientem, ei qui pœnam patietur, juſtitia ſuperiorem eſſe, facto quod effici debebat, non facto quod omittendum erat in cauſa ejus qui contrarium facere auſus fuerit. Idque ipſa quidem naturæ rationalis lege, qua is jure ſuperior exiſtit, qui alium probitate vitæ, illæſa exiſtimatione, antecellit. Inferior verò qui maleficio ſe omnibus ſubjicit, ut perverſa ratio, veræ rationi paret, quaſi eo ipſo ſe quovis alio pejorem fecerit, in ſubjectionis ſervitio conſtituerit, ex homine rationali, irrationalis factus ſit, orbata ratione beſtiarum inſtar, ſeſe homini juſto, rationali, tanquam ſuperiori juſtitia ſe ſubmiſerit. In quam rem David exclamat: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui ingreditur ſine macula & operatur juſtitiam. Qui loquitur veritatem* 11 12

in

in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum & opprobrium. Non accepit adverſus proximos ſuos [a]. [a] Pſal. 15.

Qui rectè faciet, non qui dominatur erit Rex.

Et hinc delinquendo ſubjectus fit unuſquiſque ei, qui non deliquit. Ipſo delicto quilibet præſumitur, tanquam tacitè contrahendo, alterius juriſdictioni ſe ſubjeciſſe, ut juſtas impietatis ſuæ pœnas luat. Ipſo delicto propria voluntate videtur ſe obligaſſe pœnę, & ut Impp: Severus & Anthoninus Aſclepiadi reſcripſerunt, *ſe pœnæ ſubjeciſſe* [b]. A punientis verò parte, jus repetendi verſatur quod ei debetur. Nam ut quis puniat, ac rectè puniat, jus debet habere ad puniendum, quod ei delictum præſtat.

[b] L. 39. ff. de iure Fiſci. l. ult. C. ad l. Iul. Majeſt.

13 Requiritur præterea ut puniens ipſe non peccaverit, vel ſaltem adverſus puniendum nihil commiſerit. Et ſic innocentes nocentes reprehendere poſſe, ac contra, vitiorum maculis aſperſos in vitioſos peccatores nullum jus competere, verba chriſtianiſſima commonſtrant, *Qui veſtrum ſine peccato eſt primum lapidem mittat* [b]. Et Seneca: *Non poteſt ullam auctoritatem habere ſententia, ubi qui damnatus eſt, damnat.* Atque hinc eſt, quod ſępiſſimè juriſdictio, ſententiæque judicum à plebe reprehenduntur, ſpernuntur, quorum probatam fidem ex perverſis eorum moribus non habent. Cæterum jus illud ani-

[c] Iob. 8. v. 7.

Digitized by Google

madvertendi in maledicos & facinoroſos admodum inhærere juſtis propè & bonis hominibus videtur, ut niſi vitioſos corrigant, adverſus omnipotentis Dei legem feciſſe exiſtimentur, qua dicitur: *Frater tuus ſi malè egerit, ſolus eum reprehendas.* Quod ſi ab incepto non deſtiterit, adhibitis tui conſortij viris eum denuò admonito. Et adhuc verbis tuis ac monitis ſi parere recuſet, coram Eccleſia ipſum venire jubeto [a]. Et Lactantius [b], *Jubet Deus ut manus noſtras ſuper minores ſemper habeamus, hoc eſt, ut peccantes eos aſſiduis verberibus corrigamus, ne amore inutili & indulgentia nimia educentur ad malum, & ad vitia nutriantur.* Plautus in Trinum:

a Matth. c. 18. v. 15. 16. & 17.
b Lib. 6.

Amicum caſtigare ob meritam noxiam
Immune eſt facinus, verum in ætate utile.

Modo illud pro admiſſi qualitate cum moderamine quadam intentetur, hoc eſt, recta intentione, abſque nocendi cupiditate, remota ulciſcendi perverſa crudelitate, placido ac placabili animo cuncta fiant, exploſo diſſentienti deſiderio, dominandi libidine, & ſimilibus minus rectæ intentionis excrementis, ne medicina fortè pluſquam ipſe morbus ſuis vitiis laboret.

Quod reliquum eſt, pro emendatione, non ob 14
ſumendam vindictam, delinquentem læſus puniat. Eoque puniens honeſtum atque utile propoſitum habeat,

habeat, videlicet ut eum quem punit meliorem reddat. Exploſa omni ſpeculativa, ſeu vindicativa ultione, quæ propè mater injuſtitię atque iniquitatis eſt, nec à contumelia, niſi ordine diſtat, & ipſa injuria pejor eſt; quoniam illata injuria tantum legem impetu violat, vindicta verò omnem legis auctoritatem conſulto ſpernit. Quamobrem à levibus ſolum ingeniis, impetum ſuum regere non valentibus, amplecti, ab hominibus fortioribus doctrinę ſtudiis imbutis, rectè aſpernari conſuevit. Audi Juvenalem ea de re differentem:

At vindicta bonum vita jucundius ipſa.
Nempè hic indocti, quorum præcordia nullis
Interdum, aut levibus videas flagrantia cauſis:
Quantulacunque adeò eſt occaſio, ſufficit iræ.
Chryſippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, dulcique Senex vicinus Hymetto,
Qui partem acceptę ſæva inter vincla ſicutæ
Accuſatori nollet dare. Plurima felix
Paulatim vitia atque errores exuit omnes,
Prima docet rectum ſapientia: Quippè minuti
Semper & infirmi eſt animi, exiguique voluptas
Ultio: continuò ſic collige, quod vindicta
Nemo magis gaudet quam fæmina.

Quin imò, in vindicanda injuria ſe æqualem quis conſtituit ei, cui antè vindictam non facti juſtitia in-

inæqualis, ſive ſuperior erat. Ac proinde per delicti æqualitatem, eum qui deliquit (ut proximè dixi) punire nemo poteſt, ne facilè vindicta, veneficarum inſtar, exitium pejus ſortiatur, quam malum erat quo alium delinquens afficere conabatur. Ut igitur alium quis rectè puniat, ab hujuſmodi agreſti vindicationis injuria alienus eſſe debet, cum non conveniat humanitati, quidquam facere quod homini noceat, niſi bonum aliquod ſibi proponat, quo melior alter evadat, vel efficiat ne in futurum damnum tale patiatur; ex quo & pœna dicitur mali retributio, quæ ad agentis utilitatem refertur, ſecluſa occaſione ne in futurum nocere poſſit. Eſtque nec ea minima juſtitiæ pars ei in quem jus habes, injuriarum ac peccandi licentiam adimere. Et ſic juſta vindicatio etiam in privatis admittitur, nec illicita eſt. Quod cum de dominis in ſervos, parentibus in liberos ſperabatur, Gentium jura illibatam vitæ & necis olim poteſtatem, nunc modicam tantum coërcitionem his conceſſerunt, cum ex conſtitutione D. Hadriani perſonis ſublimioribus interſit, ne auxilium contra ſævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juſtè deprecantur. [a]

[a] *§ Fin. Inſtit. de his qui ſui vel alien. jur.*

Atque hæc de naturali juriſdicundi præcellentia 15
dixiſſe ſufficiat, ex qua, argumento nunc ad cauſas publi-

publicas ducto, nempè Reges, Populos, cęteroſve alterius poteſtati nos ſubjectos, certo ſtatuendum delicto reos etiam ex civitatibus fœderatis fieri, & in eos damnatos animadverti. Nam in his ad ſumendam ultionem ab eo, iiſve, qui peccarunt, ſufficit, ut ſublimi poteſtate inſignitus, jure ſuo pati vim, damnum, injuriam non teneatur, & quatenus majeſtate decoratus, ipſe ei qui peccavit, ſubditus non ſit. *Sic recordatus Iudas eſt malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in ſcandalum inſidiantes ei in via, & concluſi ſunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematiſavit eos, & incendit turres eorum igni, cum omnibus qui in ijs erant*[a]. Sic Auguſtus urbium quaſdam fœderatas, ſed ad exitium licentia præcipites, libertate privavit[b]. Nec eſt quod hoc exercitium ex jure civili, vires acquiſiviſſe quiſquam præſumat, ſed potius ex jure naturali, diuturnis utentium moribus jure Gentium confirmato. Et velut antè Civitates inſtitutas hoc jus invaluit, atque etiamnum viget quibus in locis homines degunt, ſic proculdubio, apud omnes gentes obtinet, qui Monarchicè, Ariſtocraticè, Democraticè, mixtè, inque modum familiæ reguntur, vel etiamnum diſſolutè vivunt.

16 Non tamen omnia delicta indiſtinctè armis vindicanda ſunt: Nam oportet ea quæ minora ſunt & vul-

a 1. *Mach. cap. 5. v. 4. & 5.*

b *Sueton. in Auguſt.*

Digitized by Google

vulgaria, diſſimulari, non vindicari, ne quæ ad pœnam exigendam bella ſuſcipiuntur, ſuſpecta injuſtitiæ fiant. Quæ autem atrociſſima ſimul & maniſeſtiſſima ſcelera ſunt, læſi juris exercitio perſequuntur, dum ex ipſo maleficio eo proceſſum, ut aut certum malum ſequutum jam ſit, aut niſi impeditum fuiſſet, fœderato aut extero alio quolibet, injuria dolo malo eveniſſet, exploſa eorum ſententia qui voluntatem ſimplicem in his quoque puniri atrociter voluerunt, quia non omne delictum pœnæ locum facit, & dum voluntatem retentam ad actum, vel actionem actui proximam quis nondum produxit, antè ipſum actum liberè pœnitere potuit, ac per conſequentiam propoſiti tædio, à pœna liberari.

Eſt & in ipſo maleficio diſtinguendum, num 17
præter, contra, ſupra fœdus, contra fœderatos, privatè, publicè, ex patientia, ex receptione, in, vel extra territorium delictum perpetratum ſit, priuſquam rei damnari, & ex damnatione pręcedenti in eos animadverti poſſit.

Et præter fœdus deliquiſſe dicuntur hi, qui cum 18
nullius amicitiam ſuſceperunt, alium tamen læſerunt; vel dum fœderati ſunt, id fecerunt quod juri bonæ fidei, naturæ, Gentium, Divino contrarium eſt, licet de eo in fœdere nihil expreſſum ſit. Et in his

his tenendum, quod quoties ex delicto exterus non fœderatus puniri poſſit, etiam fœderatum ex eodem delicto rectè puniri, cum in hoc exercitio pœna infligenda, non pactum fœdus, ſed ipſum delictum pro objecto habeat, per quod non minus rei fiunt ex Civitatibus fœderatis, quam qui nullo jure nobis juncti ſunt. Idque ne detrimenti quidquam Reſpubl: ex nociva clementia capiat, in quam rem Tacitus: *Conſuleret Civitati juſta ultione.* Quod tam de auctoritate & dignitate læſa, quam offenſa alterius populi libertate, ſive alio jure læſo, intelligendum eſt, ſive privatè, ſive publicè, ex patientia, ex re-
19 ceptione, ſcelus commiſſum ſit. Nam eos qui privatè præter, vel contra fœdus commiſerunt, ex delicto ſuo reos alterius populi fieri, modo eundem populum, vel Cives eorum damno vel injuria affecerint, ex eo conſtat, quod rex aut populus eum qui ſocium vel exterum quendam verbis aut facto graviter nocuit, aut punire, aut ei cui damnum injuria datum eſt, dedere puniendum tenetur. Exemplum magis probabile, quam juſtum in Nicanore eſt. Qui cum ad maximum & ſanctiſſimum templum veniſſet, *Sacerdotibus ſolitas hoſtias efferentibus juſſit, ſibi tradi virum; quibus cum juramento dicentibus neſcire ſe ubi eſſet, qui quærebatur; extendens manum ad templum, juravit; dicens: Niſi Iudam mihi vinctum tradideritis,*

illud Dei Phanum in planitiem deducam & altare effo-
2. *Machab.* *diam, & templum hoc Baccho patri conſecrabo.* Et hoc 20
cap. 14. niſi regnum, populus, civitas ex facto ſingulorum,
v. 31. 32. civiſque ſui ex privata injuria alteri populo illata,
& 33. teneri velit. Quod ratihabitione publica privati
delicti accidit. Sic ſcelus Paridis, injuſtè rapientis alterius conjugem, & hoſpitii jura violantis, in cauſa fuit, quod Priami regnum deleretur. Cum accedente publica Procerum facti approbatione, animi Græcorum incenderentur ad vindictam. Quippè cum Menelaus raptam conjugem ſine armis recipere non valebat, oriebatur hac occaſione bellum diuturnum inter Græcos & Trojanos, non Trojanis tantum, verum aliis quoq; populis Aſiæ & Europę. Quod & juris gentium

Nec ſolos tangit Atridas
Iſte dolor, ſoliſque licet rapere arma Mycenis.

Alioquin verò indignum majeſtate foret, ex in- 21
juria unius, populum univerſum, illatam injuriam omnino deteſtantem, damna pati; Ex privata cauſa publicum commodum in diſcrimen trahi, cui nihil vitioſi inhæret. Sic & iram Dei Iſraêlitæ timentes, Benjamitis inquiunt: *Tradite Homines de Habaa,*
b *Iudic.* 20. *qui hoc flagitium perpetrarunt, & moriantur, & auf-era-*
v. 13. *tur malum ab Iſraél*[b]. Et cum Seba, levaſſet manum
contra regem David, ait Joab: *Tradite illum ſolum*

&

& recedemus à Civitate. Et ait Mulier ad Ioab: Ecce caput ejus mittetur ad te per murum. Ingreſſa eſt ergo ad omnem populum, & locuta eſt eis ſapienter: qui abſciſſum caput Sebæ projecerunt ad Ioab. Et ille cecinit tuba, & receſſerunt ab urbe, unuſquiſque in tabernaculo ſuo [a]. Et ſic pro Magnetibus apud T. Quintium, per Legatos qui aderant, flendo expoſtulatum, dictumve, ait Livius [b]: *Ne unius amentiam Civitati aſſignarent, ſuo quemque periculo furere.* Ac Rhodij, concinnè Senatui indicarunt: *Nullam eſſe Civitatem, quę non improbos Cives aliquàndo, & imperitam multitudinem ſemper habeat.* Quibus omnibus cum antè delictum judices adeſſe non poſſint, ne quidquam mali adverſus exteros fiat, iniquum eſſet, ex delicto nocentium, innocentes puniri, cum nec dominus ex delicto ſervi ſui teneatur, ſed ſervus ſi ei dominus directè vel indirectè non præceperit, ipſe ſua voluntate ſcelus admiſerit, ex Sabini ſententia noxali judicio non dominum, ſed ſeipſum ſubmittat [c]. Cum delicta ſuos tantum teneant auctores.

a *2. Sam. c. 20. v. 21. & 22.*

b *Lib. 64.*

c *l. furtum 7. §. quod ſi. 5. ff. de atb. furt. Cæſar.*

22 Publicè autem qui committunt, hoc eſt, ſi rex vel populus fœderatus jura conventi fœderis tranſilierit, ſive etiam præter fœdus, vel non fœderatus in divina, humanaque Gentium, naturalia jura atrociter, idque in contemptum divinæ Majeſtatis, in contumeliam alterius populi deliquerit,

æquè dicendum vindicandi jus, ſecundum ea quæ ritè pręponerentur, læſo competere, donec illata injuria calumniæ tędio, revocatione debita, conventione per arbitros, vel proprio exercitio in lædentes, componatur, reſarciatur.

De contumelia divinæ majeſtati illata nihil repeto, quia *ejus ſpreta religio*, ſecundum Imp. Alexandrum[a] *Satis Deum ultorem habet*, qui ut cordibus potentiorum præſidet, Reges in nominis ſui honorem erigit, eadem facilitate ex idololatria factos reos, deprimit. Sic adverſus Salomonem ad Idola deficientē, Deus multos hoſtes excitavit, regnumque ejus in partes diviſit[b]. Achia, excidium domus Jeroboam, ex filii ejus mortem prędixit, quod Deos alienos conflatile feciſſet, ut Deum ad iracundiam provocaret[c]: *Deus concitatus ſuper gentem ſuam propter arreptam religionem pravam, præcepit regibus Chaldæorum, ut occiderent juvenes eorum, Senibus, Virginibus, Adoleſcentibus, nullis exceptis, omniaque Domini vaſa ſacra, regales Apothecas in Babyloniam referrent*[d]. 23

In Majeſtatem humanam, & humanę majeſtatis ſubjectos qui publico nomine commiſere, ex commiſſo ad reſarciendam injuriam impelli, vel manu forti, ita vocamus, de his ultionem ſumi, præter allegatas ſuperius rationes, innumera nobis exempla paſſim ſuppeditantur. Nam quibus propria marte 24

ab

a L. 2. C. de reb. cred.

b 1. Reg. c. 11.

c 1. Reg. c. 14. verſ. 9.

d 3. Eſdr. c. c. 1. v. 52. 53. 54. 55. & 26.

ab injuriis alteri inferendis deſiſtere animus non eſt, nec reſtituere quod injuſtè extero illatum, ablatumve deprehenditur, omni jure convenit per alias ad officium ſuum cogantur, factive ignominioſi pœnas patiantur. Sic locutus Dominus ad Moſen: *Hoſtes vos ſentiant Medianitæ, & percutite eos, quia illi hoſtiliter egerunt contra vos, & decepere inſidiis, per idolum Phogor*[a]. Cum cuivis etiam ad quos publica hæc res pertinere minimè videtur, de jure divino, gentium, naturali interſit, ne delicta adverſus libertatem, libertatiſve publicę dependentiam commiſſa, maneant impunita, ne peccandi impunitas ſceleris incentivum pariat. In quam opinionem, ſapientiæ publicæ ſummi antiſtitis illuſtr: Viri H. Grotii verba ſunt, ubi inquit; *Sciendum quoque eſt Reges & qui par regibus jus obtinent jus habere pœnas poſcendi, non tantum ob injurias in ſe aut ſubditos ſuos commiſſas, ſed & ob eas quę ipſos peculiariter non tangunt, ſed in quibuſdam perſonis jus naturæ, aut gentium immaniter violant. Nam libertas humanæ ſocietati per pœnas conſulendi, quæ initio penes ſingulos fuerat, Civitatibus ac judiciis inſtitutis penes ſummas poteſtates reſedit, non propriè qua aliis imperant, ſed qua nemini parent. Nam ſubjectio aliis jus abſtulit*[b]. Adeò etiam ut honeſtius ferè ſit, damna aliena, quam propria incommoda vindicare, quod in rebus noſtris plerumque

a Num. 25. v. 17. & 18.

b Lib. 2. cap. 20. n. 40. in pr. de jure belli.

animo

animo ſeducamur. In exterorum cauſis reſtituendi magis, quam concupiſcendi deſiderio teneri videamur. Unde generaliter quoties pro defenſione injuriæ propoſitæ, exactione ejus quod noſtrum, ſociorumve noſtrorum eſt, vel quod nobis illiſve debetur, vel ex pœna præſtanda quidquam petitur, bello juſto locus videatur, modo res tanti ſit, ut ex atroci injuria, damno gravi, jure gentium digna bello cauſa habeatur.

Verum enim verò licet communiter ſic obti- 25
neat, ut à ſumma poteſtate ſæpius in ſubditos culpa
tranſeat, eoſve ex culpa Magiſtratuum pœna maneat: Et

Quidquid delirant Reges plectuntur Achivi;

Tamen illud intelligendum, ſi populus civeſque facto non facto, expreſſè, tacitè conſenſerint exemplo quod proximè dixi, Principem Populumve ex delicto privati non puniri, niſi conſentiendo, re, facto, conſilio, opera alteri noxia illata ſit. Et ſic Græcis incumbebat Agamemnonem cogere ut ſacerdotis filiam redderet. Trojanis Priamo legem imponere, ut raptam Helenam reſtitueret. Multò minus, ut pœnæ ſubjecti jure fiant, qui contrariam fovendo opinionem in aliorum ſententiam non ex conſilii libertate, ſed ſuffragii violentia, tanquam multitudine plurium opinionum victi, acquieſce-

re

Digitized by Google

re coacti fuêre. Cæterum tamen ſi Rex, tanquam indiſtinctum populi caput, graviter peccet, etiam ſubjectos ſuos, hoc eſt, quorum regimen in ſe pleno jure recepit, pœnæ obnoxios reddere, Davidis peccatum commonſtrat. Quę vindicatio licet vera non minus, quam juſtiſſima fuerit, ob perverſam noſtram naturam, Deo tamen ſola, competit, divinæ majeſtati tantum reſervatur; quandoquidem humana imbecillitas hanc ultionem in juſtitiæ ſuæ puncto comprehendere vix poteſt, vel ſi eam comprehendere videatur ob animi inconſtantiam, ac perverſæ naturæ vitium, juſtè eam exercere minimè valet. Quocirca conſultius ab ejuſmodi vindicta omnibus & ſingulis, ac præſertim nobis Chriſtianis abſtinendum, ne condemnando alios, noſmetipſos acriori pœnæ ſubjiciamus.

26 Ad publicum delictum porrò & patientia, & receptio referuntur. Patientiam hic non intelligo, qua quis ea quæ ipſi moleſta ſunt æquo animo fert, ſed eam qua quis ſe in culpa conſtituit, dum ſcit delinqui, nec tamen prohibet, cum prohibere poſſit, ac teneatur, ut Cicero in Piſonem: *Neque verò multum intereſt, præſertim in Conſule, utrum ipſe pernitioſis legibus, improbis concionibus rempubl: vexet, an alios vexare patiatur.* In quibus tria potiſſimum notanda ſunt; Scientiam nempè, poteſtatem prohibendi,

Digitized by Google

& dum poteſtate ea prædituſ, non prohibuerit. Nam ſcientia ſi non adfuerit, prohiberi nihil potuit, ſi autem ſciverit, nec prohibere potuit, itidem culpa caret [a]. Sed ſi ſciverit, nec delinquenti impedimento fuerit, ne ea faceret, cum impedire potuiſſet ne faceretur, communi Doctorum ſententia legibus apertiſſimis vallata, creditur, cum ipſo delinquente peccaſſe, quandoquidē ei non prohibendo vires audaciȩ ſubminiſtraſſe, conſenſum ſuo ſilentio adhibuiſſe videtur. Et quod verius eſt, eo actui ſeſe non oppoſuiſſe, cui ſe opponere per neceſſitatem debuerat. Quod adeò certum, ut ex ipſa non prohibitione, cum prohibere potueris, ipſa ſcientia probetur. Quippè inquit Paulus in hac noſtra quæſtione: *Rectius itaque dicitur, ſcientiam ejus accipiendam qui prohibere potuit, & hoc in toto Edicto accipiendum eſt, de ſcientiæ verbo* [b]. Cujus etiam Edicti verba confirmatoria ſunt. *Si ſervus ſciente domino occidit, in ſolidum Dominum obligat, ipſe enim videtur Dominus occidiſſe* [c]. *Et Imp. noſter cum patre ſuo ſic conſtituit, in eo qui cum poſſit abducere proſtitutam ancillam pecunia accepta, manus injectionem vendidit, ut libera eſſet, nihil enim intereſſe, ipſe abducas & proſtituas, an patiaris proſtitutam eſſe pretio accepto, cum poſſis eximere* [d], ſic ut paſſim patientia pro ſcientia ſumatur, ut qui prohibere potuit, teneatur, ſi non fecerit [e]. Modo is qui fecit

[a] L. 50. ff. de reg. jur. l. 109. ff. eod.

[b] L. 4. ff. de noxal. act.

[c] L. 2. ff. eod.

[d] L. 7. ff. qui ſine manumiſſ.

[e] L. 45. in pr. ff. ad L. Aquil.

Digitized by Google

fecit in poteſtate ſit ejus qui prohibere potuit: nam ſi ejus imperio ſubjectus non ſit, indebitè reatus non prohibitionis ei infligitur. Et ſic pater ex delicto filij quem in poteſtate non habet, non tenetur. Inquit enim Edictum: *Cui de ea re ſtatuendi poteſtas fuit*[a]. Et leges: *Quem, quamve in poteſtate haberet*[b]. Quod & de ſummis poteſtatibus ſic collige, nempè eos, non niſi pari ratione ex facto ſubditorum ſuorum teneri.

a *L. 1. ff. his qui notant infam.*
b *L. 13. §. 1. l. 19. ff eod.*

27 Receptio verò ea eſt, qua quis delinquentem transfugam ex aliena Civitate, in ſuo territorio recepit, de qua conſtat; Neminem pœnam, delinquenti infligendam, impedire debere. Civitatem omnem in qua nocens degit, aut delinquentem punire, aut permittere arbitrio interpellantis debere, cum ſecundum eximium H. Grotium, *non conveniat ut Civitas altera armata intra fines ſuos pœnæ expetendæ nomine intret, neque id expediat*. Quod ſi tamen hæc deditio negata fuerit, ex ſententia Quintiliani, *Proximi transfugis exiſtimantur à quibus transfugæ recipiuntur*. Quin imò Fabritius quondam magna virtutis ſpecie Pirrhum, qui armis vinci non poterat, ſuperavit, prodens ei medicum vitæ ejus inſidiantem. Et hi ſi non dedantur, inter fœderatos violatum fœdus videtur. Inter non fœderatos injuſtitię ultio extimeſcenda. Cæterum inquit idem

Digitized by Google

Grotius: *Hoc jus depoſcendi ad pœnas, eos qui extra territorium profugerunt, moribus Europæis circa ea demum crimina exërceri quę ad ſtatum publicum pertinent, aut quæ eximiam habent facinoris atrocitatem. Minora verò mutuis diſſimulationibus remittuntur; niſi adjectis fœderi legibus propius quiddam inter fœderatos convenerit.*

Occaſione ſcientiæ, receptuſve, & illud occurrit, an delictum in, vel extra territorium perpetratum ſit? Et quoad delictum extra proprium territorium commiſſum, jure Juſtinianeo receptum, unumquemq; ex delicto ſubjici juriſdictioni ejus in qua deliquit [a]. Quia quilibet extra territorium inſtar ſubditi cenſetur, privati loco, quoad juriſdictionem, habetur [b]. Quibus excellentiſſima Imp: Conſtantini verba quadrant: *Intra Provinciam in qua facinus perpetratum eſt, is qui perpetravit publicis legibus ſubjugetur, nec fori præſcriptione utatur, quandoquidem omnem honorem & prærogativam reatus excludit* [c]. Et ubi reus domicilium habet, vel tempore contractus per delictum habuit, licet hoc poſtea tranſtulerit, in loco delicti tantum eum convenire oportet [d]. Et ſic excepta ſola perſona eccleſiaſtica in Romano Imperio [e] (quia Eccleſiaſticum imperium univerſale eſt) ſocius ſocium in juriſdictione ex delicto punit [f]. Legati ex delictis, in legatione commiſſis, coguntur judicium Romæ pati, ſive ipſi admiſerint, 28

ſive

a L. 1. C. ubi de crimin.
b L. 1. ff. de offic. præf. urb. l. 3. ff. de offic. Præf. Afric. l. 1. ff. de offi. Proconſ. Gail. de P: c. 16. n. 28.
c L. 2. C. ubi Senat. vel Clariſſ.
d L. 2. C. de juriſd. om. jud. l. 1. & Auth. qua in Provincia. C. ubi de Crimin. ag. oport. & c. ut animam de conſtit. l. 6.
e Auth. ſtatuimus poſt l. 33. C. de Epiſc.
f Gail. de arreſt. c. 4. n. 7.

ſive ſervi eorum [a]. Nec non exempli ſtatuendi cauſa, Dux remittitur puniendus ad Provinciam, quam perverſa in ſubditos voluntate malitioſè nudavit [b] ut unius pœna metus, & ſatisfactio ſit multorum, qui iſtius criminis cognitionem habuerunt.

[a] L. 24. §. 1 ff. de jud.

[b] L. 1. ff. ad l. jul. repetund. l. Divi Fratres 27. in fin. ff. de pœnis.

29 His præmiſſis, videndum porrò num privatus delinquendo extra territorium, reus etiam fiat ejus Civitatis, cui damnum illatum eſſe probabitur. Et diſtinguendum, an crimen in rempubl: an in privatam externi regni perſonam, commiſſum ſit. Ita tamen ut enormè & dignum quid, legum vindice reperiatur, cum minimis moveri poteſtates ſubliminores, tanquam corpora majora & graviora non ſolent, nec, ut in proverbio eſt, Aquila Muſcam capiat: In externam rempubl: enim, ut ſuperius dixi, ſi à privato peccetur, per ordinarios tramites deditio, aut pœna exigi conſuevit. In privatum alterius territorii, ſi peregrinus quidquam admiſerit, non dubitem eum à reatu non excludi, ejus juriſdictionis, cui ſubjectus erat is, in quem delictum perpetratum eſt, ſic ut etiam ibidem puniri poſſit; quia ratio Civium conſtans & immota nunquam patitur injuriam civi ſuo illatam inultam per ſe, alioſve relinqui: cum & in his pœnæ, aut deditioni locus ſit; Et dum locum pœnæ, deditioniſve eſſe conſtat, illud eruitur, ſi extra territorium de-

licti, in territorio ejus, cui per necem civis, damnum illatum eſt, delinquens reperiatur, ibidem rectè conveniri poſſit. Quod & de cive, qui extra patriam ſuam homicidium commiſit [a] ſic obſerva; Nempè illum in regno juſtè puniri, de delicto extra regnum commiſſo, quia retinuit juriſdictionem in ſubditos ſuos. [b] certa regula, uniuſcujuſque juriſdictionem, vel ex eo quod nocuit alter, vel nocitum alteri eſt, plenè fundatam eſſe neque ulterius extendi, minimè ut jure Juſtinianeo, quæ apud hoſtes Romanorum acciderint, vel exteri inter ſe commiſerint, ad Romanos pertinuerit. Cujus cauſæ patrocinium cum aliquando pro antiqua juris religione ſuſcepiſſem, memini ratione legis divinæ, qua Chriſtiani omnes ſubjecti ſumus, ac cujus tenore percuſſores omnes gladio feriri jubentur, delicta corpus, ut umbram ſequuntur, hanc quęſtioné à Curia Provinciali Hollandiæ, in dubium prolatá & deficientibus poſtmodum petitionibus, tunc indeciſam permanſiſſe. Certi tamé juris pro contraria opinione, hæc apud Romanos fuiſſe videntur, ut dum limites territorijs conſtitutæ ſunt, intra provinciam & provinciæ ſuæ ſubditos quis tantum jus dicat, aliorum negotijs ſeſe non immiſceat, ne civitatum, ſubditorumve jura conturbarentur. Sic Paulus civis Romanus non alibi quam Romæ juſtifican-

a *Per Math. de Afflictis. ſuper lib. 3. feud. v. nota ſecundo n. 8. & 9.*

b *P. l. 3. ff. de officiis præſid. l. 7. §. 3. ff. de interd. & releg.*

ficandus [a], Chriſtus ipſe Pilato [b] (ut cognovit quod de poteſtate Herodis eſſet) Herodi remittendus erat. *Unde & facti ſunt*, inquit Evangeliſta, *Amici Herodes & Pilatus in ipſa die: nam antea inimici erant ad invicem* [c]. Et continuò etiam DD. reſponderunt, ac precipuè Bartholus [d], quando delictum conſtat eſſe commiſſum extra territorium judicis, quod judex poteſt de ipſo cognoſcere, vel ſe intromittere; cum juſta exceptione à judicio removeatur. Ac in quæſtione qua quæritur an reus exceptionem incompetentiæ allegans, eo fundamento quod delictum in alieno territorio perpetratum eſt, abſolvi debeat, Julius Clarus conſuluit, inquirendum prius judici, an ille locus in quo delictum commiſſum fuiſſe dicitur, ſit de ſua juriſdictione. Quam opinionem etiam communem eſſe teſtatur [e], ea ratione, quod de jure delinquentes ibi puniendi ſunt, ubi deliquiſſe convincuntur [f], ut etiam ſecundum Papinianum: *Alterius Provinciæ reus apud eos accuſatur, & damnatur, apud quos crimen contractum oſtenditur; quod etiam in militibus obſervandum eſſe, optimi Principes generaliter reſcripſerunt* [g]. Et ſi delictum in dubio territorio perpetratum ſit, Bartholus, auctoritate nixus Innocentij, inquit, ei coërcitionem criminis competere, qui prius ejus notionem legalem habuit [h]. Quanquam majori tunc fundamento age-

a *Actor. c. 25. v. 9. & ſeqq.*
b *Lucæ, c. 23. v.*
c *d. c. 23. v. 12.*
d *Ad L. 1. §. cum urbem, n. 6. & 7. ff. de offic. præf. urb.*
e *Lib. 5. §. fin. Pract. crimin. q. 38. n. 12.*
f *L. 7. §. 4. ff. de accuſ.*
g *L. fin. ff. eod.*
h *Ad l. 1. §. cum urbem n. 7.*

ageretur ratione domicilij, vel originis. Sed ne delicta maneant impunita, prior ſententia, tanquam pœnę magis conducens, jure pręventionis, invaluit. Alij adhuc inter civitatem fœderatam, & non fœderatam diſtinguunt; quaſi rei criminis in territorio fœderati commiſſi, apud fœderatos, penes quos delictum perpetratum non eſt, puniri poſſint, fundamendo ejus quod dicitur, in paragrapho noſtro finali. *Et fiunt apud nos rei ex civitatibus fœderatis.* Quod tamen ex jure Romano, Julio Claro, Guidoni Papæ, & Bocero diſplicuit, cum deliquentem in una civitate, in altera civitate ſibi fœderata puniri regulariter non poſſe, hi conſuluerint [a], & legi noſtræ refragatur, ubi cum dicitur, ex civitatibus fœderatis apud nos reos fieri, intelligitur ipſo facto in territorio ubi commiſit; non verò ſi alibi deliquerit, quia judex ille apud quem nocitum eſt, iſtius criminis ſolus legitimus vindex exiſtit: niſi ſubditum ſuum, vel qui ſubditum occidit, quis puniat. Nec fœderatus eo quod fœderatus eſt, nocentem punire poteſt, dum lęſio ad ipſum non pertinet; quod clarius adhuc redditur, cum ait Juriſconſultus *Et in eos damnatos animadvertimus*, tanquam de jure civili Romanorum fœderatus animadvertere non poſſit in eum qui in territorio fœderati deliquit, priuſquam à fœderato, apud quem delictum per-

[a] *Iul. Clar. d. lib. 5. §. fin. pract. crimin. q. 38. n. 10.*

pe-

petratum eſt, delinquens damnatus ſit, & antè damnationem, illudendi judicij cauſa, ſibi fuga conſuluerit, quo caſu favore juſtitię ſaluberrimum, quin imò pro rei judicatæ auctoritate neceſſarium, citra læſionem alterius civitatis, eum puniri, puniendumve tradi, qui ex convicto crimine, publico & legitimo judicio pœnæ publicæ addictus eſt. Atque hoc de privatis, præter fœdus extra territorium proprium delinquentibus.

30 Cęterum ſi & contra fœdus quidquam extra territorium (ut fieri plerumque conſuevit) publicè committatur, fœderis violati reos eos fieri, eorum qui læſi ſunt, indubitati juris eſt; cum hac prærogativa omnes poteſtates ſupremæ emineant, ut injuriam ferre non teneantur, injuſtitię arcendę cauſa à Deo ordinati ſint. Et contra fœdus facit, qui dum inter ſe populi conveniunt, ut hoc vel illud inter eos obſervetur, id conatur, quod eorum ſponſioni directè contrarium eſt, & dum lex conventa vetat quidquam fieri, vel non fieri, ſpreta ejus neceſſitate, ea facit, quæ inter ſe vetita ſunt [a]; qui & tunc fœdifragi appellantur, ac pręter punitionem à Deo expectandam, ut fœdifragi ſępius puniuntur [b]. Ipſo actu pœnæ ſe ſubjiciunt eorum, contra quos commiſere, dum omnibus populis liberis, ut memoravi, ac pręſertim fœderatis, jus eſt expiandi per

a Arg. l. 103 ff. de R. I.

b Warem. ab Erenb. medit. pro fœder. lib. 1. cap. 2. n. 127.

Digitized by Google

pœnam, quæ contra fidem datam commiſſa ſunt. Punitio ex violato fœdere ad ſervandum in poſterum fœdus inſerviens, natura cuivis, paribus vel ſimilibus vitijs non laborantibus, libera ſit, ut fœderatos nempè adigãt ad fœderis conſervationem, delinquentes contra fœdus puniant pro jure fœderis, & ſervanda æqualitate; ne in futurum quid tale patiantur ab alijs. Ne prætermiſſa animadverſio contemptum pariat, neglecta coërcitio auctoritaté dignitatemve ejus levet. Et hoc ſive par, ſive impar fœdere quiſquam ſit, cum fœderato indiſtinctè jure majeſtatis propriæ, pro conſervando fœdere, jus competat pariter fœderatum cogendi ad fœderis implementum; tam exercitio conſervationis, quam executione pœnę, in & ad ipſam conſervationem conducentis. Maximè cum perverſa fœderis violatio ad minuendam tollendamve ſocietatem pertineat, & ejuſmodi peccata, quæ directè contra fidem publicam committuntur, puniri debeant, ut ſuadent ipſa ratio, & ratione humanę ſocietatis neceſſitas.

Non tamen omnes contra fœdus egiſſe dicendi 31
ſunt, qui leges fœderi præſcriptas ad unguem vel litteram, ut ajunt, non obſervant, quandoquidem contra fœdus non facit, qui plus facit quam inter fœderatos convenerat, ſed qui minus [a]; cum hæc pro-

[a] *Arg. l. 22 ff. de verb. ſign.*

promiſſa in gratiam ejus cui oneri futura ſunt, adjecta exiſtimantur, ſicuti in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adjicitur [a], cui liberum eam beneficio ſuo augere. Prçterea & magna differentia exiſtit in ijs quç contra fœderis legem, vel in fraudem fœderis facta fuiſſe dicuntur. Ut prudenter inquit Ulpianus [b]: *Fraus legi fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit; Et quod diſtat* ῥητόν ἀπὸ διανοίας, id eſt, *Verbum ab intellectum, hoc diſtat fraus ab eo, quod contra legem fit.* Sic ut ſecundum Paulum JCtum, directè contra fœderis legem faciat, qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem vero qui ſalvis verbis legis, ſententiam ejus circumvenit [c]. Ex quibus id quod contra fœdus fit, quandoque excuſationem meretur puta, ut contra fœdus facere, quis quodammodo coactus ſit: quia neceſſitas in humanis negotijs veniç aliquid adferre ſolet, in quam rem Polybius [d] Acarnanas excuſat, quod imminentis periculi reſpectu, fœderis cum Grçcis in Ætolos initi leges, non impleſſent.

32 Reſtat ut de facto examinetur, quiſnam ſupra fœdus commiſiſſe dicatur. Et ſupra fœdus committere eſt, quod vulgò dicitur; intra terminos ſuæ poteſtatis ſeſe non continere, limites propriç juriſdictionis, jubendo, imperando, vetando excedere: ut in jure eſt, Si *ſupra juriſdictionem ſuam velit*

a *L. 17. ff. de R. I.*

b *L. 30. ff. de legibus.*

c *L. 29. ff. eod.*

d *Lib. 4.*

lit jus dicere,[a] cum regulariter Magiſtratui, ut in alieno territorio jus dicere non licet, jus dicenti, faſces ſuos illicitos extra Provinciam dirigenti, impunè non paretur. Quibus ut pauca addamus, multorum opinio eſt, quod licet ratione contractus vel delicti regulariter quis poſſit conveniri in loco ubi contraxit, vel deliquit[b], id tamen intelligendum eſſe, ſi ibidem reperiatur, ubi deliquit, aut contraxit[c]. Cum nec opiniones deficiant, exiſtimantium, privatum non rectè à foro ſuo declinare. Maximè ſi ex atrociori delicto interpellatus, jus revocandi domum adverſario ſuo oppoſuiſſet, ad judicem ordinarium territorij, ſive domicilii ſui provocaſſet, petitiones æquas ipſi denegari non potuiſſe. Denegatæ autem ſi fuiſſent, judexque loci delicti, ſententiam adverſus eum, non obſtante provocatione, decreviſſet, nullius momenti eam ſententiam fore, nec quidem eàm de jure ſubſiſtere[d]. Et ſupra fœdus ipſo delicto privato graviori, commiſſum eſſe. Ex quo facilè apparet, non ritè Apparitorem extra proprium territorium, cui inſervit, quemquam ſuæ majeſtatis nomine citare, aut detinere poſſe, niſi ipſe Apparitor vinculis mancipari, vel in carcem conjici velit[e]; ſicut aliquando in Brabantia factum fuiſſe Gailius refert[f]; nec ſontes in alieno territorio capere[g], & ſi ceperit, illico

b *L. fin. ff. de juriſd.*

b *L. aſſumptio ff. ad municip. & ibi Bart.*

c *Gail. 2. obſ. 36.*

d *Iob. Fab. in Auth. Qua in provincia. C. ubi de crimin. agi oport.*

e *Arg. auth. cauſa quæ C. de epiſc. & Cleric.*

f *1. Obſ. 56 n. 7.*

g *Arg. l. 3. §. 1. ff. de acq. rer. dom. l. 11. C. de ſerv. nov. 69. c. 4. in pr.*

lico eos etiam de jure dimittere teneatur [h]. Imo ne ſupremi quidem Apparitores Principis qui Dux fœderis eſt, in particularibus inferiorum fœdere territorijs rectè exequuntur, niſi ſic fœdere convenerit, ex convento fœdere Apparitores ſpeciali mandato adſint, & de commiſſione ſua ſcripto docuerint [i]. Quo caſu inſuper populi quidam conſenſum, ſive approbationem ſpecialem in ſingulis cauſis ſibi reſervarunt, quod Gallico idiomate nos *Attache* vocamus; ejus effectus, ut abſque ejuſmodi exhibitione ac documento, nulla ſententia in territorio fœderatorum citra injuriã executioni mandari, aut exequi poſſit. Et ſi auſu temerario quiſquam ejuſmodi ſententiam exequi conatus fuerit, executio talis nullius momenti habeatur. Præterquam quod tales uſurpationes odioſæ ſunt, ad minuendam, tollendamve alterius majeſtatis juriſdictioniſve dignitatem, auctoritatem, nec non auferendum jus, quod alteri competit, adinventę videntur; cum exequendi extra territorium negotii alia media inveniantur, Requiſitoriæ nempè litteræ & Edictalis

33 Citatio: Quarum requiſitoriarum litterarum uſus non ſolum in teſtibus alterius Provinciæ evocandis [k], eorumve depoſitionibus tranſmittendis [l], reis evocandis [m] conſiſtit; Verum etiam à judice condemnante, Judex condemnati, vel cujuſvis territorio

h Jaſon. ad d. l. fin. ff. de Iuriſd.

i L. 1. C. de mandat. princip l. 5 C. de jure Fiſci.

k L. 3. in fin ff. de teſtib. Mynſ. 3. obſ. 40.

l L. 7. ff. quemadm. teſtam. aper.

m L. 12. §. fin. ff. de accuſ.

ritorio inhærere condemnatus poſſit, rogetur, latam ſententiam, ut exequatur[o], qua rogatione omiſſa, executionem quamlibet nullam eſſe de jure Doctores cenſent. Rogatione autem facta, eademque negata, omiſſa, vel neglecta, adverſus judicem deficientem, aut ejus ſubditos, repreſſaliarum juri locum eſſe Jaſon & Zazius auctores ſunt[p]. Et in territoriis particularibus uno eodemque Preſidi ſubjectis, juxta Matheum de Afflictis[q], ſic obtinet: Ut ſi judex, ubi commiſſum delictum eſt, ſcribat judici alterius Civitatis, ut reum exterum comprehendat, & remittat, hoc teneatur facere ſub pœna privationis officii[r], niſi ſpeciali privilegio Cives juriſdictionis ſuæ exemptos eſſe ab hoc jure communi docuerint. Quod ad petitiones cujuſdam Officiarii à Prætore Amſtelodamenſi, ex conſilio Senatus urbis præpotentiſſimæ, ſic reſcriptum fuiſſe mihi conſtitit[ſ]. Cæterum tamen quid in caſu repulſi agendum ſit, multis dubium, atque Imperatoria deciſione dignum, cum videretur, reſpondi Præſidem Provinciẹ noſtræ, tanquam communem Judicem, & generale jus, in cives atque incolas omnes habentem, adeundem. Quod & fieri debere, ſi reus in aliena Provincia degat, illa Juſtiniani evincunt, ubi inquit: *Si compertum fuerit reum in aliena Provincia degere, Præſidem ejus Provinciæ in qua delictum*

o Arg. l. 12. §. pen. l. 15. ff. de reb. auct. jud. poſſid.

p Ad l. fin. ff. de juriſdict. & in l. 15. ff. de judic.

q Super lib. 3. Feud. v. nota ſecundo. n. 8. & 9.

r L. 2. C. ubi de ration. ag. oport.

ſ Anno 1644. Febr. 15.

tum admitti contigerit ſcribere, debere ad judicem Provinciæ ubi reus commoratur, ut reum comprehendat, & ad ſe tranſmittat puniendum [a], conſtituta itidem pœna trium librarum auri, ſi eundem tranſmittere neglexerit, vel etiam ſi propter lucrum delinquentem non tradat, ſpoliatus cingulo in exilium mittatur. Et hoc in imperio Romano jam adaucto ſic obſervatum, cum Pręſides varii, ac judices diverſi, uno eodemque Domino atque Imperatori inſervirent. In cæteris verò per litteras requiſitorias, ſive rogatorias in atrocioribus delictis [b], ubi exemplo opus eſt [c], reorum tranſmiſſio ad locum delicti [d] erat neceſſaria, cum alias puniri non poſſet per judicẽ loci delicti, niſi in diſtrictu ipſius reperirẽtur, aut remitterentur [e]. Nec remitti à judice domicilij, niſi ad id ſpecialiter requiſitus eſſet [f]. Et hoc non niſi in judicijs ex delicto criminaliter inſtitutis; quandoquidem in judicijs civiliter intentatis, quantumvis gravibus, nullus remiſſioni locus reperitur [g]. Illud inſuper addito, ut & in cauſa criminali, judex domicilij, indubitatam delicti probationem nanciſcatur [h]. Quo inſequuto non niſi precario adhuc jure amicitiæ, vicinitatis, atque benevolentiæ, & quidem ſub antigrapho, ſive litteris reverſalibus magiſtratus, ſeu Principis, tranſmiſſionem petentis [i], hęc concedi, in locis quę uni domino, aut Principi

a Nov. 134. c. 5.
b D. l. 7. §. fin. ff. de accuſ.
c L. 6. in fin. ff. de cuſt. reor.
d D. l. 7. ff. eod.
e C. paſtoralis. de ſent. & re jud.
f D. Nov. 134. c. 5. Guid. Pap. quæſt. 202
g Covarruv. pract. qu. c. 11. n. 7.
h Guid. Pap. qu 202.
i Gail. de PP. c. 16. n. 31.

cipi non ſubſunt, æquum, & in praxi quotidiana receptum eſt [e], cum par in parem nullum imperium habeat, atque is qui alteri non ſubeſt, minimè ad deditionem impelli poſſit. Et hęc non admitti adductis in eam rem rationibus in Ducatu Burgundiæ, nec in Italia aſſerit Chaſſaneus [f]. Quin imò cum exterus quidem ſeſe in hac Provincia injuria affectum quęretur, & Daniæ Rex injuriantis deditionem petiiſſet, à Curia Provinciali reſponſum, cives noſtros ut liberos, alterius juriſdictioni ſubjectos non eſſe, ſi verò quiſquam adverſus aliquem cauſam diſceptari vellet, forum rei ſecutus, actionibus experiretur, nec juſtitiam defuturam. Forum noſtrum minus juſtum nunquam adverſus peregrinos, quam cives extitiſſe. Atque hujus juris nos religioſiſſimos ſemper apparuiſſe illa evincunt, quæ de non evocando inter Populum & Principem conventa, aut à Principe extero nobis data Privilegia in confeſſo ſunt, de quibus ſuperius plura dixi. Alter modus extra Provinciam citandi legitimus per Edictum eſt [g], quo quis tuto, in locis alieno territorio finitimis, liberum aditum non præbentibus, in caſu neceſſitatis aliquem clara voce, tuba, vel alio quovis modo, publicè citat, dum aliter citari non poteſt, ſui copiam adverſario non præbet, vel incerto domicilio vagatur [h]. Qui ut citatus

e Boër. deciſ. 29.

f Conſ. Burg. rub. 12. n. 6.

g L. 68. & ſeqq. ibi DD. ff. de judic.

h Gail. 1. obſ. 57.

citatus, intra legitimum præfixumve tempus non apparet, pro contumaci vulgò habetur, ac contra eum tanquam contumacem proceditur [a]. Et cum hęc extra territorium proprium citandi media non minus æqua, quam juris gentium moribus conſentanea ſint, merito ſuſpectę habentur novitates omnes, quæ præter hanc communem citandi formam prorumpunt, ac facilè tranquillitati publicæ moleſtias ingerunt, dum extra territorium illicitè citando, jus dicendo, juriſdictionem exercendo, alterius majeſtatem offendunt, lædunt, & dum læſioni medicinam læſus quærit, variis actionibus, puta de vi publica, de ambitu, injuriarum, & ſimilibus ſe rerum novarum machinatores, tanquam privati in alieno territorio, ſubjiciunt [b], ita ut violatores alienę juriſdictionis, pœna fractę pacis quoque teneri Weſembecius [c] voluerit. Atque hæc dixiſſe ſufficiat quomodo ex facto & commiſſo rei fiant ex civitatibus fœderatis.

[a] Clem. 2. de Jud. & per Iohan. Imol. in l. Qui antè Calendas ff. de verb. oblig.

[b] Gail. de PP. c. 16. n. 29.

[c] In parat. ff. de injur. n. 6. in fin. & ff. de juriſd. n. 13.

CAP. LXX.

FIUNT JURE REI.

1. *Quomodo jure quis reus fiat alterius civitatis.* 2. *Ex facto orto.* 3. *Ex natura fœderis.* 4 *Salva tamen inferioris majeſtate.* 5. *Cliens fit reus læſę majeſtatis*

patroni ſui. 6. An patronus vaſalli clientiſve legitimus judex ſit. 7. Feudi controverſia à feudi Principe deciditur. 2. Jure æquitatis rei etiam fiunt. 9. Pœnam Patroni, clientes deſertores timent. 10. Æquitatis jure Principi Princeps ſuccurrit. 11. Deus ambitioſos deprimit, ſuppreſſos liberat. 12. Ex conſuetudine & præſcriptione alterius territorium quiſquam libere ingreditur. 13. Et Privilegio. 14. Populus contra Principem juris retentæ executionem habet. 15. Populus juſtè quædam jura ſibi reſervat, ac tuetur. 16. Reges qui ſub Parlamento ſunt, Parlamento ſubjecti habentur. 17. Præcipuè ſi ſe expreſſè ſubjecerint. 18. Lex Regia majeſtatem non minuit. 19. Libero populo in ſe ex abuſu jus eſt. 20. Princeps liberum populorum alienare non poteſt. 21. Nec liberè populi ditionem. 22. Nec ditionis partem. 23. Nec juriſdictionem. 24. De ſucceſſione in imperio electivo, nihil per ſe rex agere poteſt. 25. Nec patronus patrocinij jure populo officere.

Præterea & jure quoſdam reos fieri ex Civitatibus fœderatis ſuperius notavi; nempè, ex ipſo facto prorogationis, ſtipulationis, actionis motæ, commiſſi principio; atque inſuper jure proveniente ex natura fœderis, ex æqnitate, uſu, & conſuetudine. 1

Quod

2 Quod primum attinet, cum factum ejus naturæ ſit, ut in omni cauſa poſito facto jus poſitum reperiatur [a], facilè elucet, quemvis ad implendam facti conditionem teneri; cui ſe expreſsè, tacitè, obligavit, idque omni jure, quo illud quod inter duos pluresve placuit, indubitatè obſervari convenit. Puniri jubetur quod contra naturam humanam alteri illatum eſſe probatur, ſecundum ea quæ paginis ſuperioribus in eam rem deducta ſunt.

3 Ad jura igitur ex natura fœderis provenientia tranſeamus. Et conſtat fœdus per ſe juriſdictionem non tribuere, nec Principem externum, ſocios ſociorumve ſubditos rectè punire, niſi id expreſsè cautum, vel per conſequentiam quandam manifeſtum ſit; ut cum alter alterius majeſtatem comiter conſervare tenetur, ac proinde hic illo ſuperior, alter alteri inferior eſt: maximè quoad fœderis aut patrocinij executionem, quia in his pro conſervando fœdere, pro defenſione, ac protectione ſtipulata, patrocinij jure omnia protectori injuncta eſſe intelliguntur, ſine quibus id omne quod ad ejus conſervationem pertinet, expediri nequit [b]. Nec enim quis commodè defenderetur, ſi non hinc inde in protecti & protectoris territorio commeandi & remeandi libera poteſtas eſſet [c]. Quod argumentum in materia odioſa & ſtricta etiam obtinere Docto-

a *L. Si ex plagis 52. §. 2. ff. ad L. Aquil.*

b *Arg. l. 2. ff. de juriſd. l. 4. ff. de itin. & act. privat. Bald. in l. 17. n. 11. C. de procur.*

c *Everb. in Topic. à conceſſ. anteced.*

res volunt [a]. Attamen non ulterius quam ut patrocinio ſuperioris inferior defendatur, cum citra de- 4
fenſionem protector in perſonas, & res fœderati jus nullum habeat, ne Civitatum jura, inter quas Societas eſt, conturbentur, confuſione legum, placitorum, juriſdictionis confuſione inter ſe miſceantur. Quare nec leges, edicta, vel ſtatuta Principis aut populi protectoris, extra territorium diſponentis, ad exteros, exterorum ſubditos, vel bona eorum qui in fide ſuperiorum ſunt, extenduntur [b]. Non magis quam ſi non eſſent in fide [c]. Hoc tamen 5
quoad perſonas ſervato, ut cum fœderati variæ ſortis ac conditionis ſint, alij Superiores, alij inferiores, alij pares, ſi inferior, vel ſubditi inferiorum, contra ſalutem populi regiſque, cujus majeſtatem comiter conſervare tenentur, quidquam delinquendo commiſerint; ex Boërii reſponſo [d] rei lęſæ ſuperioris majeſtatis fiant. Quod in paribus, aut ſuperioribus, reſpectu parium, inferiorumve aliter obſervatur; cum hi ſimpliciter rei, non autem majeſtatis lęſæ rei dicantur: quia majeſtatem nullam niſi propriam agnoſcunt, nullius faſces niſi proprias venerantur. Sed an patronus, ſi qua inter 6
Clientem & Vaſallum exiſtat controverſia, de ditione quæ in illius patrocinio eſt, cognoſcere & pronunciare poſſit, variè dubitatum; exiſtimantibus

a Cravett. conſ. 402. num. 6. & Conſ. 443. n. 10 Boër. cap. 1. quid ſit Majeſt. crim. n. 29 pag. 22.

b Myrſ. 5. obſ. 19.

c Herald. de rer. judic. auctor. lib. 2. cap. 16.

d C. 1. quid ſit Majeſt. crim. n. 44 & 45.

bus aliis, Clientis cauſæ cognitionem ad tribunal patroni non magis quam ipſam ditionem pertinere, quaſi cliens ſummo, & optimo jure ditionem ſuam poſſidens, nullius mortalis judicio ſubjectus ſit, ſolius Dei gratia poſſideat id quod poſſidet; & obinde ei ratione juriſdictionis cum patrono nihil commune eſſe, nec ex poſtulata tutela aliud conjici, quam ut patronus adverſus vim externam clientem protegat, cliens protegentis auxilio & ope, contra omnem perverſam machinationem, utatur; non verò ut Patronus clienti judex ſit. Quibus obſtare aliis videbatur, cum cliens ſibi ipſi jus dicere non valeat, nec poſſit, Patronum elegerit, qui magis prodeſſe juſtis, quam iniquis ditionis controverſiæ dominis debeat, apud eundem quæſtionis motæ nodum decidi debere; quaſi magis cum juſto domino, quã perſona contractum videatur. Cujus genuina rei deciſio ex ijs petenda, quę de fœderum objectis perſonalibus, & realibus ſuperius à me prolata ſunt. Dum tamen conſtat, Senatum Romanum generaliter, ſi qua in re Inferiores inter ſe diſſentiebant, motarum controverſiarum cognitiones, vel ad propriæ Provinciæ Civitatiſve Proceres, vel ad Patronos ipſos inferiorum continuò remiſiſſe.

7 Cæterum tamen ſi de ſolo feudo controverſia

Digitized by Google

oboriatur, communem feudi judicem litigantes eum agnoſcunt, à quo feudi initium eſſe cæpit, & qui feudum territorio ſuo univerſali incluſum habet. Hæc enim gratuita conceſſio, cum à nullo alio dependeat, quam ab ipſo Principe, ſive Majeſtate populari, omni æquitate convenit, ut ab his lites ejuſmodi componantur, qui certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis ſuæ, has citra præjudicium alterius cujuſdam, ex pacti initi natura, in proprio territorio & quoad jus, ac juris executionem dirimere poſſunt. Quod etiam locum habet, ſi de parte aliqua feudi regalis, controverſia moveatur: nam qui in toto, ille & in parte totius judex eſt; ſi modo conſtiterit, partem controverſam Principi ſubeſſe, ubi inſtituta actio eſſe probabitur.

a L. 1: ſ. ait præter & ibi Brun. ff. ne quid in flum. publ. 7.

Porrò jure æquitatis quemvis reum alterius Civitatis fœderatę fieri, certum eſt. Æquitas enim per ſe conſtans & immota, neminem injuria affici patitur, nemini permittit ut alium non jure offendat, vel quiſquam ea faciat, quę omittenda fuiſſent. Quocirca repetundorum, reſtitutioniſve judicio, nec non gladio ultore quiſquis utitur, non tantum ob injurias in ſe, ſubditoſve ſuos commiſſas, ſed & ob eas, quę ad læſam majeſtatem propriam propriè non pertinent; Puta, inquit excelſi ingenij Grotius, ſi jus naturale, ſive Gentium immanè aliquis 8

viola-

violaverit. Et ſi Civitas aliqua crudeliſſima decernat ſcelera fieri, proculdubio decernente genere humano evertenda foret. Et ſic ſecundum Auguſtinum de Civitate Dei [a]. *Iuſtiſſimum bellum eſt in belluas, proximum in homines belluis ſimiles.* Quibus illud Senecæ quadrat: [b] *Cum cervices noxios præcidi curabo, eo vultu animoque ero, quo ſerpentes, aliaque animalia percutio.* Libertas enim humanę ſocietati per pœnas conſulendi, quæ initio, ut dixi, penes ſingulos erat, civitatibus ac judicibus inſtitutis, ſummis poteſtatibus æquo jure propria facta fuit, non quatenus alijs imperant, ſed qua nemini parent, quandoquidem ſubjectio alijs id jus abſtulit. Quocirca delicta contra fœdus, contrá ſocietatem humanam commiſſa, perſequi Civitatibus, eorumve Rectoribus jus eſt. Nec Civitas apud quem nocens degit, illud

9 jus impedire debet, ſi peccator privatus ſit. Si verò publicè commiſſum, vel clientes injuſtè à patrono defecerint, & in hoſtium numerum ſe contulerint, ut inquit Paulus Juriſconſultus [c], publicam vindictam quiſquis extimeſcat. Sic Carolus IX. Galli Rex Verodunos, Metenſes, Tullos, in Provinciæ formam quodammodo redegit, cum allatum eſſet, clandeſtinis conjurationibus id agi, ut Hiſpanos in urbem intromitterent. Auguſtus, vectigales omnes fecit, quos ſua libertate videbat

ab-

[a] *Lib. 5.*
[b] *Lib. 2. de ira.*
[c] *L. 5. §. 1. ff. de capit diminut.*

abuti [a]. Licet alijs ambiguum fuerit, num cliens ob rebellionem libertate privari poſſit, nec ne [b]. Et hęc æquitas, ut dixi, etiam extra particulare & proprium intereſſe operatur; cum Princeps admonere, punire poſſit hoſtes, & rebelles majeſtatis fœderatæ, nec non in inimicos amicorum ſociorumve ſuorum, qui fœderati ipſi non ſunt, animadvertere. Sic Syllæo Arabum Regi minatus eſt Auguſtus, ni injurijs in vicinos abſtineret curaturum ſe ut ex amico ſubditus fieret. Antiatibus præceperunt Romani, ne in Græcos, utpote Italorum cognatos, piraticam exercerent. Maximè ſi id, in ſpem boni exitus, abſque ſubditorum incommodo, fieri poſſit, dum ſuccurrens perituro præſit, ne & ipſe aliorum injuria opprimatur. Cum alioquin optimo Principi conveniat, prius ſalutem propriam intueri, quam inconſulto, & ſæpiſſimè magno Reipub: periculo ſe aliorum quęſtionibus immiſcere; niſi aliter fœdere expreſſum ſit. Regulariter tamen cum natura cognationem quandam inter homines conſtituerit, homo in hominis auxilium, adjutorium mutuum, ut inquit Seneca, [c] generatus eſt, opem in neceſſitate à ſuo ſimili deſiderans, ei confidens, & in eo tanquam centro, ac portu ſuo requieſcens, poſt propriam cauſam, ſociorum aliorumve defenſionis, vindicationes arripiuntur. Quemadmodum egregiè

a *Sueton. in Auguſt.*

b *Bodin. 5. de repub. c. 6.*

c *De ira lib. 1. cap. 7.*

Digitized by Google

giè in eam rem cecinit Euripedes in Supplicibus de perfugio afflictorum ſic perhibens:

Præbent Saxa perfugium feris,
Araque famulis, urbibus preſſis malo
Tutamen urbes.

Ac puniendum alij hunc putarunt, qui cum ſine
ſuo damno poſſit, ab alio malum non avertit. Qua-
re Cicero: *Qui non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt injuriæ,*
tam eſt in vitio, quam ſi parentes, aut patriam, aut ſocios
11 *deſerat.* Sed illud auxilij jus an adeò generale ſit, ut
indiſtinctè arcendæ injuriæ cauſa, ad ſubditos alte-
rius majeſtatis etiam extendatur. Nempè ut adver-
ſus Principem ſuum, per externas poteſtates adju-
ventur, arbitrio Dei omnipotentis relinquo, qui ut
orbem in varias partes diviſit, territorijs fines con-
ſtituit, in ſui honorem regnis ortum & occaſum
præſcripſit. Pro regum populorumve juſtitia injuſ-
titia, fortes gigantes excitando, hunc ſolio deponit,
illum limitibus in infinitum extenſis, mirum in
modum, mediis quandoque tenuioribus, ingeniis
noſtris incomprehenſibilibus, adornat. Et hinc
quod vi contra reges, bono ſucceſſu, factum fuiſſe
proponitur, in admirationem providentiæ divinæ
id permittentis, promoventis, cædit, non ut hoc
quiſquam ſuæ ſapientiæ adſcribat, vel in eo per po-
teſtatem ſuam glorietur.

Sunt & qui ex conſuetudine & præſcriptione jus 12
perſequendi facinoroſos in alieno territorio metiantur; contendentes hanc conſuetudinem de jure valere, cum conſuetudo non minus quam lex juriſdictionem tribuat ordinariam [a], imò etiam merum imperium [b]. Atque ea quæ Principis conceſſionem admittunt, qualis eſt juriſdictio, præſcriptioni etiam ſubjacere, dummodo lex & conſuetudo in jure æquiparantur [c], hæc illa ratione ſuperetur. Nec novum, ut conſuetudo inducta contra legem ratione ſubnixam, rationi, licet alio reſpectu, conveniat, ut in caſu accidit, ubi jus perſequendi facinoroſos in alieno territorio obtinet; nam licet ſummo jure, invito alio, territorium alterius ingredi, extra provinciam jus dicere, prohibitum ſit, attamen ne delicta maneant impunita, facinoroſi indefeſsè perſequantur, alia ratione, conſuetudine corroborata, alijs in locis magiſtratui etiam civili, contra pacē publicā effenſo, extra proprium territorium, offendentē perſequi, & eo loci ubi eum apprehenderit juri ſiſtere, permiſſum quibuſdā videtur [d], ſecundum ea quę ab Impp: Arcad. & Honor: [e] alibi proponuntur, ut nempè: *Comprehenſus non expectata ejuſdem judicis notione, ſub quo per ambitum cæperat militare, audiatur; Manifeſtarumq; rerum probatione convictus eorum ſocietati, quos declinaverat, aggregetur.*

a C. cum contingat, & ibi Panorm. n. 5. X. de foro compet.
b P. l. cum pretor. 12. § leg ff. de iudicijs.
c L. de quibus ff. de legib. l. Magiſtratus ff. ad municip.
d Gail. lib. 1. de PP. c. 16. nu. 26. Mynſ. 2. obſ 28.
e In l. 1. C. ubi quis de Curial. vel cohort. conv.

Et

13 Et privilegio jus perſequendi nefarios in alieno territorio concedi poſſe, dubitationem non recipit, præſertim cum id exemplo Lubecéſium confirmetur, quos iſto jure gaudere Cranzius recenſet[a], idque citra præjudicium libertatis, quæ in honeſtis actionibus lædi non ſolet, quales ſunt, facinoroſorum perſecutio, punitio, eorum quę tacitè, expreſsè contrahuntur obſervatio. Cum nihil humanę ſocietati tam contrarium ſit, quam proximum lædere, lędentem impunitum relinquere, in contractibus fidem fallere, contractus legem violare, quæ inter mortales tanquam vindex injuſtitiæ verſatur, tanquam ſacra ſalutis anchora amplectitur.

[a] 13. *Vand.* c. 27.

14 Qua occaſione etiam populi pro ſua tranquillitate Regem deſiderantes, humanam tamen dominandi libidinoſam voluntatem ſuſpectam habentes, ad hanc divinarum humanarumque actionum reginam, puta legem confugiunt, cum inter Principem & Populum de imperio inſtituendo, conſervando legibus convenitur. Et ſic Parlamentum & Princeps eligendus cum de adminiſtranda republica contrahunt, ut hoc noſtro ſęculo, & à longis annis in orbe Chriſtiano fieri conſuevit, alter ſe alterius fide obſtringit, intra quam ſeſe mutuo teneri volunt, paciſcuntur; ac lege lata tacitè, expreſsè ſe tranſgreſſæ conventionis vindices ab utraque parte

conſtituunt, ut eo melius conventum ſervari poſſit. Hæc ad facti veritatem ut referam, notabile exemplum in Batavis eſt, ubi his populis ſæpius promiſſum, *Mores antiqui, legeſque ſanctæ ut ſint; eas contra ſi quid Princeps decreverit, nemo decreto teneatur.* Atque inſuper juret recipiendus Princeps ſe omnia jura, privilegia, indulta, omnes imperij leges firmiter & inviolabiliter ſervaturum, ne in perpetuum infringantur per ſe, vel per alios minuantur procuraturum, violata ſi fuerint reſtiturum, & ni ea faciat populum abſolutè liberum fore. Quemadmodum in præcedentibus latius oſtendi. Et hoc quoad ea quæ pactis expreſsè inſerta ſunt, ſufficiant. In cæteris etiam quę expreſſa non ſunt, præſumptioni, atq; obligationi quæ tacitè ineſſe quibuſdam contractibus probatur, locus erit, ſi nempè appareat eam mentem contrahentium fuiſſe, licet apertis verbis id idem expreſſum non ſit, cum tali caſu par virtus taciti & expreſſi ſit,[a] atque illud quod tacitè intelligi poteſt, pro expreſſo habeatur[b]. Si etenim pacta conventa inter ſe ſtrictè obſervari non voluiſſent, pacto opus non fuiſſet. Si alter alterius fidèm indiſtinctè probatam haberet, nullius momenti conventio exiſteret. Et quemadmodum jure civili judiciorum tutela, juſtitiæ vigor in medio Civium contendentium poſita eſt, ne quis ſibi propriâ permittat

[a] *Argum. l. cum quid ff. ſi cert. petat.*
[b] *L. fideicommiſſa §. ſi filio. ff. de leg. 3.*

mittat ultionem, ſic inter contrahentes qui Superiorem non agnoſcunt, lex eſt, & ex lege ultio ejus rei, quę injuſtè Regi vel populo præter, contra vel ſupra pactum illata eſt. Quippè cum ambo pares ſunt, Superiorem non agnoſcant qui judex in terris inter eos ſit, ſimul tanquam Imperij ſocij rempub: adminiſtrant, ejuſque libertatem ſartam tectam ab utraque parte, obſervare tenentur, is naturali jure vindex exiſtit, qui lęſus eſt. Is Superior evadit, qui legis authoritate fretus, legis juſtitia auctus, ſe legemq; contra fidei deſertorem, populi Tyrannum opponit, ut ad conſervandam legem eum cogat, vel alioquin audeat, quod neceſſitas libertatis tuendæ, ac reipubl: ſalus flagitare videbitur. Præterea populus quando contrahit cum Principe eligendo, nondum tamen electo, non tanquam cum rege, ut rege, ſed alio quodam privato contrahit. Quamobrem & quæſtio inter Populum & Principem mota, de his rebus quę in ſtipulationem deductæ ſunt, ex jure iſto, quo antè electionem ſucceſſionemve electus utebatur, decidi debet, quo pares erant; ſi non, quod Parlamentum tunc majus vel ſuperius Principe poſtmodum electo, cenſeri debuit; per ſe qualificatum, ut ſummo jure, omni meliori modo, pactum conventum pro populo, cujus vices gerebat, defendat. Non ut ſuam ſed populi rem com-

Digitized by Google

munem. Non ſuo, ſed populi imperio, à quo & Parlamentum poteſtatem omnem non in abdicationem, patiendamve juris ſui ſuppreſſionem, ſed conſervationem juris univerſi accepit, cui etiam præſtito juramento publico, ſe conjunctim, ſeparatim, obſtrinxit. Et in caſu paritatis vulgò ſic conſtituitur, ſi duorum dominorum commune ſit imperium, atque unus contra alium committat, committenté quidem regulariter puniri non poſſe, per regulam paritatis, qua par in parem imperium non exercet, ſed Superiorem in fœdere, aut alium quendam adiri debere, niſi enormè delictum, vel delicti conſequentiá talis ſit, ut propter exemplum moram nullam patiatur; quia tunc concluditur, delinquentem etiã per conſortem punire poſſe, dummodo hi qui contendunt certi Status ſint, licet nec ipſi de ſe interim certi ſunt; idque pro ſingulari Juriſconſulti Ulpiani limitatione[a], qua admittitur, ut quotiès periculum eſt in mora, licitè à juris communis regulis recedatur, ut imminenti periculo celeri reformatione obvietur.[b] Ut puta ſi latro manifeſtus, vel ſeditio prærupta, aut factio cruenta oboriatur, tunc enim non ſolum Proceribus, ſed & Præſidi, præveniendi periculi cauſa punire permittitur[c]. Item & qui contractui aut promiſſioni dolo, vi, aut metu cauſam dedit, tenetur eum, cum quo

a In l. ſi quis filio exheredato 6. §. 9. in fin. ff. de injuſto rupt. & irrit. fact. teſtam.

b L. de pupillo §. ſi quis rivos verſ. preterea ff. novi oper. nunciat. & in l. 1. ff. de dam. infect.

c Gail. arr. 3. nu. 18. & 4. n. 7.

quo actum eſt, in integrum reſtituere, & facinoris ſui pœnas, ab eo qui nulli ſubjectus eſt, pati. Quemadmodum etiam Proceres Populi liberi eum in finem per populum conſtituuntur, ut in Legis tranſgreſſores animadvertant, populus non decipiatur, decepti reſtituantur, nemo cogatur, omni coactioni reſiſtant, cogentem depellant; & ut uno verbo: *Ne quid detrimenti capiat Reſpublica.* Idque pro vetuſta conſuetudine, qua Imperatores à Senatu hoſtes judicati fuerunt, quorum pœna fuit ut cervix inſereretur furcæ, corpus eorum virgis ad necem cederetur[a], vel ad minimum infamia, dignitatiſve depoſitione hi notarentur[b]. Quemadmodum in Germania Imperatorem quondam ex homicidij, ſtupri in virginem commiſſi, ſocordię, negligentię, & perjurij crimine, ab Electoribus Imperij faſtigio dejectum reperimus; dummodo generaliter ſuſtinent ex eligendi libera poteſtate, ſibi jus cogendi ad legis implementum competere; ut & niſi Imperator leges Imperii obſervet, Electores eum ſolio deponere, aliumve ei ſubſtituere poſſint, cum ejus ſit deponere, cujus ęligere[c], & qui habet jus conferendi, itidem ei jus deſtituendi obtineat, ut quem Regem populus conſtituat, eundem juſta de cauſa à regimine liberet. Hoc ex natura contractus, illud ex naturali libertate; quæ cum ipſa virtus ſit, ab.

[a] *Sueton. in Neron. c.* 45.

[b] *Arg. l. 8. in pr. ff. de pœnis.*

[c] *Arg. l. 32. ff. de re judic.*

ab omni injuſtitia abhorrens, dictat neminem, ne quidem Imperatorem, jus alteri quæſitum auferre, nec à contractibus ſuis pro libitu reſilire poſſe, notiſſimis juris regulis, quod *noſtrum eſt, ſine facto noſtro auferri nobis non debet. Nihil tam naturali æquitati convenit, quam quæ ſemel placuerunt ſervare.* Quod vel maximè obtinet in Principe [a]. Imo & in fœderibus cum gentilibus alijſve ex fide data percuſſis [b]; quemadmodum Juſtinianum, fœdus cum Perſis initum, obſervaſſe conſtat [c]. Et hoc ut pactum cum Populo, aut populi nomine cum Principe conventum, ad amuſſim obſervetur; ita etiam ut contrarium faciendo contraventor contraventoreſve, Rex aut Parlamentarij, ipſo jure ex commiſſo, fundamentalium regni conſtitutionum ſubjiciantur. Suo opprobrio, tacitè juriſdictionem juriſdictioniſve exercitium plenarium læſo tribuant, qui pro defendenda in perpetuum lege coram populo univerſo, ad hoc invocato Dei auxilio, præmeditate, maturo conſilio, & ſolenniter quidem juravit pacta conventa ſe ſervaturum, & ut ſtrictè obſerventur, ſe procuraturum.

a Faber. in C. deſin. forenſ. lib. 3. tit. 22. deſin. 12.
b L. 2. C. de offic. Præf. prætor. Orient.
c Petr. Gregor. repub. lib. 8. c. 8. in fin.

Et cum quædam negotia eſſe poſſint à quibus regis judicium excluditur, qualia olim apud Hebræos, cognitio de Tribu, de Pontifice, de Propheta ad Regem non pertinebat [d]. Vel etiam, ut ſine 15

d Grot. de jure belli, lib. 1. c. 3. n. 20.

pro-

Digitized by Google

procerum conſenſu, in rebus quibuſdam arduis, parlamentorum cognitioni, aſſentioni ſpecialiter reſervatis, Princeps ſolus nihil agat, aut ſtatuat, durum prorſus, naturali juri ac gentium moribus contrarium foret, erroneam opinionem ad fallendum, & Principem ad injuriam excitandum proclivem fovere, Regem his legibus non teneri, & dum eaſdem non obſervat, ad obſervationem ſolennis ſtipulationis, ſubjectionis jurejurando firmatæ, (quæ ſubjectio quoad id quod promiſſum fuit, ex ipſo promiſſo & inveſtitura ſubſequuta elicitur) impelli minimè poſſe. Et minus rectè, retenta populo jura, per populum, qui eorum tuendorum jus non abdicavit, non abdicando ſibi reſervaſſe ea intelligitur, donec aliud probetur, par Parlamentum, populumve injuſtè tueri. Cum quod naturaliter ad arcendam injuriam nati ſumus, jus reſiſtendi indiſtinctè adverſus omnes alios habemus, qui pacta conventa, ut ſibi proſint, alijs noceant, illudere conantur; tum etiam quod ea facere non tenemur, quæ naturali æquitati, qualis eſt conventi ſervatio, vel divinis præceptis contraria ſunt. Sic oppoſitiones adverſus immanes Principum ſævitias, quales ſunt ſtatutorum injuſtæ abrogationes, mutationes, Privilegiorum, Meritoriorum violentæ everſiones, conſcientiarum humanarum impoſitę ſervitutes,

Digitized by Google

ſæpiſſimè obortæ ſunt. Quæ niſi aggreſſionis, ſaltem conſervationis, defenſioniſque ſui jure juſtiſſimæ erant. Pro eo quod conventum prius erat, & per conventionem obſervabatur, vel obſervari debebat, inſtitutæ. Et ſic David legis divinæ obſervantiſſimus in proſecutione ſua viros armatos quadraginta ſibi aſſumpſit[a], ac deinde plures[b], proculdubio in nullum alium finem, quam ut vim vi repelleret, damnum & injuriam Saulis à ſe averteret, propulſaret.

a 1. Samuel. c. 22. v. 2.
b 1. Sam. c. 23. v. 13.

Et maximè hoc tam defenſionis quam oppoſitionis jure in his Dynaſtis obtinet, qui generaliter ſub Parlamento, vel populo ſunt, vel in quos populus lege regia poteſtatem quidem omnem tranſtulit, ſed caſibus quibuſdam exceptis, libertatē priſtinam (conſervando quædam ſacro ſanctè, tanquam in alijs admodum lædi non poſſint) ſibi retinuit. Et hujuſmodi Principes ſi legibus à populo præſcriptis non obediant, rempubl: hoſtili ferocia, in odium iſtarum legum, invadere conantur, pro retento jure, & conſervandi ejus juris Majeſtate, non tantum ut ab inceptis deſiſtant admoneri, ſed pro reipubl: neceſſitate etiam ſeverius in eos animadverti poſſe, exemplo Pauſaniæ regis Lacedemoniorum, comprobatum eſt; ubi 16

Regem ad ſupplicium præſenti morte repoſcunt.

Id-

Idque per eos, qui dum ad conſervandam Rempubl: Principem elegerunt, indubitanter probant, Principem verè hoſtili animo, tanquam privatum (nam hæc in Principem qua Princeps non cadunt) ſe ad Parlamenti ſuppreſſionem, legum conſtitutarum oblivionem, Populi liberi, cui præpoſitus erat, ſubjectionem, armaſſe. Sic ubi Rex vel Princeps partem tantum ſummi imperii liberam habet, alteram verò Populus, vel Parlamentum ſibi reſervavit, liberum in violatorem, partem non ſuam opprimentem, jus conceſſum violato credatur, ut ſeſe ejus injuſtitiæ opponat, omni oportuni medio jus retentum conſervet. Cum eatenus imperium alteri conceſſum non preſumatur, ut Rempub: invito populo invadat, ſed potius eandem adverſus omnes in omnibus protegat ac defendat. Et electo Principe, populum, ſive populi Principes, quos alii Proceres, alii Parlamentarios appellant, nihilominus libertatem publicam omnino poſt delatum Principatum retinuiſſe, exinde patet, quod plurimi diſcordiis inter eos ortis, validè cum electo Principe de pace publica in Principatu reducenda, contrahant. Qui Contractus nullo modo conſtaret, nec effici quidem potuiſſet, niſi populi, populorumve Proceres, ſaltem quoad cauſas controverſas, liberi permanſiſſent, ac libertatis jure ad contrahendam ha-

Digitized by Google

biles judicati fuiſſent. Ac præcipuè Populi hoc 17
jure gaudent qui (ut jus pactis augetur, minuitur)
pacto inter ſe regemve conſtituerunt, ſi Principes
peccent in leges regias, ſive Rempubl: non tantum
eos vi depelli, ſed & morte puniri poſſe. Vel in ip-
ſa imperii delatione ſtipulati ſunt, ut niſi hoc, vel
illud Princeps efficiat, populus omni in eum obe-
dientiæ promiſſo ſolvatur, vel etiam cautum ſit, ut
ex eo, quod contra promiſſum timebatur eventu,
Principi reſiſti poſſit; quia & tunc aliqua libertas
naturalis, exęmpta regio imperio, retinetur, & quo-
ad id quod reſervatum eſt, Princeps non tanquam
Princeps, ſed velut perſona privata conſideratur.
Atq; hujus generis vetuſtiſſima Italiæ regna fuêre;
quę hujuſmodi atque aliis conventionibus frena
uſurpationibus tyrannicis impoſuere, ne libertas
ſanguine parta, patria per tela per ignes conſerva-
ta, Populi majeſtas vitæ periculo vindicata, ſævo
quodam impetu neglectis regni legibus deſtruere-
tur; quemadmodum etiam poſt Tyrannidem Ne-
ronis, Caligulæ & aliorum, Trajanus fidem ſuam
juramento Senatui obſtrinxit. Atque etiamnum 18
citra majeſtatis prędjudicium, poteſtates ſummę, in-
augurationis tempore, inter alia ſolenniter quædã
populo promittunt: ac præcipuè in rebus arduis
ſeſe abſque Procerum conſenſu plenario non im-

mix-

mixturos. Quia poteſtati non nocet, ſi communicato conſilio perpendatur, quid in re momentanea, ad omnium ſalutem pertinere poſſit, cum quod omnes tangit, ab omnibus approbari conveniat. Præſertim, cum ne veteres quidem Impp:, qui indubitatè ſummam habuerunt poteſtatem [a], ſine Senatus conſenſu & conſilio, ea quæ ponderis alicujus videbantur, expediebant [b]. Unde & tot recitatæ in Senatu, Principum orationes reperiuntur [c]. Ac in veteri teſtamento obſervatum, Salomonem alioſve reges, nihil in re ardua ſtatuiſſe, priusquam populum convocaſſent, & convocato populo opinionem, ac ſententiam ejus intellexiſſent [d].

19 Nec mirum hoc conſervationis, defenſioniſque jus populo in Principem, quoad pacta conventa, competere, cum & libero populo in ſe etiam abuſu, idem juris ſit, nempè ut pars populi deficientis, patria jura legeſque publicas violantis, alterius partis jura tuentis juriſdictioni, ipſo maleficio ſubjiciatur. Sic pleni Hiſtoriarum libri, plena exemplorum vetuſtas, plebem ipſam quandoque Senatum adegiſſe, ut jura priſtina obſervent, ab injuſtitia & ſuſpecta novitate deſiſtant. Senatum rurſus indies plebem, & ingentem populi multitudinem cogere, ut unum in locum congregati, decedant. Vel ſi quid multitudo ea admiſerit, juriſdictione ordi-

a L. 1. ff. de conſtitut. Princip.

b L. humanum C. de legib. l. 9. ff. eod.

c L. 12. ff. de ferijs 1. l. cum hic ſtatus. ff. de donat. inter vir: & uxor. l. cum hi ff. de tranſact.

d 2. Chron. c. 1. v. 2. c. 5. verſ. 2.

ordinaria in convictos, damnatoſque, ac prę cæteris in ſeditionum capitibus, animadvertatur.

Quæ cum ita generaliter in Rege, populove libero obtineant, ſequitur etiam per Regem, populum liberum, populi liberi ſubditos, eorumve ditionem, citra ſpecialem ejus populi conſenſum alienari non poſſe. Et hoc prius reſpectu perſonarum, quia ab origine naturæ rationalis liberi ut naſcuntur [a]. Libertatem retinuerunt, naturali libertati contrarium foret, ut hi qui ex conſenſu, quandoque etiam limitato, certæ perſonæ obediunt, ipſis inſcijs, quandoque etiam invitis, herili dominio ſubjiciantur, ad alium transferantur. Idque contra ipſam libertatem, quæ eſt *naturalis facultas ejus quod cuique facere libet*; nec alia ferè ratione à ſervitute diſtinguitur, quam ut hic liberè quælibet agat, ille imperantis imperio ſemper, & ubique parere neceſſe habeat, quæ poteſtas ſervituti magis, quam libertati convenit, ſcilicet ut quis dominio alieno contra naturam rectè ſubjici poſſet [b], à qua ſervitute itidem argumentum ad liberos populos producere, inſanum eſſet, tum quod contraria ſunt ſervitus & libertas, tum etiam quod ſervitus accidentalis eſt, injuncta hominibus à caſu, & fortuna; atque illa quę per accidens ſunt, per rationem ſpeciei ſecluduntur, quia extra ſpeciem ſunt. 20

[a] *L. manumiſſiones ff. de juſt. & jur.*

[b] *§. Servitus Inſtit. de jure perſon.*

Et-

Etenim nec Deus, in pari natura, hominem unum, in alterius ſervum fecit, ſed ut omnes æquali libertate gaudentes, alter in alterius opem, auxilium & conſervationem cedat.

21 Reſpectu ditionis, & res inanimatas, ut ſunt terra, prædia, &c. Eaſdem originaliter de jure naturali primævo, liberas fuiſſe, ac primo occupantibus ceſſiſſe, jura demonſtrant [a]. Exempla confirmant, ubi proponitur, quod Joſeph tempore famis inſtantis omnem Ægyptiorum terram ſubjecerit Pharaoni [b]. Quæ proculdubio ad illum uſque diem libera fuerat, vel ſaltem antè occupationem iſtam, nullius dominio ſpecialiter ſubjecta; nam cum Deus omnia eum in finem creavit, ut cunctis gentibus in Miniſterium ſint [c], eoque jure homini cuilibet, conceſſione divina, poteſtas præoccupandi poſſeſſionem cujuſcunque rei, quæ à principio erat communis, acquiſita ſit, rationi conſentaneum, gentium moribus comprobatum eſt, eandē quemque poſſeſſionem retinere, quam induſtria atque opera ſua acquiſitam habet. Et populo libero, liberum in ditionem ſuam jus permanſiſſe, nec eundem per alium, ne quidem per Principem, Principatus jure, inſcio vel invito poſſeſſore populo, alienari poſſe, donec illud expreſsè per populum decretum, conceſſumve ſit, per ſaniores hactenus indubitatum per-

a §. feræ. Inſtit. de rer. diviſ. l. 1. ff. eod. l. ex hoc jure 1. ff. de juſt. & jur.

b Geneſ. 47.

c Deut. 4.

Digitized by Google

permanſit. Sic detrimenta oppreſſioneſve, quæ in præjudicium ſubditorum fiebant, in ſacris paſſim reprehenduntur, damnantur[a]. Rex Achab, vineam Naboth contra voluntatem ei eripiens[b], ſuæ iniquitatis pœnas dedit[c]. De qua injuria generaliter ſic ait Propheta[d], *Non accipiet Princeps de hæreditate populi per violentiam, & de poſſeſſione eorum, ut non diſpargatur populus meus, unuſquiſque de poſſeſſione ſua.* Quia nimirum poteſtatem conceſſam à Deo, non in deſtructionem, ſed in ædificationem mandati populi accepit[e]. Reſiſti igitur Principi poterit, qui populi ditionem re ipſa tradere, aut ſubjicere conabitur, omni civili modo à propoſita alienatione eum divertendo, ut à perverſo ſuo & injuſto propoſito deſiſtat. Præterquam quod hujuſmodi actus, abſque imperij lege, couſuetudine, vel populi conſenſu nullus eſt ex nullitate omni effectu deſtitutus. Et Princeps, tanquam extraneo jus ſuum cedendo, uſufructuarij inſtar, nihil agat[f]. Quod itidem ut de 22
toto, ſic & de parte ditionis, puta urbe, caſtello, quin imò in re incorporali, de juriſdictione alienanda dicendum; nempè hæc loca, donari, vendi, permutari, aliove genere alienationis in alium transferri non poſſe, niſi præter populum ex Sneidewini ſententia[g] omnes inſuper conſentiant, ſpecialiter qui non ſubjecti, ſed liberi eo in loco degunt. Et 23
juriſ-

a *Reg. c. 12. & 24.*
b *Reg. 21.*
c *ibid. v. 17. & ſeqq.*
d *Ezech. c. 26.*
e *2. Corinth. 10.*
f *§ finitur. inſtit. de uſufr. l. uſusfruct. ff. de jure dot.*
g *Ad tit. inſtit. de eo cui libert. cauſ. bon. addic. n. 9.*

juriſdictionis citra conſenſum neceſſarium alienatæ, commercij ſequelam nullam eſſe, ſaniorum omnium Juriſconſultum opinio eſt, quia contra decus imperij, in detrimentum populi, contra leges facta præſumitur; de quibus conſtat, quæ contra vim & auctoritatem legum inita ſunt, nullius momenti eſſe [a], ne quidem contractus alienationiſve nomen merere. Dummodo nec in privatis cauſis, à furti & rapinę actione excuſantur, qui aliorum res, inſciis & invitis dominis, alienarunt.

a L. ſi quis Inquilinus 112.§.fin. ff.de leg.I. l.7.§.16. ff. de pact. in l.5.C.de leg. l.4.C. de ingen. manumiſſ.

24 Porrò quid juris paciſcentibus de ſucceſſione in imperio ſit, variè diſputatum, juſta ratione alijs affirmantibus, pacta votum captandæ mortis inducentia (qualia plerumque hæ conventiones ſunt) jure improbari. Inquit enim Imp: Juſtinianus: *Omnes hujuſmodi pactiones odioſæ eſſe videntur & plenæ triſtiſſimi, & periculoſi eventus* [b]. Sic Eliſabetha piæ memoriæ Angliæ Regina, de ſucceſſione imperij nominando, Proceribus eam interpellantibus, *vivę ſibi ſepulchrum fodiendũ non eſſe reſpondit* [c]. Ac deinde [d] aſſiduis Procerum petitionibus laceſſita, ne quis de ſucceſſione regni in Anglia ſermones ſerere audeat, ſubjecta læſę majeſtatis pœna, edixit. Attamen ne quid detrimenti reſpub: morte unius capiat, Princeps ſucceſſorem æqualem habeat, ut Principe deficiente, Civitas ad diſcordias non prolabatur,

b L.fin.C. de pact. & ibi DD.

c Anno 1566.

d Anno 1581.

atque de Principe eligendo magno Civitatis periculo, poſtmodum lites exoriantur, ſæpius viſum, ut ad ſucceſſionem novi Principis promovendam, in Regno electivo populi liberi proni fuerint. Quamvis ipſo jure, conſenſu retento, negatove, populus ſumma ratione ab ejuſmodi petitionibus diſſentire poſſit. Multo minus, ut quis ſuccedendi 25
jus ex eo ſibi adſcribere audeat, quod hic cliens, alter patronus ſit, & dum patronus, patrocinij jure, in caſibus prædictis, populo officere poſſit. Nam ſicut patrocinium privatum non tollit libertatem perſonalem, privatorum, ſic patrocinium publicum non tollit libertatem civilem Rerumpublicarum, quę ſine ſummi imperij jactura nō amittitur [a]. Ita ut hujuſmodi clientes inſtar clientum forenſium ſint de quibus conſtat, protectionis jus nullum rerum alios pertinentium dominium tribuere, nullam juriſdictionem cuiquam inferre [b]. Quin imò, ut clientes ſuos ritè defendant, quoſvis patronos obſtrictos eſſe. In quam rem Pſalmiſta [c]: *Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient ei, quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adjutor.* Quod ſi quis Princeps clientes ſuos alienando, ditionem ipſorum alijs concedendo, extra provinciam ſuam jus dicendo, de ſucceſſione conſtituendo, ſecus faciat, eum gravibus ſubjacere pœnis, tam

a *Grot. de jure belli lib. 1. c. 3. n. 21.*

b *C. recipimus, in fin. & in c. ex parte de privil. Gail. 2. obſ. 54. n. 1 & ſeqq.*

c *Pſal. 71. v. 11. & 12.*

tam divinis quam humanis coërcitionibus teneri, certum eſt; quę primum ex cauſę cognitione, poſt cognitionem plenariam, ex condemnatione ſive damnatione, his atque alijs publici privatique criminis reis infliguntur, ſecundum ea quæ in fine legis noſtræ ſic proponuntur. *Et in eos damnatos animadvertimus.*

CAP. LXXI.

IN DAMNATOS ANIMADVERTIMVS.

1. *Explicatio verborum.* 2. *Damnatus pluribus modis dicitur.* 3. *Damnatio ex plena cauſæ cognitione fieri debet.* 4. *In omni judicio actor, reus & judex requiruntur.* 5. *Populus quandoque ſtipulatur, neminem extra ordinem ad mortem condemnari debere.* 6. *Et hoc tam in publicis quam privatis rebus obtinet.* 7. *A citatione lis inchoanda.* 8. *Quomodo judicibus opus fuerit.* 9. *De judice ac judicio ordinario, extraordinario.* 10. *Delinquens puniendus aut dedendus.* 11. *Sententia lata demum in condemnatum animadvertitur.* 12. *Pro jure Civium atque Exterorum obſervando feciales olim conſtituti.* 13. *De bello indicendo, & quomodo id fiat.* 14. *Condemnationem executio ſequitur.* 15. *Animadverſionis*

ſionis varia ſignificatio. 16. *Lata ſententia exequi debet.* 17. *Per judicem ordinarium.* 18. *Dictio animadvertendi, tam in bonam quam malam partem accipitur.* 19. *Defenſio jure fœderis libertatem non minuit nec tollit.* 20. *Totum fœdus continetur libertate.* 29. *Totum exercitium poteſtate.* 30. *Fœdus & exercitium fide.*

IN *eos*, inquit JCtus, ſcilicet reos ex Civitatibus fœderatis; *Damnatos*, ſive apud nos, ſive apud ſocios noſtros, dedendo, puniendo, civiliter, criminaliter, *animadvertimus*. Ita etiam, ut ſi fœderatus populus reum aliquem contumaciter abſenté, & de crimine convictum, per ſententiam damnaſſet, iſque reus damnatus, ſe in Romanum orbem contuliſſet, populus Romanus in eum pœnam convertere poſſit [a]. 1

[a] *Boër. c. Quid ſit Crim. læſæ Majeſt.* 1. n. 48.

Damnatus plurimis modis dicitur, modo idem eſt quod culpo, reprehendo. Martialis, 2

Si Schola damnatur fora litibus omnia fervent.

Modo pro exhęredato accipitur; & ſic de duobus filiis, alterum hęredem inſtitutum, alterum damnatum, legimus.. Modo pro compello, obligo, neceſſitate adſtringo. Terentius, *Tuus eſt damnatus gnatus, non tu.* Et damnatus apud Juriſconſultos per ſyncopen damnas dicitur [b], ut, *hęres damnas eſto dare* [c], quod legati genus damnationis, ſive per damnatio-

[b] *L.* 82. *ff. de condict. & demonſtr.*

[c] *L.* 4. §. *ult. l.* 35. *l.* 36. §. *ult. l.* 35. *l.* 36. §. *ult. ff. de leg.* I.

tionem appellatur[d]. Rurſus alibi damnatus pro condemnando habetur, ut in lege Aquilia capite primo cavetur[e]: Ut *qui ſervum, ſervamve, alienum alienamve, quadrupedem vel pecudem, injuria occiderit, quanti id eo anno plurimi fuit tantum æs dare domino damnas eſto.* Sic etiam ut quamlibet coërcitionem contineat, & ad mortem uſque damnationis ſignificatio ſeſe extendat. Virgilius:[f]

Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioque caput damnaverat orco.

Et Cicero in Verrem[g]: *Reus in judicium deductus eſt Verres, Homo vita atque factis omnium jam opinione*
3 *damnatus.* Hęc autem damnatio, ut ſine prævia informatione, ac plena poſt informationem cognitione non ſubſiſtit, ita nec in damnatum, publica animadverſio, niſi legitima damnatio præceſſerit, reus clara ac dilucida ſententia damnatus ſit. Et
4 quoad judicium legitime formandum, in eodem actor, reus ac judex requiruntur. De Actore inquiunt Imperatores Valenſ., Gratianus & Valent: *Accuſatores omnes admonentur, eam ſe rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita ſit idoneis teſtibus, vel inſtructa apertiſſimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita*[h]. Rei itidem ad exceptiones, defenſioneſque legitimas admittuntur; quippè ait Imp: Juſtinianus; *exceptio-*

d §. 1. Inſt. de legat.
e L. 2. in pr. ad l. Aquil.
f AEneid. lib. 4.
g Actione 1.
h L. fin. C. de probat.

nes comparatæ ſunt eorum gratia, cum quibus agitur[a]. Ac poſtremo judex proceſſu inſtituto, ſeſe cum plena cauſæ cognitione interponit, de qua re Ulpianus[b]: *Cauſa enim cognita, & præſentibus adverſarijs, vel ſi per contumaciam deſint, in integrum reſtitutiones petendæ ſunt:* Ac famoſum in jure canonico capitulum extat, quo Gregorius judicis perverſi mores perſtringit[c], judiciorum ordinem præſcribit, nec non judicis negligentiam animadverſione, ac caſtigatione per ſuperiorem judicem dignam cenſet; ita etiam ut *nec pro ipſius præſumatur proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis.* Ut Sententia itidem, quoad partem reliquam invalida ſit, in qua non ſecundum allegata & probata, & ſic ſecundum proceſſum, ut debuerat[d], judicavit; quemadmodum rectè Imp: Alexander: *Prolatam à Præſide ſententiam, contra ſolitum judiciorum ordinem, auctoritatem rei judicatæ non obtinere certum eſt*[e]. *Cum poteſtatem ſententiæ, certis finibus concludi, ſæpè judicatum ſit*[f]. Et ne hęc aliter eveniant, populi eligendo Principe, imperij lege, quandoque 5 ſtipulantur, de Civibus non niſi ex præcedenti informatione, proceſſu, legitimis accuſationibus, defenſionibuſque, & quidem ordinariè, coram ordinario judice inſtructo, judicandis; ne occaſio poſtmodum detur, ut de Sejano eveniebat, inquirendi

Quiſnam Delator? quibus indicijs? quo teſte probavit?

Et

a Pr. Inſtit. de except.
b In l. 13. ff. de minor.
c C. quoniam 9. de prob.
d L. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid.
e L. 4. C. de ſentent. & interloc.
f L. 7. C. eod.

Digitized by

Et magis interfecti, quam condemnati dicantur, qui ſubdere colla ferro, citra præcedentem cauſæ cognitionem, maturamve rei examinationē (quaſi verboſa & grandis Epiſtola veniſſet à Capreis) co-
6 acti fuerint. Nec eſt quod quiſquam dubiter hunc ordinem non tam in publicis, quam privatorum cauſis obtinere, quandoquidem eædē in ambabus rationes verſantur, in publicis negotijs major diligentia quam privatis requiritur. Et hoc quia gentium judiciis cauſę publicę ferè omnes exponuntur. Omnes quorum intereſſe, & non intereſſe poſſit, per conſeqnentiam quandā, & juris quaſi communionem, quam populi inter ſe exercent, in ſententiam atq; arbitrium rei controverſæ trahant. Tum etiam, quod ſequelas maximas hęc judicia habeant, ipſo judicio quandoque ſeveriores, exteros populos, vel exterorum populorum ſubditos, ut videri poſſit, plus nimium urentes ſecantes. Quorum calumniis nihil eſt quod validè opponatur, quam ut ipſiſſima acta & probata, quæ condemnationi cauſam dedêre, exteris offerantur; pręſertim ea, quæ conſiliis exterorum non ſuſpectis vallata ſunt. Sic Lacedemonii priuſquam bellum in Athenienſes ſuſciperent, ſociis omnibus de cauſæ juſtitia, judicium permiſerunt. Et Romani in Græcis de bello in Nabidem.

Quo-

Quoniam igitur ab executione judicium non eſt 7
inchoandum [a]. Omnis lis ab executione incipiens,
odioſa & ſuſpecta ducitur, juſtè per citationem
prius, vel modum in criminalibus loco citationis
obſervatum, omnis proceſſus inſtituitur, ne ſenten-
tia in abſentem, contra non vocatum lata, juſtitiæ
vilipendio, illuſoria, vana, ac nulla fiat, atque in-
juſtè contra damnatum animadvertatur. Requiſita,
antè ſententiam media, hic adferre, extra meum in
hac materia publica propoſitum foret, & nimium
ſollicitæ diligentiæ, quocirca ad Mynſingerum,
Marantham, Gailium probatiſſimos iſtius ſtudii
patronos, perſcrutantem ſtudioſum remitto. Dam- 8
natos quod attinet, nempè in quos ex civitate fœ-
derata animadvertatur, ex ſententia Juriſconſulti
Proculi, dicendum, in eos, qui ordinariè, extraor-
dinariè, tam apud nos, quam fœderatos noſtros,
legitimè damnati ſunt, cum etenim civitatibus
conditis quædam eſſent neceſſaria, quibus interve-
nientibus diſcordiæ inter Cives ortæ componeren-
tur, quos habendi libido in tranquillitate retinere
amplius non poſſet, juriſdicundi præcellentia ad-
juvarentur, quos virtutis amor à malevolo propoſi-
to, pœnæ formidatio à ſcelere perpetrando diver-
tere non valebat, aliis in exemplum punirentur,
judices ordinarii extraordinarii, judicia ordinaria
extra-

[a] *Gail. obſ. 1. cap. 13. n. 1.*

extraordinaria conſtituta ſunt, ut ſic auctoritate publica, aut viros eum in finem conſtitutos ea tandem certo modo finiantur, quæ alioquin per privatos facilè componi non potuiſſent: Quod itidem Cicero pro Cęcinna animadvertens, ait: *Omnia judicia diſtrahendarum controverſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta eſſe.* Et cum ordinariorum atque extraordinariorum judicum hic mentio fiat,

9 Ordinarij hi judices, vel ex cauſis, vel ex officiis definiuntur; ut cauſarum certarum judices Feciales. Olim erant, quibus curæ, ne Romani ulli fœderatę civitati injuſtum bellum inferrent; ut de bellis, fœderibus, pactionibus & injurijs ſociorum aliarumve gentium confœderatarum cognoſcerent. Ex officiis verò alii judices ordinarii appellantur, qui generaliter, & non ex Mandato ſpeciali, ſuo Magiſtratus jure juriſdictionem ordinariam exercent. Extraordinarij rurſus; qui extra ordinem jus dicunt. Quorum numero arbitri, arbitratores, delegati judices recenſentur; Priſcis temporibus magis, quam noſtro ſæculo familiares, cum ſingulis populi, populorumve conventionibus novi judices ſorte conſtituerentur; atque is ſententiam è Collegio apud Romanos pronunciaret qui pluribus liberis ornatus, cæteros honoris auctoritate præcedebat. Ordinarium porrò judicium eſt, quod certis

Yyyy ſolen-

ſolennibuſque terminis ac formulis expeditur. Et Extraordinarium, quo non obſervato illo ſolenni modo, ſed alio quovis (nam ſine ordine nihil rectè peragitur) extra ordinem communem, controverſia inter actorem & reum orta, à judice deciditur. Nullo judicis ordinarii vel extraordinarii quoad ſententiæ executionem, facto diſcrimine, cum ambos in animadverſionem à ſummæ poteſtatis culmine ordinatos fuiſſe oporteat, ut judicis creatio Principalis imperij reſervatum eſt, inter regalia tanquam certum ſidus emicans, quamvis ſententia extraordinariorum judicum per ordinarios, ſive per Principem exequatur, ut poſtea dicetur[a].

a Infra num. 17.

Cæterum æquè, ut dixi, in damnatos apud nos, 10
quam apud fœderatos noſtros condemnatos, animadvertitur. Eos nempè qui in noſtro territorio deliquerunt, apud nos reos fieri, & ex delicto ſuo damnari, in præcedentibus ſatis ſuperq; prolatum. Eos verò, qui penes fœderatos noſtros deliquere, eorum animadverſionem executivam effugiendo, alterius fœderati fines intrant, in favorem juſtitiæ, in territorio fœderati, ubi non deliquerunt, petitionibus læſi fœderati, puniri debere, vel populo læſo tradi, ut apud eos puniantur, hoc loco JCtus Proculus deſignat, cum inquit, *fiunt apud nos rei ex civitatibus fœderatis*, ſcilicet ſi pro læſione fœderatus populus

pulus juſtitiam petat. *Et in eos damnatos* apud nos, illoſve mutua juriſdictione animadvertimus. In quem finem ſpecialiter deditionis jura inventa creduntur, ut ſcilicet per ea, extra provinciam commiſſa delicta punirentur, exequantur, quæ tanquam alterius imperij officia ad tertium pertinere
11 non videbantur. Idque non ſimpliciter, ſed ut ſuperius obſervatum, poſtquam ſententia in reum criminis extra provinciam commiſſi apud nos, vel fœderatos noſtros lata fuerit; cum per ſententiam quemvis puniri, divino, gentium ac naturali juri conſonum ſit, & ex proceſſu ad effectum executiõnis, non deveniatur, priuſquam plenariè de ipſa ſententia lata conſtiterit. Sic autem Ulpianus[a]: *Si cum nulla ſententia præceſſerit, capta & diſtracta ſunt pignora, poſſunt revocari.* Et Imp: Gordianus. *Bona adverſarij tui in te transferri citra ſolennem ordinem fruſtra deprecaris*[b]. Impp: verò Severus & Antoninus: *Nimis properè judex pignora Marcellæ capi, ac diſtrahi juſſit, antè rem judicatam. Prius eſt ergo, ut ſervato ordine actionem adverſus eam dirigas, & cauſa cognita ſententiam accipias*[c]. Quibus verbis Imp: Diocletianus & Maximianus auctoritatem addentes, in condemnationis executionem addunt: *Eos quos debitores tuos eſſe contendis, apud rectorem conveni provinciæ, qui ſive debitum confeſſi, ſive negantes & convicti fuerint*

a *L. ſi cum nulla ff. de re judic.*

b *L.14. C. de pact.*

c *L.1. C. de execut. rei judic.*

Digitized by Google

condemnati, nec intra ſtatutum ſpatium ſolutioni ſatisfecerint: cum latę ſententię pignoribus etiam captis ac diſtractis, ſecundum ea quæ ſæpe conſtituta ſunt, meruerint executionem, juris formam tibi cuſtodiet [a]. Adeò ut in omnibus controverſijs antè executionem ſententia admodum neceſſaria, ac de jure requiſita ſit, ut omitti citra injuriam non poſſit; Maximè in diſcordijs 12
quæ inter ſummas poteſtates, Reges, & Principes, Principem ac populum oriuntur, quibus ut maturius provideretur, olim à populo Romano publicarum quæſtionum Fęciales tanquam judices, conſtituebantur, ut pro re nata jus adminiſtrari ſubditis penes exteros atque exteris in civitate Romana curarent. Injuriam populo civibuſque illatam, juſta ultione vindicarent; poſt plenam cauſæ cognitionem, pro damni illati magnitudine, juſtitiæ denegatione, condemnato tergiverſatore in exteros malevolos repreſſaliarum litteras concederent. Et ſi opus fuerit bellum alijs indicerent; quod tamen non gerebatur, priuſquam ſolenniter prius ac ritu quodam ordinario annunciatum fuiſſet; Qui erat, ut ſi dedignarentur facere poſtulata ij, ad quos Legati, ſive Nuncij mittebantur, renunciata prius ſocietate, & amicitia (ſi qua fortè erat) poſt triginta demum dies, qui ſolennes fuêre, Marti juſtitię cauſæ committeretur, capta, & hoſtili modo ablata, de-

[a] *L. fin. C. eod.*

devaſtata, belli jure repeterentur. Atque adeò poſt Fæcialium demum ſententiam, populus Romanus in damnatos animadvertebat. Et Fæcialibus bellum non indicentibus, nec Conſuli, nec Senatui, nec Populo arma in exteros ſumere licebat.

13 Noſtra tempeſtate, ſi quidquam Marte arbitro decidendum ſit, viri Spectabiles, quos Fæciales, nos Heraldos vocamus, ad exteros hoſtes futuros mittuntur, qui propoſita exterorum injuſtitia, Bellum futurum proclamant. Sic beatæ memoriæ Ludovicus 13. Galliæ Rex, noſtro ſæculo Germanis Hiſpaniſq; indici bellum curavit. Atque etiam ſi Rex vel Populus à fœdere dolo malo defecerit, Populus inferior contra fidem datam, ſe ſuperioris majeſtati injuſtè ſubſtraxerit, ad hoſtes tranſiverit, Princeps contra imperij legem, populum libertate, ac privilegijs meritorijs, alijſve juribus in perpetuum conceſſis, exuere conatur, lata demum ſententia, eaque in publicum pronunciata, nec non peccanti denunciata, jura protectionis ſive imperij delati amittit, hoſtis eſſe probatur. Exemplum populi deficientis, Gallia ſuppeditavit, ubi rebelles Verodunos, Metenſes, Tullos, ut ſuperius dixi, Carol. IX. in Provinciæ formam redegit. Principis verò imperij leges opprimentis expulſionem, in noſtris Batavis reperias ubi tandem effractis

Digitized by Google

a Anno 1571. Iulii 26.

b L. 5. §. 1. ff. de cap. minut.

primum ſigillis Hiſpaniarũ [a] tam Hollandię quam fœderatorum aliorum populorum Ordines, pronunciarunt, Philippum ob violatas imperii noſtri leges, ipſo jure Principatu excidiſſe. [b] Et *deficere* vulgò in jure *dicuntur, qui ab his quorum ſub imperio ſunt, deſiſtunt, & in hoſtium numerum ſe conferunt. Sed & hi*, inquit JCtus, *quos Senatus hoſtes judicavit, vel lege lata, utique eo ut civitatem amittant.* Unde apparet unumquemque & Populum & Principem ſub legis imperio eſſe vi legis imperij in eos qui deſiſtunt, per non deſiſtentem jura omnia inviolata ſervantem, Senatus vel Principis innocentis decreto juſtè quidem ac meritò animadverti poſſe. Nec ſufficit ſententiam eum in modum latam, reoſve damnatos eſſe, ſed hæc damnatio ut clara, juſta, ac publica ſit & ad exemplum pertineat oportet; Regi aut populo cum quo fortè belligerandum erit, ſive etiam eorum belli Duce, vel ad præſidium hoſtium futurorum annuncietur, publicetur, roſtriſque publicis affigatur, quemadmodum Fæciales conſulti primum cum Philippo & iterum cum Antiocho, bellum indicendum eſſe decrevere, nimirum ut bello legitimè indicto, ſublatis commerciis, civibus revertentibus, interim arma capiantur, deindè contra vim illatam inferendam, excurſiones faciendas, depellendas, atque omnia hoſti-

Digitized by Google

hoſtiliter agenda uterque pręmonitus, paratuſque
14 accedat. Quandoquidem ita ferè comparatum eſt, ut quemadmodum damnatio, ſive ſententia cauſa finalis judicij eſt, rurſus cauſa finalis ſententiæ executio ſit, quam animadverſionis titulo hic jurisconſultus deſignat, dum nullo verbo intermedio, inter damnationem animadverſionemve, incontinenti inquit, *in damnatos animadvertimus*, quaſi ubi deſinit condemnatio, è veſtibulo executio ſubſequatur.

15 Animadverſionis dictio generalis eſt, omnem cognitionem, damnationem, abſolutionem in ſe comprehendens, & tam in bonam, quam malam partem accipitur. Et hoc ſenſu in cognitione rerum, Animadverto dicitur, tanquam conſidero, ac tanquam perpetua ſollicitudine animum, hoc eſt mentem, converto, ut veritatem per media quædam eruam, quando enim aliquid intelligimus, argumentis animadvertimus, ſenſibus pręſenti animo utentibus. Item eos, quos in tutelam, vel curam accipimus, continua animadverſione animo, ac facto defendimus. Animadverſio pœnam aliquando, ſive punitionem quoque ſignificat, ſcilicet quam quis ordinaria poteſtate munitus, alteri legitimè, poſt plenam cauſę cognitionem, infligit; pręcipuè cum animadvertere propriè ejus ſit, qui in alterum poteſtatem habet, ordine ac ritè puniendi[a].

[a] *L. 3. ff. de juriſd. om. jud.*

Atque

Atque omnem coërcitionem [a] tam civilem [b] quam 17
criminalem [c] modicam, ſeveriſſimam [d], ad mor-
tem uſque ſeſe extendentem, complectitur. Et ple-
rumque ex jure, quod quis in alium habet, exerce-
tur. Sic Penulejus JC[tus] de Legatorum puniendi
poteſtate reſpondens, inquit: *Si quid erit quod ma-
jorem animadverſionem exigat, rejicere Legatus apud Pro-
conſulem debet, neque enim animadvertendi, coërcendi, vel
atrociter verberandi jus habet.* Animadvertere porrò eſt
animi iram exercere, ut ſi quis irato animo quem
puniat, verberet, judex iracundo animi motu in fal-
ſitatis reum concitatus ſit [e]. Et quamvis propriè, ut
dixi, intelligatur de iis, qui puniendi poteſtatem
habent, extendi nihilominus ad alios Valla obſer-
vavit, puta ad eos qui, nulla puniendi poteſtate ful-
gentes, alterius poteſtati, teſte Plauto, ſubjecti ſunt,
ubi ait: *Is cum in herum animadvertiſſet gravius.* Ma-
gis tamen communiter in jure pro omni actu acci-
pitur, quibus judex ad inquirendam rei veritatem,
ſententiam pronunciandam, ac vi ſententiæ latæ,
quatenus ea lata eſt, ad ejus executionem deveni-
endam, experitur. Secundum rem judicatam ea
repetendo, quæ ablata prius erant, adimendo ei vi-
res qui nocuit, ne in futurum noceat; vel etiam
tollendo eum qui deliquit; cum poſt latam ſen- 16
tentiam prout judicatum eſt fieri debeat ejus judicij
execu-

a *L. 14. C. de teſtib.*
b *C. quoniã de Probat.*
c *L. 3. ff. de iuriſd.*
d *L. nemo C. de ſumma trinit.*
e *L. 14. C. de teſtibus.*

executio: Ne alias fruſtra condantur ſententiæ,
quæ debitæ non mandantur executioni [a]. Dum-
modo publicè interſit, ut mandentur, propter auc-
toritatem rerum judicatarum quæ nullibi ſubſiſte-
re, ſed ad plenarium effectum deduci debet, etiam-
17 ſi, ut alii volunt, malè judicatum ſit [b]. Idque per ju-
dicem ordinarium, vel pro cauſæ magnitudine per
Principem ipſum, tanquam ſupremum legis exe-
cutorem, licet arbiter, vel delegatus ſententiam tu-
lerint: quia per judicem delegantem, & non dele-
gatum omnis executio fieri de jure conſuevit [c].
Non per arbitrum, ſed per judicem ordinarium,
hoc eſt, judicem rei conventi [d]; quod etiam innuit
Juriſconſultus, ipſa dictione *animadvertimus*, quæ
ultra Imperatorem ipſum, vel ordinarios ejus judi-
ces, poteſtatem exequendi officii ratione habentes,
non extenditur. Et de cauſis publicis, tranquillita-
tem internam, coërcitionem externam concernen-
tibus, videmus ipſos Imperatores, Reges, Princi-
pes animadvertere; Ita tamen ut in omni execu-
tione adverſus privatos in ditione propria certus
ordo ſervetur, ex jure civili [e], loci ſtatutis, con-
ſuetudinibuſque petendus. Perſecutionibus, verò
extra territorium faciendis, ipſi Reges Principeſve
præſint, quo meliori modo damna illata repeti,
maleficia in ſociam amicamve civitatem commiſ-

a C. quod ad Conſultationem. De re judic. Marant. part. 6. act. fin. n. 1.

b p. ſervo invito §. cum prætor ff. ad S. C. Trebell. l. ſi prætor. ff. de judic. l. fin. ff. ne quid in loco publ.

c L. à divo pio in pr. & ibi Barth. & DD. ff. de re jud. l. properand. §. ſin autē reus C. de judic.

d L. cum anteà, & ibi Barth. C. de Arbitr.

e p. l. à divo ff. de re judic.

Digitized by Google

ſa, vindicari jure gladii poſſint, ex qua fonte etiam belli jura progenita creduntur.

Dixi ſuperius animadverſionem hanc non ſolum in malam, ſed & in bonam partem ſumi; cum ejus juſta intentio ſemper bona exiſtat, nempè ut facinoroſi puniantur; ex quo nihil aliud ſequitur, quam ut cujus finis bonus eſt, & id ipſum haberi bonum neceſſe ſit, donec de rei veritate conſtiterit. Etenim ſi de cauſæ juſtitia, vel injuſtitia antè veram rei inquiſitionem jam plenè conſtaret, fruſtra & incaſſum ſeſe animadverſioni præcognitæ quiſquam immiſceret. Quare etiam JCtus Proculus de fœderatis populi romani verba faciens, eorũ condemnationibus activis, paſſivis animum adhibens, inquit, *Et in eos damnatos animadvertimus*, quaſi dicat, ſi ab exteris condemnati ſint ſocii, vicinique noſtri, ab iiſque ad belli aleam protrahantur, bello impetantur, nos Populus Romanus ex pacto fœdere, amore juſtitię, libertatiſve, injuſtitię tædio ducti, in eos per tertium quendam damnatos, pro ipſorum defenſione, tutela, ac conſervatione, *animadvertimus*: puta diſcordiï cauſas examinando, perpendendo, ne citra injuriam quid detrimenti ipſorum reſpub: capiat. Non autem ut ab intellecta ſtatim ſententia, per alios in eorum damnum atque injuriam lata, & ipſos ex vulgi rumore, vel ſimplici damna- 18

tionis

tionis inſtrumento, condemnemus. Verum tunc, cum ex prævia, ac benè inſtituta animadverſione, plenariè nobis conſtiterit, hunc populum ut commiſit, juſtè vel injuſtè alterius ſententię ſubjacere. Et ne mirum hoc cuiquam videatur, conſtat Romanos antiquitus ſummam laudem ex protectione voluntaria innocentium populorum acquiſiviſſe, cum Romanæ Civitatis Viri clariſſimi pulcherrimum ducerent Clientes ſuos, vel etiam Gentium minorum libertates contra aliorum vim atque injuriam tueri ac defendere. Quod re vera maximè inter eos obtinet, qui communes hoſtes amicoſve ſe habituros, ſe invicem mutuis auxiliis defenſuros,
19 promiſerunt. Non tamen ut defendens hinc commodi quidquam capiat, qui defenditur in libertate, poteſtate, ſeu exercitio ſuo præjudicetur, licet alter alterius majeſtatem conſervare teneatur. Cum *hoc adjicitur*, inquit JCtus, *ut intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non ut intelligatur alterum non eſſe liberum: Etenim quemadmodum Clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neque omni jure, ſive viribus, ſive boni viri arbitro nobis præſunt*; ſic & liberos eos omnes eſſe intelligendum eſt, quos fœderis jure, ope, & auxilio, noſtro contra quaſcunque externas injurias defendimus. Nam ut fœdus abſque libertate contractum nullum eſt; ip-

 ſum

Digitized by Google

ſum fœdus libertate continetur, niſi inter liberos fœdus contractum, id ipſum quod contractum eſt, non ſubſiſtit, ac ne quidem fœderis nomen meretur, cum pro ipſa libertate conſervanda fœdus initum ſit, ſic fœdere quoque poteſtas, interna exter- 21
nave non minuitur, ſed augetur, dum jure propriæ libertatis in ſubditos ſubjectoſve ſuos quis juriſdictionem liberam exercet, ejuſque exercitii interni rationem nulli niſi ſempiterno Deo debeat. Quin imò ſi quis caſu quodam in exercenda poteſtate interna, pro Majeſtatis auctoritate per fœderatum, ſuis petitionibus adjuvatur, impedita poteſtas, fœderati viribus aucta, ad propoſitum effectum deducitur. Externam quod attinet, quam voco qua noſmet ipſos contra exteros defendimus, vel exteros ex damno injuria dato, juſto bello aggredimur, oppugnamus, eam quoque fœdere augeri certum eſt, dum totum illud exercitium poteſtate conſiſtit, quæ proculdubio in duobus pluribuſve major quam in uno. Nec periculo laborat, cum fœdus & 22
exercitium ſincera fide ſubſiſtant; ex qua fide communis eſt reipubl: ſponſio, & quæ ſuprema lex eſt Populi ſalus. Qui ſi in omnibus obſervaretur, atque eſſet in iis fides, in quibus ſumma eſſe debebat, ſecundum veram Ciceronis o[illegible]em non laboraremus.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ogle

Digitized by Google